CHRONOLOGIÆ SCALIGERO-PETAVIANÆ
BREVE COMPENDIUM,

In Scientiæ forma per cognoſcendi Principia & breves Canones, prout fieri licuit, compoſitum,

Aſtronomicis Calculis per Computiſticam Chronologicam confirmatum,

Et à Scaligero diſſentientium opinionum Elenchis perſpicuis auctum & roboratum,

Ante 18, & quod excurrit, Annos hic Wittebergæ publicè privatimq; prælectum & nunc certis de cauſis publici Juris factum

AUTORE
REINHOLDO FRANCKENBERGERO, Hiſtoriar. in Academia Patria P.P. & Academiæ SENIORE.

WITTEBERGÆ
Typis MATTHÆI HENCKELII
ANNO M, DC, L...

NAPOLI

SERENISSIMIS, REVERENDISSIMO AC POTENTISSIMIS PRINCIPIBUS AC DOMINIS,

DN. JOHANNI GEORGIO II.

SACRI ROMANI IMPERII ARCHI-MARSCHALLO ET SAXONIÆ ELECTORI,

DN. AUGUSTO, POSTULATO

ARCHI-EPISCOPATUS MAGDEBURGENSIS ADMINISTRATORI, PRIMATI GERMANIÆ, COMITI IN BARBY &c.

ET

DN. JOHANNI GEORGIO

TERTIO, PROELECTORI ET ELECTORALIS DIGNITATIS HÆREDI:

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM DUCIBUS, LANDGRAVIIS THURINGIÆ, MARCHIONIBUS MISNIÆ ET UTRIUSQVE LUSATIÆ, BURGGRAVIIS MAGDEBURGENSIBUS, COMITIBUS MARCÆ ET RAVENSPURG, DYNASTIS IN RAVENSTEIN.

PATRIÆ PATRIBUS LAUDATISSIMIS, ECCLESIARUM, ACADEMIARUM ET SCHOLARUM LUTHERANARUM NUTRITIIS MUNIFICENTISSIMIS,

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS

Salutem & Felicitatem perpetuam.

Omnes homines ſciunt poſt DEUM ter Optimum Maximum & Magiſtratui & Parentibus honorem eſſe habendum, & quidem eò majorem, quò majoribus beneficiis ab iiſdem affecti ſumus. Hoc ruſtico quoque, qui Artaxerxi Memori è proximo fonte cavis palmis lympham doni loco attulit & obtulit, non ignotum fuit: quod donum Magnus ille Monarcha Artaxerxes non tantum non faſtidivit, ſed factum hoc amoris argumentum interpretatus fuit. Simili fere modo & affectu beneficiis immenſis & innumeris affectus ego utpote ſub Avo & Proavo Veſtro, Divo Auguſto hic Witebergæ natus, ſub Divo Chriſtiano I. Divo item Chriſtiano II. ſub Patre denique veſtro Divo Johanne Georgio I. Electoralibus Stipendiis Studiorum meorum curſu durante mactus & ad Hiſtoriarum Profeſſionem eam ipſam, quam Parens meus p. m. Andreas Franckenbergerus Memmingenſis Francus, in hac Academia ante 80. & quod excurrit, annos cum laude cumque aliquot Principum Lunæburgenſium nec non Baronum, [illegible] frequentantium applauſu adminiſtravit, promotus, & his proxim[illegible] 45. annis ter Rectoratus & octies Decani Philoſophici munere in hac Academia functus, Librum hunc Chronologicum cumque quodammodò non [illegible], ſed revera Scaligero-Petavianum, pennis ſaltem [illegible], quæ ſcientiæ formam quodammodo referant, ornatum vobis, Heroës inclyti, offero, &, ut ab amoris, venerationis & debitæ ſubjectionis pleniſſimo animo profectum æſtimare velitis, humillimè oro & obteſtor. Quòd munus [illegible] levidenſe & ſuperiori Perſici muneri non diſſimile ſit, non nego, & ſimul tamen video & præſentio, quod in controverſia illa, utrum Calendarium Gregorianum Calendario noſtro Juliano & Dionyſiano vel præſtantius vel deterius ſit, non [illegible] uſum habere poſſit. Præclarè D. Ambroſius in Epiſt. 83. l. 10. Non mediocris, inquit, eſſe Sapientiæ diem celebritatis definire Paſchalis [illegible] Scriptura divina non inſtruit & traditio majorum: qui convenientes ad Nicænam Synodum inter alia fidei ut vera [illegible] admiranda de-

creta etiam ſuper celebritate memorata, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & novem annorum collegere rationem, & quaſi quendam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncuparunt ſequentes illud, quod non debeamus vanâ quâdam opinione ſuper celebritate hujuſmodi fluctuare, ſed vera ratione compertâ, ita omnium concurrat affectio, ut unâ nocte ubique Sacrificium pro reſurrectione Domini deferatur. Hactenus D. Ambroſius. Nullum, inquit Ill. Scaliger, in tota Antiquitate Scriptum extat, in quo argumentum hoc doctius fuſiusque pertractetur. Hanc epiſtolam ejusque præcipua verba eò lubentius hic repeto, & ad meum inſtitutum applicare ſatago, quia eandem Epiſtolam D. Ambroſii multiplici eruditione computiſtica & chronologica plenam non tantum à Scaligero & aliis Chronologis citari: verum etiam a Nicolao Mullerio in Tabulis Friſicis Aſtronomicis ipſis Tabulis totam præmitti video. Cum ergo non mediocris ſapientiæ ſit diem celebritatis Paſchalis definire, & ipſa Scriptura divina hac in re nos quaſi inſtruat, & traditionem majorum id jubeat, hæc autem celebritatis Paſchalis definitio ſine Aſtronomiæ Lunæ-Solaris adminiculo, quæ certè peritiſſimis illis calculandi in Concilio Niceno congregatis non ignota fuit, peragi nequeat; cur Paulus Guldinus Jeſuita aliàs doctiſſimus & Calendarii Gregoriani poſt Chriſtophorum Clavium & Dionyſium Petavium defenſor præcipuus de Guidi Ubaldi ſententia l. 1. Refutationis Elenchi Calendariani c. 7, talem Calendarii reſtitutionem & reformationem exoptet, ut, licet eadem reformatio Aſtronomiæ peritiam requirat, Calendarii tamen reformati uſus cuilibet etiam Aſtronomiæ ignaro pateat? ut Viri Eccleſiaſtici (*quorum maxima pars a ſtudio Aſtronomico abhorret*) non cogantur hac de cauſa Aſtronomiæ operam navare, vel ſæpe ſæpius Aſtronomos conſulere. At Moſes in hoc Paſchatis inquirendi negotio minime ab Aſtronomiæ ſtudio abhorruit. Eſto enim, quod, quemadmodum Ægidius, referente Dn. Crugero p. m. Mathematico Dantiſcano in Diatribe Paſchali Partis 1. l. 2. c. 1. propoſ. 9. vult, quod, inquam, populus Iſraeliticus Exodi tempore rudis & indoctus fuerit; quod tamen ſimpliciter verum non eſt: certe hæc ruditas Moſi Prophetæ Maximo & non tantum omni Ægyptiorum ſapientia inſtituto, verum etiam a Spiritu Sancto ſingulariter illuminato [illegible] nequit. Nihil hic probat aut probabit fabula illa Talmudica ab Ill. Wilhelmo [illegible] relata, quod [illegible] Sanctus [illegible] Moſi [illegible] ſpeciem Lunæ [illegible] in [illegible] apparet, quando [illegible], monſtravit? quæ

Cá-

[illegible]σεως tamen aſſertio neceſſario Synodi notitiam præſupponit. Quicquid autem Moſes in Aſtronomia Lunæ-ſolari vel proprio ſtudio in Ægypto acquiſitâ, vel à Spiritu Sancto infusâ tenuit, id procul dubio in angulo non occultavit, ſed fratri Aaroni totiq; Aaronis & ſuæ poſteritati fideliter communicavit. Quanquam exactè ſciri non poſſit, quo artificio Judæi ab Exodi tempore uſque ad Periodi Alexandrinæ initium Novilunia & Plenilunia Paſchalia inveſtigaverint, an Calendarium Judaicum vel ſimile quid jam tum habuerint, prout Nicolaus Mullerius in Anno Judæorum Lunæ-ſolari velle videtur, an verò Octaeteride Cleoſtratæa uſi fuerint, quam Samuel Petitus l.1.Ecl. Chronol. c.4. [illegible] & Moſi affingit, cum tamen Moſes ſex circiter annorum centenariis Cleoſtrato antiquior fuerit, & ipſa illa Octaeteris ratione motus Lunæ-ſolaris vitioſiſſima ſit, an denique cyclos & Epactas, quos Paulus Guldinus tantopere commendat, habuerint. Qui Compendium hoc Chronologicum legere & perlegere dignatus fuerit, is plurima exempla & Pleniluniorum Paſchalium & Paſchatum Aſtronomicorum, Judaicorum, Chriſtianorum & Dionyſianorum calculos inveniet, & nullis hic cyclis nullis Epactis opus & eſſe & fuiſſe deprehendet. Imo nihil unquam Periodis & cyclis hujuſmodi fallacius fuit. Atque ut omittam hic innumeros fere cyclos, quos Scaliger in libris de Emend. temp. ſcrupuloſè conſiderat, prodeat ſaltem omnium cyclorum fons quaſi & origo Cyclus Metonicus ſive Enneadecaeteris Metonica 19 annis Julianis compoſita, quorum 19 annorum Julianorum ſpatio Meton Solem cum Luna paria facere putavit, & tamen erravit. Et quemadmodum Calippus Enneadecaeteridem Metonicam, 19 per 4 multiplicatis, per 76 annorum Periodum ſuam Calippicam & Alexandrinam correxit, ita Hipparchus, 76 per 4 iterum multiplicatis, & 304 annis productis, Periodum Calippicam per alium 304 annorum cyclum vitioſiſſimè interpolavit; quemadmodum de his correctionum iſtarum modis & cauſis in Compendio hoc pluribus agitur & agetur. Licet autem Enneadecaeteris Metonica ratione motus Solaris & Lunaris ſit vitioſiſſima: tamen illis calculandi peritis in Concilio Niceno congregatis placuit, non quod vitio careret, ſed quòd melior cyclus haberi non poſſet. Procul dubio enim hi calculandi periti ex Academia Alexandrina, in qua ſtudium Aſtronomicum tum maximè floruit, ad Concilium Nicenum venerunt, & è Ptolemæi Aſtronomia didicerunt, quòd motus Lunæ Metonicus in Enneadecaeteride a Metone u-

ſurpatus deterior ſit Calippico, & Calippicus Ptolemaico: quem tamen Ptolemaicum Lunæ motum hi calculandi periti in Enneadecaeteride non uſurparunt. Forſan etiam iidem calculandi periti de Octaeteride, cujus & Hippolytus in Canone, qui l.7. de Emend. Temp. Scaligeri p.221. & ſeqq. extat, & Africanus apud Hieronymũ meminerunt, aliquid audiverunt, quæ Octaeteris utpote in 8 annis Jul. 2922 quidẽ dies at in 99 Lunationibus Tychonicis in Octaeteride hac contentis 2923 dies & 12 horas complectebatur. Hujus Octaeteridis vitium idem Hippolytus circa annum Chriſti 222 animadvertit, &, Octaeteride abrogata, Heccadecaeterida h.e. 16 annorum Jul. ſive 5844 dierum & duarum Octaeteridum cyclum & Canonem Paſchatis inventioni inſervientem & 198 Lunationes ſive 5847 dies continentem propoſuit. Et ne quis Enneadecaeteridem illam in Concilio Niceno demum uſurpatam eſſe putet, multis ante Concilium Nicenum annis Anatolius, cujus Euſebius l.5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ meminit, cyclum eundem decemnovennalem ab Alexandrinis acceptum expoſuit, de eoque diſputavit. Unde Paſchalis & cyclicæ hujus methodi fontes in Calendario Alexandrino, cujus prima Thot cum 29 Auguſti ſemper conveniebat, requirit Petavius l. 6. de doctrina temp. c.1. & Epactarum etiam originem inde deducit, quarum Epactarũ inventio & uſus intricatiſſimi ſunt & valdè laborioſi. His vero Epactis & variis cyclis jam enumeratis facilè carere poſſemus, modo in Paſchatis συνεαφίαν & ἀναζυφίαν, à quo omnia Eccleſiæ feſta dependent, inventione vel Calendario Jud. vel Syzygiarum & Æquinoctiorum æquabilium Tabulis facili calculo ritè uteremur. Hic enim defectus tempore Ambroſii in Eccleſia fuit conſpicuus. Unde ſcripti de hoc argumento Ambroſiani encomium Scaligeranum ſupra relatum cum quodam grano ſalis cum q; limitatione eſt accipiendum. Nam in anno Chriſti 387, in quo Paſcha ex Enneadecaeteride deſumptum 25 Apr. feria prima, D. Ambroſio & Paulo Guldino teſtibus, celebratum eſt, merito dubitatum fuit, an non idem Paſcha hac ratione in ſecundo menſe celebratum eſſet, & an non potius non quidem cum Judæis 21 Mart f.1, ſed 28 Mart. f 1. celebrãdum fuiſſet. Cum enim illud Novilunium revera Paſchale ſit, quod paucioribus quam 15 diebus ab Æquinoctio verno tum in 21 Mart. conſpicuo diſtat: certe non 5 Apr f.2 ſed ſexta Mart. f.7. Novilunium revera Paſchale extitit. Illius enim ab æquinoctio verno diſtantia erat [illegible] dies & [illegible] horæ: ſequentis verò ſexdecim dies & 21 horæ. Si jam conſeratur Calendario Judaico [illegible], in quo Paſcha l[illegible]

[illegible]

[illegible] in 21 Martii f. 1, prout Paulus Guldinus habet, incidebat, quis non videt, quod hodieq; Paſcha tàm συτρώσιμον quam ανασώσιμον ſine Calendar. tam Dionyſiano quàm Gregoriano per ſolas Syzygiarum & Æquinoctiorum Tabulas perque ſolum Calendarium Judaicum rectè intellectum & applicatum ad omnes Epochæ Chriſtianæ annos ad P. Guldini exemplum, quod l.3.Ref.Elenchi c.7.extat,& invenire & aſſcribere poſſimus? Cum ergo Calviſius in Calendarii Gregoriani Elencho Plenilunium Paſchale normam & ſcopum Paſchatis agendi non Epactarum & cyclorum lubricam fidem eſſe cenſet, Paulus Guldinus l.3.Ref.Elenchi eidem Calviſio impudenter ita reſpondet: Cycli, Cycli, Calviſi, fuerunt ſunt & erunt in Eccleſia catholica norma & ſcopus Paſchatis agendi non Pleniluniorum ſcrupuloſa ad horas nimirum & minuta alligata ratio. Gloriantur hodieq; Pontificii de Gregoriani Calendarii bonitate, ejusque bonitatis teſtem Nicolaum Mullerium, prout Dionyſius Petavius ejuſdem Calendarii acerrimus defenſor in fine libri quinti de doctrina temp. facit, citare non verentur. Sed longè alia Nicolai Mullerii ſententia deprehenditur in adhortatione, quæ in fine Iſag. in Calendarium extat, ad emendationem cycli Paſchalis & quidem ante omnia ſalvâ Calendarii & anni Juliani integritate, inſtituendam. Facile ſimilem adhortationem, qualem Nicolaus Mullerius ad Illuſtriſſimos & Potentiſſimos Belgii fœderati Ordines ibidem inſtituit, ut videlicet ampliſſimo laudum ſuarum cumulo hanc Cycli Paſchalis emendati laudem adjicere in animum inducant, ad Invictiſſimum [illegible] Imperatorem ad vos item Principes Optimi Maximi, Domini Clem[illegible] utpote noſtri Imperii magna Lumina hic addere poſſem, niſi me oleum & operam perdere viderem. Quemadmodum enim cycli Paſchalis emendatio Ordinum eorundem juſſu inſtituta Imperio nihil vel præſcriberet vel præſcribere poſſet; ita ſi Imperatoris, Regum, Electorum Principum & Imperii auſpiciis & juſſu nec non aliorum quoque Chriſtianorum Regum & Principum conſenſu, Calendario Gregoriano non abrogato, hoc eſt, monſtroſo [illegible] & ſequentibus annis plurium dierum exemptione, Tetracoſieteride item & aliis fallacibus cyclis ſalvis manentibus, vel vera Cycli Paſchalis emendatio inſtitueretur, vel Aſtronomicæ Lunæ Solaris & Calendarii Judaici adminiculo ad 400 aut quingentos circiter Chriſti annos ſimilis tabula, qualem Paulus Guldinus l.4.Ref. Elenchi [illegible] p.20[illegible]. & ſequentibus exhibet, ab Aſtronomis proponeretur: major tamen confuſio, quam antea fuiſſet, ſubſequeretur. Sed optanda potius [illegible] quam ſperanda. Licet enim hodie quoque interdum [illegible]

per

per celebritate feſti Paſchalis, ut verbis D. Ambroſii utar, fluctuemus, dum idem feſtum aliâ die à Pontificiis, aliâ verò à nobis celebrari in Calendariis vulgaribus videmus, Dei tamen auxilio & veſtrâ, Heroës Optimi Maximi, tutelâ freti, idem Paſcha in verâ pietate celebrare poſſumus vel contenti, quod, an Paſcha tam Gregorianum quàm Dionyſianum legitimum vel illegitimum ſit ex Aſtronomia-Lunæ-Solari, quæ in Scholis & Academiis veſtris proponitur, uti etiam è Calendario Judaico facilè dijudicare queamus, vel Antiquitatis & Hiſtoriarum memores, ſecundum quas Eccleſiæ Aſiaticæ in primitiva Eccleſia è D. Johannis traditione eadem cum Judæis die, ſive hæc dies dominica eſſet ſive non, aliæ verò Eccleſiæ in Palæſtina & Europa exiſtentes idem Paſcha non niſi dominica die celebraverunt. Sed quid ego minimæ ſortis homuncio apud vos rebus graviſſimis Imperium, Electoratum, Archi-Epiſcopatum & aliquot Principatus concernentibus occupatos de his rebus, quoad ſpeciem, ſcholaſticis verba facio. Accipite ergo Potentiſſimi Principes, Domini mei Clementiſſimi, Sereno vultu, hoc quicquid eſt munuſculi, audaciæ meæ, qua hoc alloquio vobis moleſtiam creo, ignoſcite, & ſimul, ſi aliquid alicubi, cum errare humanum ſit, vel dormitatum vel à vero aberratum ſit, ad veſtram Clementiam me deprecantem confugere ſinite. Deus ter Opt. Max. vos omnes Spiritu ſuo Sancto regat, omnia conſilia veſtra fortunet, diutiſſimè vos incolumes ſervet, omni benedictionum tàm corporalium quam ſpiritualium genere cumulatiſſimè ornet, & tandem æternum beet. Dabam Witebergæ Dominica V. poſt Trinitatis eaque 14. Julii Anno 1661.

Sereniſſimarum, Reverendiſſimæ, Potentiſſimarumq;

Celſitudinum Veſtrarum

Subjectiſſimus

REINHOLDUS FRANCKENBERGER, Hiſt. P P.

Qui

QVi Chronologiam ſcripturi & edituri eandem Lectoribus de meliore nota commendare, prout debent, ſatagunt, ii inter alia hinc etiam argumentum petunt, quod Chriſtiano homini nihil magis poſt Dei & Chriſti ſolidam & veram cognitionem neceſſarium ſit, quam ut tempus illud, quo dulciſsimus Salvator noſter datus nobis & natus, & quo pro noſtris peccatis gratiſsimum corporis ſui ſacrificium æterno Patri in ara crucis obtulit, certò cognitum habeat, cum tempus rerum norma & cuſtodia ſit, & nihil eorum, quæ ante nos geſta ſunt, pro certo & indubitato haberi poſſit, niſi temporum charactere confirmatum ſit. Quod uti rectè ſtatuitur: ita ante omnia Periodum Julianam, Epocham Mundi conditi, Periodum Judaicam, Epocham Exodi, Olympiadum, Nabonaſſaris, Excidii prioris Hieroſolymitani, Alexandræam, Julianam &c. præcognoſcendas eſſe ſubintelligitur. Certè Ill. Scaliger Periodi Julianæ beneficio, invento in hac æquinoctii verni & Novilunii Paſchalis in 2da Apr. concurſu, Epocham Exodi Iſraelitarum ex Ægypto in anno Periodi Julianæ 3217 primus invenit, & per hunc annum, 2453 à 3217 ſubtractis, & 764 annis relictis, Epocham mundi conditi in anno Per. Jul. 764 deprehendit. Annis Per. Jul. 3217 & 907 annis ab Exodo eadem ad excidium Hieroſolymitanum interceptis additis, fiunt anni 4124, in quorum 4124 annorum ultimo eoque cum anno Olympiadico 186 completo conjuncto contigit idem excidium. His 186 annis ab annis P. J. 4124 deductis, manet annus Per. Jul. 3938, quo prima Olympias cœpit, non 3939. Ita annus σταυρώσιμος eſt ſecundum Phlegontem egregium Olympiadum ſupputatorem, annus Olympiadicus 808, hoc eſt, annus Per. Jul. 4746 Julianus 78 & annus Epochæ Chriſtianæ 33. Annus Chriſti Natalis verus ſecundum Euſebium eſt annus Olympiadicus 774 hoc eſt annus Per. Jul. 4711 & annus Julianus 43tius finiens, de quo 41 anno Dn. Wilhelmus Langius in præfatione eruditiſsimi ſui operis teſtatur, quod nemo inter antiquos fuerit, qui non Chriſtum aut exeunte 43tio anno Juliano aut 44 ineunte natum eſſe crediderit. Similiq; methodo non tantum tempus Chriſti σταυρώσιμον & genethliacum certum haberi, verum etiā intervallum inter conditum Mundi, excidium item Hieroſolymitanum & inter annum Epochæ Chriſtianæ primum, h.e. annum Per. Jul. 4714, quod illic eſt 3949 annorum & 3 Menſium. Hic vero 589 annorū & 4 circiter menſium, imò reliquarum Epoch. etiā tam biblicarum quam prophanarū inter-

valla facilè inveniri poſſunt. Unde manifeſtè apparet, quod nemo tempus Chriſti vel natale vel *σταυρώσιμον* certò cognoſcere poſſit, qui non antè Epocham mundi conditi & cæteras Epochas biblicas, imò qui non Epochas quoq; gentiles præcipuè, præter Periodum Julianam, Æram Olympiadicam, Urbis, Nabonaſſaris, Alexandræam, Julianam &c. probè ſpeculatus fuerit. Non audiendus hic eſt Chronologus myſticus Dn. Haynlinus, qui de Solis myſteriis Chronologicis biblicis iiſque fictitiis ſollicitus Epocharum Exoticarum verbo tenus meminit. Suus ſenſus relinquendus eſt Dn. Wichmanno, qui in Chronologia ſua ſacra ſola fere ſacra tractat, Periodũ Julianam, Epocham Judaicam, Olympiadicam, Nabonaſſaris, Urbis, Alexandræam, Julianam & Chriſtianam Æras parum curat. Non curandus Jacobus Salianus Jeſuitarum princeps ac Presbyter, qui in vaſto ſuorum Annalium Eccleſiaſticorum opere elaborando ne adhibendos quidem ſibi cenſuit cyclos, è quibus Periodus Juliana tota componitur, tantum abfuit, ut eos in fundamento duceret. Non enim cycli, inquit, Chronologiam ordinant, ſed ſupponunt, nec, quo quid tempore factum ſit, indicare poſſunt. Pergit: Calviſius initio Mundi cyclum ponit 8, Lunæ 4tum &c. Quid emolumenti habet iſta diligentia ad veram agnoſcendã & firmandam Chronologiam? &c. Hactenus Salianus. Corrigendus hic eſſet in ſua Chronologia Calviſius, dum non tantum annis Mundi ſingulis certos Solis & Lunæ cyclos, Per. Julianæ mentione omiſſâ, aſſcribit, cum potius verbi cauſa anno Mundi primo annum P. J. 764 in quo cyclus ſolis 8 & Lunæ 4tus non obſcure latent, apponere debuiſſet, quæ res I. Saliano cyclos hos rejiciendi occaſionem dedit: verùm etiam in Iſagoge Epocharum prædictarum cyclos characteriſticos non è P. J. fundamento, ſed è principio obſcuro *ἀμεθοδεύτως* inquirit. Hic Periodi Jul. annorum in Chronol. Calviſianæ defectus M. Andreæ Helwigio quoq; occaſionum dedit in Paracelſu-ſinate Anno 1642 Stralſundi edito de Calviſ. Chronologia nõ adeo bene in ſeq. verbis ſentiendi: In Calviſiano calculo nulla eſt Biſſextilium in annis Mundi dexteritas aut cum Biſſextilibus Æræ Chriſtianæ convenientia. Ut, Annus, qui præceſſit Æram noſtram, (ciphra notatus) Biſſextilis utique erat, omnibus fatentibus Mathematicis. At videamus Calviſii annum mundi, quem noſtræ Æræ præmittit, 3949: cogitur hic eſſe biſſextilis ob aſſignatum ei cyclum Solis 9 &c. Sic nec uſquam alibi numeri concordant. His & ſimilibus Sermonibus Helwigius uſus non fuiſſet, ſi Calviſius anno M. 3949 non ſolum cyclum Solis 9 & Lunæ 1 verum

rùm etiam annum P. J. 4713 appoſuiſſet. Similis erroris reum Calviſium facit Dn Helwigius in §. X, quando dicit communem veterum Computiſtarum Calculum eſſe retinendum, qui primum Chriſti annum tribuunt Juliano anno 45 non 46, quod præter cæteros etiam fecerit Petavius. Nam neq; annum primum Chriſti eſſe annum Jul. 45 verum eſt & Petavium P. J. Artificem id feciſſe, h. e. annum primũ Chriſti cum anno Jul. 45 cõpoſuiſſe falſiſſimum. Magnꝰ mihi pateret campus, de ejusdem Dn. Helwigii de Per. J. judicio, quod ibidem paulò pòſt ſubſequitur, diſſerendi. Nam non tantum Heinrici Philippi Jeſuitæ verba è generali ſacrorum temporũ ſynopſi deſumpta, quod videlicet in ordinanda temporum ſerie P. Jæ gnomon minime neceſſarius ſit, & propterea nec ipſe H. P. eo in Synopſi temporum uſus ſit, ibid. apponit: verum etiam proprium ſequens de eadem Per. J. judicium, [illegible] olis rationibus additis, ſubjungit, quod videlicet magna illa P. J. nihil aliud, quàm otioſi ingenii nugamentum & ludicrum quiddam eſſe videatur; imò, prout in fine hujus paragraphi dicit, quod eadem Per. Jul. non tantum minimè neceſſaria parumq; utilis ſed ſupervacua ac prorſus inutilis ſit, imo noxia turpis ac probroſa, indignaq; homine Chronologo judicanda, deniq; ad extremos Garamantatas & Indos releganda. Similibus cõtumelioſis verbis Scaliger in Proleg Can. Iſag. in fine P. J. contemtoribus occurrit: Qui riſu, inquit, Periodum Jul. aut contumelia excipiunt, aſini ſunt, ſtelliones indigni, quibus reſpondeatur. Sed longè pejor pernicioſiorque omnes Chronologos falſitatis convincendi intentio eſt Clariſſ. Dn. Jacob. Voſſii, cum in Libro nuper edito eoq; elegantiore quam prudentiore perſuadere nobis fatagit, quod in Geneſeos Fontibus & verſione græca plus fidei habendum ſit ſeptuaginta Interpretibus & Maſoretis, quam Moſis fontibus ipſis, quodq; proinde Ætas Mundi 1400 annis, quam hactenus & ſtatuimus & credidimus, major ſit. Quâ novâ eâq; abſurdâ opinione conceſſa, non Scaligerianum ſolum ſed omnium Chronologorum magno labore adornata corruunt & in fumum abeunt Syſtemata, adeo ut nemo futurus ſit, qui Dn. Voſſii huic ſententiæ favere poſſit. Nos potius cum Scaligero Periodi J. adminiculo primum añum M. Moſ. cum certo P. J. anno colligamus, & hinc Patriarcharum Judicum, Juda & Iſraël Regum, Prophetarum, Chriſti, Apoſtolorum & Evangeliſtarum annos cum P. J. & M. annis legitime copulamus. At qui Spiritus S. in Scriptura Patriarcharum, Judicum, Juda & Iſraël Regum, Prophetarum & Chriſti Apoſtolorum & Evangeliſtarum vitas deſcri-

 pſit,

pſit, idem etiam Nimrodi, Sardanapali in Jonæ hiſtoria, Nabopollaſſaris, Ezechiæ, Nebucadnezaris, Balthaſaris, Darii Medi, Darii Hyſtapis, Ahaſveri ſive Xerxis, Darii Nothi, utriuſque Artahaſtæ ſive Artaxerxis, Longimani nimirum & Memoris, Darii Codomanni, Alexandri M, Auguſti, Tiberii & aliorum Monarcharum & Regum mentionem in utroque Teſtamento adjecit, eoque ipſo nos Exoticas quoque & profanas hiſtorias & Epochas in Herodoto Thucydide, Xenophonte, Arriano, Polybio, Diodoro Siculo, Livio, Plutarcho, Appiano &c. uti etiam in Euſebio ejusque interprete incomparabili Joſepho Scaligero & aliis ſcrutari voluit juſſit. Et quemadmodum vera Eccleſia extra Politias & Monarchias eſſe nequit, ſed in & ſub iisdem grata halcyonia quærit: ita etiam Hiſtoria & Chronologia ſacra ſine profana vel cognita vel propoſita manca quodammodo eſt & imperfecta, non quod Chronologia ſacra ſine profana conſiſtere non poſſit, ſed quod id, quod Deus ipſe, Monarcharum prædictorum mentione in Scriptura ſacra factâ, adeſſe voluit, non adſit. Atque hoc reſpectu in Chronologia 4 Monarchiarum aliorumque præcipuorum Imperiorum Regnorum & Rerumpublicarum mentio occurrit, quarum 4 Monarchiarum ordine non interrupto in tota Hiſtoria nihil illuſtrius eſt, quem ordinem cum Eccleſiæ ſtatu, qualis ſub quaque Monarchia fuerit, conjunctum ſi quis Geographiæ & Chronologiæ oculis inſtructus beneque uſus ſibi notum fecerit, is ſine dubio magnam totius Hiſtoriæ partem cognitam habebit. Unde reperiri mirum eſt, qui 4 Monarchiarum doctrinam Hiſtorico & Chronologo denegare eamque ſoli vel Theologo vel Politico aſſignare auſit. Etſi enim Monarchiarum fundamentum è ſolo Daniele cum Theologis ſit petendum; tamen, quomodo & quando Prima, Secunda, Tertia, & Quarta Monarchiæ cœperint, qui cujuſque Monarchiæ Monarchæ fuerunt, id ſolus Hiſtoricus & ex hujus traditione Theologus & Politicus, ubi opus eſt, explicare poteſt. Eſt enim conſtans non vulgi ſed magni nominis Theologorum & Hiſtoricorum magno conſenſu multis ſeculorum ætatibus comprobata ſententia & minime, ut Clariſſimus Politicus Bodinus in Methodo Hiſtoriarum falsò autumat, inveteratus error, quod per geminam Coloſſi & 4 beſtiarum viſionem Danielis propheticam denotentur & prædicantur 4 illa orbis terrarum Imperia ſumma & generalia. Nam prima Monarchia per caput aureum perque Leonem alis aquilinis præditum denotata. Et forſan obſcura videtur vel in Nimrodo Moſis,

quem

quem plerique Chronologi pro primo Monarcha Babylonico
habent, vel in Nino & Semiramide Juſtini, vel in Belo Africani
& Joſephi Scaligeri, vel denique in Jonæ Prophetæ Sardanapalo,
cui Arbaces Medus ſucceſſit: certè manifeſtiſſima eadem Monar-
chia prima eſt in Nabuchdonoſare vel Nebucadnezare Scriptu-
ræ, quem Daniel his verbis compellat: Tu es REX Regum, &
DEUS cœli omnia, in quibus habitant filii hominum, in ma-
nus tuas dedit, atque ſub tuo imperio univerſa conſtituit. Quæ
verba ſi quis de Monarchia purè politica, in qua unus præeſt, in-
terpretari velit, is errabit. Nam eadem Danielis verba non
de facto, quaſi Necucadnezar totum terrarum orbem imperio
actuali poſſederit, ſed tantum de jure loquuntur, quia idem Ne-
bucadnezar neque totam Aſiam, majorem præſertim, imperio
ſuo ſubjecit, neque in Europa quicquam habuit, neque in Afri-
ca præter Ægyptum quicquam obtinuit. Et cum hujus Mo-
narchiæ Aſſyriacæ & Babylonicæ initio loco peculiaris ejusdem
Monarchiæ primæ Axiomatis cœperunt antiquiſſimæ in Com-
pendii hujus lib. 2. ſect. 1. cap. 3tii canone 4. commemoratæ 1903
annorum Chaldæorum obſervationes. Ita ſecunda Perſarum
Monarchia ratione initii manifeſte apparet in Cyro dicente in
Scriptura: Dominus cœli & terræ dedit mihi omnia regna
terræ, non quod Cyrus omnia regna terræ occupare potue-
rit, ſed quod Jus omnia regna terræ occupandi a DEO accepe-
rit. Unde Athenienſes Perſicos Cyri ſucceſſores κατ᾽ ἐξοχὴν
REGES vocarunt. Idem Danielis vaticinium à Sacerdotibus
Hieroſolymitanis Alexandro Magno primo tertiæ græcorum
Monarchiæ Regi in Templo Hieroſolymitano oſtenſum adeo
eundem Alexandrum contra Darium Codomannum ultimum
Monarcham & Cyri ſucceſſorem Perſicum ad Arbela de ſumma
rerum dimicaturum animavit, ut eidem Dario Codomanno
dimidiam totius regni partem in pacificatione offerenti intre-
pide reſponderit: quemadmodum Orbis terrarum non po-
teſt duos Soles tolerare, ita ſe minimè Darium Codomannum
tanquam parem ferre poſſe; proinde aut dederet ſe, aut aciem
repararet. Quibus verbis certè Alexander Magnus ad Imperi-
um Catholicum in Danielis vaticinio ipſi Alexandro Magno

b 3 mi-

minimè ignoto fundatum idque numero tertium non obſcurè reſpexit : quod Imperium tertium in Alexandri Magni Succeſſoribus uſque ad Julium Cæſarem primum Romanorum Imperatorem duravit. In initio cap. 6. Sectionis 3. ſequetur, quod cum Monarchia tertia cœperit prima Periodus Calippica & novum Calendarium. Et licet quartum & poſtremum Romanorum Imperium Monarchicum per pedes Coloſſi Danielitici ferreos & luteos perque belluam immanem notatum, non ita, ut præcedentia tria, diſertis verbis in Daniele expreſſum videatur, tamen iis ſignis atque notis deſcribitur, quæ ipſo eventu partim olim comprobata ſunt, partim hodieque comprobantur. Nam & adventum Meſſiæ in carnem ſub Auguſto ſecundo Romanorum Imperatore certò factum Daniel in hac quarta Monarchia reponit, & ejuſdem Monarchiæ quartæ perennitatem uſque ad Chriſti reditum noviſſimum Spiritu prophetico promittit, adeo ut nulla Monarchia quinta ſperari vel poſſit vel debeat. Agnovit hoc Tertullianus, dum in Libro ad Scapulam, Chriſtus, inquit, ſalvum vult totum Imperium Romanum, quouſque ſeculum ſtabit, tam diu enim ſtabit. Hanc veriſſimam & à majoribus nobis traditam de quatuor Monarchiis ſententiam refutare conatur Johannes Bodinus in Hiſtoriarum Methodo his verbis: Inveteratus ac Magnorum Virorum opinione pervulgatus error de quatuor Monarchiis tam altè radices egit, ut vix evelli poſſe videatur: quorum autoritate fractus aliquando minimè dubitandum eſſe putabam. Movebar etiam Danielis oraculo, cujus fidem elevare ſcelus, autoritatem autem infringere nefas eſt. Poſtea tamen verba Danielis obſcura & ambigua in varios ſenſus torqueri poſſe intellexi, & hic formulam illam: Non liquet, uſurpare malui, quam temere cuiquam aſſentiri. Hactenus Bodinus. Et licet hunc Bodini de 4 Monarchiis errorem & Parens meus p. m. Andreas Franckenberger in hac ipſa Academia ante 80 circiter annos Hiſtor Profeſſor Publ. in erudito de Hiſtoriæ Propheticæ dignitate Libello, nec non Clariſsimus Vir Matthæus Dreſſerus itidem Hiſtoriarum Profeſſor Publicus Lipſienſis ſufficienter refutaverint: tamen Bodini de hac controverſia poſteriores cogitationes in

lib. 4.

libr. 4. de Repub. in ſequentibus verbis prolatæ minimè ſunt ſapientiores: Ea tamen, inquit Bodinus ibidem, Andreas Franckenbergerus Saxo Lipſiorum Pontifex Lutheri autoritate, Dreſſerus vero homo de Schola, nulla ſubjectâ ratione male dictis refellit. Hunc ego hominem diſertum putabo, ſi, quam male didicit, tam benè dicere diſcat. Hactenus Bodinus. Cujus circumſtantiarum ignorantia, per quam toties in verbis errat, vel hinc manifeſta eſt. Nam Parentem meum Saxonem vocat, cum fuerit Francus, Lipſiorum Pontificem indigitat, cum hic primò Eloquentiæ & deinde Hiſtoriarum Profeſſorem egerit, & denique Lutheri ſaltem autoritate pro argumento uſum eſſe affirmat, cum tamen idem Parens meus ad Lutheri & Philippi beatorum ductum ſolum Danielis textum clariſſimum ad hiſtoriam & experientiam accommodaverit. Similem errorem Bodinus in Dreſſeri, quem per injuriam hominem de ſchola vocat, mentione committit, eoque ipſo vel Parentis mei vel Dreſſeri Tractatus de hac re editos ſe nec vidiſſe nec legiſſe innuit. Etſi verò, 4 Monarchiis hac ratione a Bodino negatis, ſimul Germanis quarta Monarchia denegata erat: tamen idem Bodinus non tantum in Hiſtoriarum Methodo: verum etiam lib. 4. de Republica & alibi è peculiari erga Germanos odio contra Germanicum Romanorum Imperium bellum non armis ſed ſtylo ſuſcipit, tandem ut dignitas illa, quam Germania Patria noſtra dulciſſima per Collegii Electoralis nervum Dei beneficio hactenus tenuit, in univerſum ſublata videatur. Quod Bodinus forſan non feciſſet, niſi hæc & alia Virum malè habuiſſent: ut, quod Franciſcus Primus Galliæ Rex poſt Maximiliani I. Imperatoris mortem axioma Monarchicum ab Electoribus petens, Carolo V. prævalente, repulſam tulerat, quod Carolus V. Imperator Potentiſſimus eundem Franciſcum Regem ad Papiam per Duces ſuos abſens in prælio vicerat, & vivum ceperat, quod idem Carolus V. perfidiam Gallorum ulturus ſemel atque iterum cum exercitu Galliam invaſerat, ipſique Lutetiæ appropinquaverat &c. Sed quorſum Monarchiarum, ut earum doctrina perſpicuè proponatur, occaſione delabor? Quin potius ad

Com-

Compendii hujus conſtitutionem, qualis ea ſit, accedam. Notum eſt, omnes ſcientias in generales & ſpeciales partes dividi, & in illis generales affectiones per principia generalia de generalibus Subjectis, in his verò ſpeciales affectiones de ſpeciebus per generalia & ſpecialia pariter principia demonſtrari. Cum itaque Chronologia itidem ſit ſcientia, in Scientiæ quoque forma illam proponendam eſſe cenſui, & proponere tentavi, non quod ego utpote & ingenio & Logicæ exquiſitæ artificio deſtitutus id optime facere poſſem, ſed ut aliis, quo melius id tentarent, præirem. Hæc enim methodus in Compendio hoc obvia à Scaligeri de rebus potius quàm de rerum ordine ſolliciti, à Calviſii item Petavii & aliorum Chronologorum methodis planè eſt diverſa & tamen ad memoriæ remedium commodiſſima. Quod ſi quis in Hypotheſibus, Axiomatibus, Poſtulatis & aliis in hoc compendio proponendis me interdum juſto liberaliorem fuiſſe objecerit: is cogitet, quod Euclidi quoque in Axiomatis 13. libr. 1. propoſitione ſimile quid acciderit, ut Geminus & Proclus itidem Geometræ aliique hoc axioma decimum tertium è principiorum numero ejecerint, modo cenſor meus debito cum judicio hoc fecerit. Alias enim de hypotheſium hujuſmodi eſſentia non eſt, ut ſint veræ, modo ab Auditore & Lectore ſint conceſſæ. Ita unum idemque axioma 13. lib. 1. Euclidi videbatur natura notum, Gemino & Proclo non videbatur. In Tabulis Syzygiarum & Calendarii Judaici inter Epochas primam feci Epocham Conſtantinopolitanam, eamque tamen in ipsâ Chronologia brevitatis ſtudio omiſi, tum quia Epocha Conſtantinopolitana ratione priorum 1559 annorum eſt proleptica, tum quia conditi Mundi Epocha merito eſſe debebat prima. Eandem brevitatem ſectatus ſum in Æra Judaica & Calendario Judaico, ubi ad primarum Tiſri dierum inventionem unice reſpexi, Tekupharum Addæ conſiderationem ſequenti de cauſa penitus omiſi. Annus ſolaris Tropicus Hipparchi, qui Tabulæ Tekupharum Addæ fundamentum exiſtit, ſecundum Nicolaum Mullerium in cap. 12. Anni Judaici, eſt 365 dierum & 5 horarum Syſtema & 993 cum ſex decimis partibus

ſcru-

ſcrupulorum Judaicorum, vel ſecundum Scaligerum & Calviſium totidem dierum & horarum & inſuper 997 /. & 48 Momentorum. Et quemadmodum quadrantes anni ſolaris Tropici vel Alphonſini vel Coperniciani vel Tychonici, quemadmodum in hypoth. II. l. 1. Compendii hujus habetur, ſunt inæquales: ita Hipparchici & Addæi quadrantes ſunt æquales; hoc eſt, ſinguli vel ſecundum Nicolaum Müllerium 91 dierum 7. hor. & 518 cum quatuor decimis ſcrupulorum Judaicorum, pro quibus idem Nicolaus Müllerius in cap. 12. Anni Judaici p. 52. 541 /. ponit, vel ſecundum Scaligerum, Calviſium & Petavium l. 7. de doctr. temp. c. 21. 91 dierum 7. hor. 519 /. & 31 Mom. Jud. Et quemadmodum quadrantes annorum ſecundum Scaligerum ſumpti diſcrepant à Mullerianis: ita etiam unius, 16 & 76 annorum Julianorum mediorum & Judaicorum & Hipparchicorum διάφοροι. Quia ergo tantam inter Mulleriana hæc & Scaligeriana ratiocinia diſcrepantiam & quidem non tantum in Methodo, hoc eſt, in Tabularum Addæarum uſu & modo, verùm etiam in ipſo fundamento, quod eſt anni ſolaris Tropici Hipparchici diſcrepans quantitas, conſpicuam conciliare difficile exiſtit, & vel Scaligerum Petavium Guldinum & Calviſium errare, vel Nicolaum Müllerium hallucinatum eſſe neceſſe eſt. Cum oculi plus videant, quam oculus, ideo Scaligeriana ſententia Mullerianæ quidem præferenda, omne vero de hac quæſtione judicium Benevolo Lectori committendum videtur. Aliàs negari nequit, quod idem Nicolaus Mullerius Aſtronomus eximius & Tabularum Aſtronomicarum Friſicarum editione de Republ. Aſtronomica & Chronologica optimè meritus & Ill. Scaligerum ſæpiſſime præter meritum & cauſam corrigat, & de Eraſmo Reinholdo Tabularum Prutenicarum Conditore laudatiſſimo minus honorificè ſentiat, cum eundem Eraſmum Reinholdum & in Tabularum Prutenicarum conſtructione dormitaſſe in fine anni Judaici p. 81. & Tabulas Lunæ-ſolares haud bonis Uraniæ avibus edi paſſum eſſe in Tabularum Friſicarum dedicatione p. 5. affirmat.

c De-

Denique benevolus Lector mihi ignoſcat, quod controverſiam Haynlinianam utpote & tædioſam & odioſam in hoc Compendio non totam perſequar. Scio enim & Dn. Haynlinum jam piè mortuum, & de mortuis non niſi benè loquendum, & totam Dn. Haynlini Chronologiam Myſticam in Academia noſtra inque Diſputationibus Publicis aliquoties eſſe refutatam. Hiſce benevole Lector vale, veræ Chronologiæ operam dare perge, illamq; vel ad debitam & optatam perfectionem deducere ſtude, vel deduci opta & precare.

BRE.

BREVE CHRONOLOGIÆ SCALIGERO-PETAVIANÆ COMPENDIUM.

PRÆLOQUIUM.

MAgnus eſt Chronologiæ tam docentis quam utentis in omni lectione Hiſtoriæ ad benè beateque vivendum conſcriptæ uſus, ne dicam de ipſius ſcientiæ Chronologicæ ſive de Chronologiæ docentis honeſtate utilitate & neceſſitate. Et quis, exempli gratia, de Calendario Dionyſiano & Gregoriano, utrum utro ſit melius & accuratius, felicius judicabit & dijudicabit, quam Chronologus? Computus certè Eccleſiaſticus utpote minima ſaltem Chronologiæ docentis particula in hoc quæſito parum faciet & efficiet. Cæterum quò major eſt Chronologiæ docentis, quæ per Chronologiam deinceps ſemper intelligenda erit, uſus: tanto major cernitur in Chronologia defectus in hiſce duobus quæſitis, ut alia plura omittam, ſatis conſpicuus, quomodo videlicet Chronologia in ſcientiæ formam non ſolùm ratione demonſtrationum Mathematicarum, Aſtronomicarum, & Chronologicarum: verùm etiam reſpectu Methodi Ordinativæ ſit redigenda, quod quidem hactenus vel â nemine, vel à paucis præſtitum eſt: Et quot anni á mundo condito tùm ad Chriſtum reverà natum tum ad Epochæ Chriſtianæ initium ſint numerandi. In quo poſteriore quæſito inter omnes Chronologos laudatiſſimam operam præſtitit Io. Joſ. Scaliger â pluribus hactenus lectus quam intellectus, quibus non ſolum Calviſium, verum me etiam annumero.

Utrique defectui hoc brevi & qualicunque Chronologiæ Compendio, fortunante DEO, medelam aliquam, ſi non invenire, ſaltem quærere animus eſt, illique Compendio προλεγομένων loco duo ſequentia eaque maximè neceſſaria capita præmittere, in quorum primo agendum erit de Chronologiæ Definitione & Cauſis, in ſecundo autem de Chronologiæ diviſione & partibus.

CAPUT I.

De Chronologiæ Definitione & Cauſis.

CHronologia ratione Etymologiæ ἀπὸ τȣ̃ χρόνȣ & λόγȣ dicta eſt temporalis vel temporaria ratio, ſive doctrina temporis vel temporum, quo nomine Dionyſius Petavius Opus ſuum Chronologicum infinita eruditione plenum inſcripſit, quemadmodum ejusdem Operis compendium Temporum Rationarium.

Quoad definitionem vero realem Calviſius quidem in cap. 1. Iſagog. eandem Chronologiam definit modò, quod ſit rerum geſtarum ſecundum tempus digeſtio, modo quod ſit notatio temporis rerum geſtarum memoriâ illuſtrati, Buntingus vero, quod ſit temporum & annorum certa delineatio, Funccius denique, quod ſit omnium temporum & annorum ab initio mundi ad eum annum, in quo vivimus, computatio, alii aliter: quæ deſcriptiones non de Chronologia docente, de qua jam ſermo eſt; ſed de utente loqui videntur. Alii Chronologiam ita definiunt: quod ſit temporis re quapiam geſta inſignis, quatenus eſt quantum, ſcientia: quæ definitio uti eſt veriſſima: ita quoque exiſtit breviſſima. Suo cuique judicio relicto, ſequens definitio vel deſcriptio ponenda videtur: Chronologia eſt ſcientia Mathematica impura & ſubalternata, quæ tempus Politicum hiſtoriis inſignioribus in Epochis præcipuis notatum & Characteribus Chronologicis munitum, quatenus quantum eſt in Hiſtoriæ uſum contemplatur. Hujus deſcriptionis explicationem qualemcunque ſequens cauſarum conſideratio ſuppeditabit.

Finis ultimus Chronologiæ eſt Gloria DEI, quâ plena eſt hiſtoria, cujus alter Oculus eſt Chronologia. Intermedius hujus

jus

jus finis eſt utriusque Hiſtoriæ tàm profanæ quàm ſacræ melior intellectus. Proprius autem & ultimus finis eſt non actio ſed cognitio, licet reſpectu & Chronologiæ utentis & Hiſtoriæ ſubſequatur quædam praxis & actio.

Efficiens Chronologiæ univerſalis eſt idem DEUS non tantum reſpectu corporum cœleſtium & præſertim Solis & Lunæ unà cum tempore tanquam Solis & Lunæ & effectu & affectu à DEO conditorum, nec nō reſpectu hiſtoriæ Sacræ, quæ & totius Chronologiæ & præſertim Chronologiæ profanæ fundamentum eſt; verùm etiam ipſius animi humani ratione, utpote quem DEUS & condidit, & ſciendi (l. 1. Metaph. Ariſt.) cupidum eſſe voluit. Particularis verò Chronologiæ efficiens cauſa ſunt partim Hiſtorici ſacri pariter, Prophetæ nimirùm & Apoſtoli, atque profani, quales ſunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Polybius, Arrianus &c. partim Aſtronomi, Ptolemæus, Rabbi Hillel, Rabbi Adda, Alphonſini, Copernic⁹, Tycho, Kepler⁹ Nicolaus Mullerius &c. partim deniq; Chronologi è veterib⁹ quidem Ephorus, Eratosthenes, Africanus &c. è recentioribus autem Beatus Lutherus, Funccius, Beroaldus, Crentzhemius, Codomannus, Buntingus, Genebrardus, Scaliger, Mæſtlinus, Calviſius, Petavius, Behm, Vbbo Emmius. W. Langius. Joh. Wichmannus &c.

Materia Chronologiæ vel eſt ex qua ſive partes, de qua materia aget c. 2, vel circa quam ſive objectum, vel in qua ſive ſubjectum. Materia circa quam in definitione præmiſſa ponitur tempus politicum hiſtoriis notatum Characteribusque munitum, quæ verba exhibent rem conſideratam, quemadmodum ſequentia, quatenus eſt quantum, modum conſiderandi, qui ad formale pertinet, quemadmodum res conſiderata ad materiale. Porro tempus hoc utpote numerus motus cœleſtis & quidem hic in ſpecie Lunæ ſolaris primo eſt phyſicum, e quo tempore Phyſico Aſtronomus, motu Luminarium accurrate cognito, facit Aſtronomicum in diebus, horis, & minutis ἀκριβῶς computatum. Et licet utrumque tempus ſit ſimplex, tamen idem tempus Phyſicum & Aſtronomicum in Eccleſia & Republica uſurpatum, ſemque Politicum conſtitutum eatenus ſit multiplex, quatenus ab homine eodem in hac vel illa Eccleſia & Re-

publica verſante diverſimodè ratione termini â quo & ad quem in diebus, horis, earumque partibus variis, in ſeptimanis, menſibus, annisque, & in annorum denique cyclis & periodis numeratur, numeratum ab hiſtorico, hiſtoriæ mentione addita, annotatur, & annotatum á Chronologo conſideratur, probatur, & examinatur. Materia denique Chronologiæ in qua eſt animus humanus theoreticus non ſolum Logicæ & Phyſicæ verum etiam Arithmeticæ, Geometriæ, & præſertim Lunæ-ſolaris Aſtronomiæ, adminiculis non deſtitutus, id quod innuunt verba illa, quod Chronologia ſit ſcientia Mathematica impura ſubalternata, quia, ut Matheſis impura loco fundamenti in diſcente præſupponit & requirit puram Matheſin: Ita ſubalternata diſciplina ſubalternantem.

Forma eſſentialis Chronologiæ eſt verſari circa tempus hiſtoricum non ratione unius aut alterius Epochæ ſed omnium conſideratum, idque abſtractum, quia omnes diſciplinæ Mathematicæ quantitatem abſtractam conſiderant, enumerare item ejusdem temporis tam generaliter quàm ſpecialiter accepti principia generalia & ſpecialia, affectiones generales & ſpeciales, & generales affectiones de tempore generaliter conſiderato, ſpeciales vero de ſpeciebus per principia demonſtrare. Forma vero accidentalis Chronologiæ eſt Methodus Synthetica, procedens â principiis tàm eſſendi quàm cognoſcendi ad principiata, hoc eſt, ad propoſitiones vel Canones.

CAPUT. II.

De Chronologiæ diviſione & partibus.

SCaligerianâ, Petavianâ, Calviſiana, Behmianâ, Emmianâ Chronologicorum librorum Methodis jam omiſſis, Chronologia commodiſſimè ad reliquarum ſcientiarum exemplum diſpeſci poſſe videtur in Partem Generalem & Specialem. Quemadmodum enim Phyſica generalis conſiderat corporis naturale in genere accepti principia generalia & affectiones generales: Ita etiam Chronologia generalis contemplatur & contemplabitur tempus illud hiſtoricum in genere conſideratum & in Periodo Juliana tanquam communi omnium temporum & Epocharum receptaculo & menſura concipiendum, enumerabit Periodi Julianæ principia tàm cognoſcendi,

ſcendi, quam eſſendi, & per hæc principia affectiones generales de Periodo Juliana tanquam generali objecto demonſtrare conabitur. Unde, ſicuti genus communicabile eſt omnibus ſpeciebus, & quemadmodum genus omnes ſpecies ſuo ambitu ſub ſe complectitur: Ita quoque generalis hæc Chronologia omnibus temporis Politici ſpeciebus in Chronologia ſpeciali conſiderandis accommodari poterit, & ita etiam Periodus Juliana à Scaligero primò inventa eſt & erit commune & generale receptaculum communisque menſura omnium Epocharum, omnium intervallorum, omniumque temporis Politici ſpecierum. Dum autem de Periodo Juliana hoc eſt de 7980. annorum Julianorum Syſtemate ita loquimur, P. Jam. noſtram, in qua jam vivimus, & in cujus P. Jæ Næ anno 764. finiente mundum conditum eſſe è Scaligero ſcimus, potiſſimum intelligimus minimè in hoc brevi Compendio vel de P. Ja. Poſtulatitia prima, cujus Scaliger in Canonibus Iſagogicis ſæpè meminit, & in cujus P. I. Poſt. primæ anno 7185 Epocha Conſtantinopolitana, quam itidem brevitatis ſtudio in hoc Compendio omitto, 1. Sept. cæpit, vel de P. I. Poſt. ſecunda, aut tertia acturi, quarum illa inibit, ſi DEO placuerit, una cum anno Chriſti 3268, qui itidem, ut primus P Jæ Poſtæ primæ annus habet & habebit cyclum Solis, Lunæ, & Indictionis primum, hæc verò concurret cum anno ejusdem Epochæ Chriſtianæ 11248 itidem, ut primus ejusdem P. J. Poſtæ ſecundæ annus, cyclo Solis, Lunæ. & Indictionis primo prædito. Atque hæc eſt cauſa, cur in hoc Compendio Epocham CPam, quam tamen in Fundamentorum inque Syzygiarum Tabulis poſui, omiſerim: quam ſi in Chronologia ſpeciali Epochæ mundi conditi præpoſuiſſem, Periodo certè J. Poſt. prima carere non potuiſſem. Atque ſic Chronologia hæc generalis conſtituet in hoc Compendio Librum primum.

In Chronologia autem Speciali & in Libro ſecundo agendum erit de Epochis hiſtoricis tanquam de Periodi Julianæ vel temporis in genere conſiderati ſpeciebus & quidem eo ordine, quo ex vetuſtatis & novitatis ratione conſequuntur, ſive hæ Epochæ ſint Biblicæ ſive profanæ, ſive Aſtronomicæ, ſive Politicæ. Hinc Epocha conditi mundi, Epochâ Conſtantinopolitanâ ob

cauſam præmiſſam omiſsâ, prior erit Epochâ Periodi Judaicæ, hæc prior erit Epochâ Diluvii, & hæc itidem prior erit Epocha Abrahami & nati, & vocati. Poſt has ſequentur Epocha Exodi, Templi Salomonici, Olympiadum, Urbis, Metonis &c. Quemadmodum enim in Phyſica ſpeciali corporum ſimplicium theoria propter ipſam generalitatem prior eſt corporum imperfectè, & perfectè mixtorum contemplatione, & hæc iterum propter eandem generalitatem præcedit lapidum, mineralium, vegetabilium, brutorum, & hominis ſpeculationem: ita in Chronologia ſpeciali Epocha mundi conditi propter ipſam antiquitatem prior eſt Epochâ Judaica, hæc propter eandem antiquitatem prior eſt Epocha diluvii, & ita conſequenter. Hinc E. Liber ſecundus complectetur 4. Sectiones.

Earum prima incipiet in mundi conditu.

Secunda in Exodo Iſraelitarum ex Aegypto.

Tertia in Excidio Hieroſolymitano priore.

Quarta denique & ultima in Epocha Chriſtiana.

Sed omnia cum Deo & veritate.

Cæterum unaquæque ſectio tum initialem ſuam Epocham tum quotquot hanc ductu temporis ſe conſequuntur, in diſtinctis capitibus conſiderabit. Etſi verò hæc Chronologiæ in Generalem & Specialem diviſio ſit commodiſſima: tamen in nullo ferè, quod ſciam, Chronologo eſt conſpicua, & prætcrea hoc inſuper incommodo comitata, quod ea, quæ a Scaligero, Petavio, Calviſio, D. Behm, Vbbone Emmio &c. in alienis quaſi & impropriis locis collocata & pertractata ſunt, ad competentes ſedes & loca ita revocare cogamur, ut eorundem tamen Chronologorum, è quibus Petavius ſe Chronologiam in perfectæ ſcientiæ formam redegiſſe in Præfatione gloriatur, Methodos minimè vel deſpicere vel rejicere videamur.

LIBER PRIMUS.

ET

CHRONOLOGIA GENERALIS.

PROOEMIUM.

Ordo hujus libri primi hic erit, ut in eo primò agatur de Periodi Julianæ tanquam temporis Politici & Hiſtorici in genere conſideratæ principiis & cauſis & hinc de ejusdem affectionibus. Prin-

Principia ſunt aut cognoſcendi aut eſſendi: Principia eſſendi ſunt Materia & forma. Cauſæ verò Efficiens & Finis. Principiorum cognoſcendi nomine intelligenda veniunt partim definitiones, partim Axiomata, partim hypotheſes, partim poſtulata. Affectiones denique Periodi Julianæ deſumi poſſunt vel è Matheſeos puræ parte generali, ut æqualitas & inæqualitas, vel è ſpeciali ex Arithmetica quidem paritas & imparitas, ex Geometria verò commenſurabilitas & incommenſurabilitas, quædam etiam ex ipſa P. Ja. erui debent, ut ſunt, Character, Convenientia, & diſcrepantia, de quibus jam ordine agendum.

CAPUT I.

De Periodi Julianæ principiis & cauſis.

PEriodi E. Julianæ materia eſt vel ſimpliciſſima vel compoſita. Varia hujus genera conſiderabunt Definitiones. Materia ſimpliciſſima eſt τὸ νῦν ſive punctum temporis in conſtitutione omnis temporis primum, & in reſolutione ultimum, quod τὸ νῦν omne præcedens & ſequens tempus connectit & continuat, & omnibus Epochis Cyclis & Intervallis terminum à quo & ad quem præſtat, haud ſecus ſicuti τὸ νῦν Phyſicum ſecundum Ariſtotelem l. 4. φυσ. ἀκροάσεως tempus præteritum, quod non eſt ſed fuit, & tempus futurum, quod non eſt, ſed erit, connectit.

Forma P. Ja. eſt partium harum tàm ſimpliciſſimarum quàm compoſitarum apta & conveniens connexio.

Efficiens P. Jæ, præter DEUM ter optimum Max, eſt Joſephus Scaliger, cui omnes P. Jæ. inventionem attribuunt. Quemadmodum enim Phyſicus Logicus corpus naturale tanquam notione ſecundam Phyſicæ generalis objectum conſtituit, illique & principia generalia, & affectiones ſuas generales attribuit: Ita etiam Chronologus P. Jam. tanquam commune omnium Epocharum in Chronologia Speciali ſubſequentium receptaculum communemque menſuram, Scaligero duce fabricat, illique & principia generalia, & affectiones generales aſſignat.

Finis P. Jæ. ultimus eſt Gloria DEI. Proximus verò finis eſt inſervire demonſtrationibus & dimenſionibus Chronologicis in Chronologia ſpeciali ſubſequuturis.

CA-

CAPUT. II.

Exhibens Poſtulata Chronologica.

POſt. I. Poſtulatur concedi, ut anni Juliani utpote in tota Chronologia commodiſſimi & quam proximè Tropici, licet â Julio Cæſare primò ſint ordinati, & ratione initii certo cyclorum, ut Solis vigeſimo primo, Lunæ decimo quarto, & Indictionis quarto, ſitu tùm ſanè ignoto notati, tam diu in antecedentia prorogentur & numerentur, donec cyclus ☉ 1. Lunæ 1, & Indictionis primus adſint, id quod in 4668 annis ab hac Julii Cæſaris conſtitutione retrò numeratis demū futurum erit, quia primus annus Julii Cæſaris, ut infra demonſtrabitur, eſt annus P. J. 4669.

Poſt. II. Poſtulatur concedi, ut feriarum & ſeptimanarum ordo, initio â die Solis tanquam feria prima facto, non tantum â mundi conditu ad noſtra usque tempora ordine minimè interrupto in P. Ja. continuetur: verùm etiam per regreſſum usque ad P. Jæ. initum tam diu in antecedentia replicetur, donec una cum cyclo ſolis, Lunæ, & Indictionis primo feria ſecunda in anno ejusdem P. Jæ primo redire cernatur.

Poſt, III. Poſtulatur concedi, ut Cyclorum Sabbaticorum è 7 annis, & cyclorum Jobedæorum è 49 annis Lunæ-ſolaribus compoſitorum ſeries eodem modo in tempora conditum mundi antecedentia eaque proleptica in eadem P. Ja. retexatur.

Poſt. IV. Poſtulatur concedi, ut non tantum anni Solares Tropici ab æquinoctio vel verno vel autumnali inchoati; verùm etiam anni Lunares iique vel â prima die Niſan, vel â prima Tiſri numerati, qui anni omnes una cum mundi conditu demum Phyſicè cœperunt, â primo P. Jæ principio prolepticè repetantur.

Poſt. V. Poſtulatur concedi, ut Periodi quoque Calippicæ, quarum prima Alexandri M. demum ætate inventa eſt, itidem cum P. Ja. inchoentur, quia in 7980. annis Julianis in P. Ja. eadem contentis, 7980 per 76 diviſis, 105 Periodi Calippicæ manifeſtè & exactè continentur.

Poſt. VI. Denique poſtulatur concedi, ut anni Nabonaſſaræi & Aegyptiaci quoque è 12 menſibus τριακονθημέροις & 5.

ἐπα-

ἐπαγομέναις omnes compoſiti non tantùm ab anno P.J. 3967, in quo hiſtoricè primò cœperunt: verum etiàm â P. Jæ. initio prolepticè inchoentur, & anni Nabonaſſaræi & Ægyptiaci proleptici conſtituantur.

CAPUT. III.

Continens definitiones.

DEfinitio I. Periodus Juliana eſt 7980 annorum Julianorum ſyſtema, quorum 7980 annorum primus habet cyclum Solis, Lunæ, & Indictionis primum, incipitque feria ſecunda ſive die Lunæ, qui cyclorum & feriæ ſitus non niſi 7980 annis elapſis in nova Per. Juliana demum redit.

Continentur in una P.Ja. (1) 2914695 dies (2) 416385 ſeptimanæ. (3) 98700 Lunationes & in ſuper 25 dies, & 18 horæ ferè. (4) 7985 anni Ægyptiaci & 170 dies (5) 7980 anni Juliani (6) 1995 luſtra Juliana (7) 1140 cycli Sabathici (8) 532 Cycli Indictionū. (9) 420 Cycli Lunares (10) 285 cycli Solares (11) 162 cum ſex ſeptimis cycli Jobeæi (12) 105 Periodi Calippicæ (13) & deniq; 15 Cycli Paſchales Dionyſiani, quorū quilibet 532 annos Julianos, 19 cyclos Solares & 28 cyclos Lunares continet.

Def. II. Aera ſive Epocha eſt illuſtre temporis Politici hiſtoria inſigni notati punctum & initium, a quo puncto numerationis principium fit, & aliquis annorum numerus incipit: ut Aera mundi conditi, Epocha Chriſti DEI &c.

Si duo ejusmodi puncta in tempore conſiderentur, & inter ſe conferantur, fit hoc in intervallis, in tempore proleptico, & in Prochroniſmo, & Metachroniſmo.

Def. III. Intervallum eſt unius Epochæ ab altera diſtantia modò latè in annis ſolum, modò accuratè in menſibus inſuper, diebus dierumque partibus computata.

Ita intervallum Epochæ Mundanæ & Exodicæ ſunt ſecundum Scal. & Calviſium 2452 anni completi & 6 menſes; Epochæ Julii Cæſaris & Chriſti DEI intervallum ſunt ſecundum Tab. Prut. 45 anni completi.

Def. IV. Tempus Prolepticum in P. Ja. eſt, quod ante ratiocinia Moſaica mente concipitur.

Tale tempus Prolepticum ſunt ſecundum Scaligorum priores 763 anni & 10 menſes ferè, ſecundum Petavium verò 729 ſolum anni & totidem menſes.

Def. V. Tempus hiſtoricum eſt, quod poſt temporis Proleptici finem proximè ſequitur, à Moſis ratiociniis inchoatur, & partim in Sacris literis habetur, partim ab Authoribus profanis deſcribitur.

Def. VI. Metachroniſmus eſt depravatio Epochæ vel partis ejus, quando minus dicitur.

Sic Dionyſius Exiguus numeraret jam à Nativitate Chriſti ad nos annos 1647, cum ſint 1649.

Def. VII. Prochroniſmus eſt depravatio Epochæ vel partis ejus, quando plus dicitur.

Sic Dionyſius Petavius à ſuo mundi conditu in anno P. Jæ. 730 conſtituto ad ſequentem autumnum numerat 5630 annos loco 5596, quot Scaliger ponit.

Def. VIII. Character eſt infallibilis nota, per quam unius Epochæ vel ſolus añus vel añi ſimul dies cum alterius Epochæ vel ſolo año vel die quoque ita firmiter concatenatur, ut nō tantum datorum temporum convenientia: verùm etiam ab aliis diſcrepantia evidenter cernatur.

Sunt autē Characteres Chronologici vel ſimplices vel mixti.

Characteres ſimplices ſunt vel cœleſtes vel civiles, & hi iterum vel divini vel humani.

Def. IX. Character cœleſtis eſt, qui è cœlo & nominatim ex Aſtronomia Lunæ-ſolari & quandoque reliquorum Planetarum calculo originem ducit, & non in añis, menſibus, & diebus ſubſiſtit, ſed horas inſuper horarumque ſcrupula vel Logiſtica, vel Judaica, vel etiam ſcrupula diaria addit & exprimit.

Tales Characteres ſunt eclipſes Solis & Lunæ, Novilunia & Plenilunia media, æquinoctia item & Solſtitia media in diebus feriis horis & ſcrupulis expreſſa, ut reliquorum Planetarum φάσεις jam omittantur.

Def. X. Character civilis humanus eſt, qui ex ordinatione temporum civili vel in diebus vel in annis exiſtit.

Sic 9 nam Januarii diem anni Chriſti 1648 eſſe diem ſolis chara-

character civilis eſt & humanus, quemadmodum & hoc, quod annus Chriſti 1648 habeat cyclum ☉ 5 Lunæ 15 & Ind. primum, prout in omnibus calendariis vulgaribus habetur.

Def. XI. Character divinus eſt, qui ex ordinatione divina oritur: ut eandem 9nam Jan. eſſe f. 1, & eundem annum Chriſti 1648 eſſe annum quartum in cyclo Sabbathico, & annum undecimum in Cyclo Job.

Def. XII. Character mixtus eſt, qui ex parte civilis vel humanus vel divinus, & ex parte cœleſtis exiſtit: ut 10. Jan. diem anni Chriſti 1647 eſſe & diem ſolis, & f. 1. & eclipſi lunari inſignem, & 5. Aug. ejusdem anni fuiſſe & diem Jovis & f. 5. & Plenilunio medio notabilem. Talis character mixtus cernitur etiam in ipſo anno eod. 1647 cœleſtis quidem ratione Eclipſeos Lunaris 10. Jan. die Solis & f. 1. factæ, civilis autem, quatenus idem annus Chriſti 1647 habet cyclum ☉ 4. Lunæ 14 & Ind. 15. ut & notam anni tertii in cyclo Sabathico & 10 in Jobelæo. Scrupulis tam Logiſticis, quam Judaicis, horis item, diebus, ſcrupulis diariis, ſeptimanisque omiſſis, ſequuntur rectà menſes, & quidem cœleſtes Lunaresque ſaltem Synodici medii.

Def. XIII. Eſt autem menſis Lunaris Aſtronomicus Synodicus medius & æqualis ſyſtema dierum horarum & ſcrupulorum inter 2 proximas Solis & Lunæ conjunctiones medias ſive inter 2 Novilunia media proxima interjectum.

Quantitas hujusmodi menſis ſynodici non eſt ſecundum omnes Artifices eadem. Eſt etenim.

		d	h	I	II	III	IV
ſecundum	Calippum	29	12	44	25	31	0
	Ptolemæum	29	12	44	3	20	0
	Alphonſinos	29	12	44	3	3	0
	Tab. Pruten.	29	12	44	3	10	38
	Tychonem	29	12	44	3	9	0.

Ex his quantitas Tychonica utpote recentisſima omnium eſt optima & accuratisſima, quemadmodum Calippica omnium maxime erronea. In his & ſequentibus, quæ de Solis & Lunæ motibus menſibusque & annis inde dependentibus ex Aſtronomia Lunæ Solari deſumta hic ponuntur & ponentur, nomine quidē mihi re vera autē Scaligero, imo ipſi Petavio aliisque ma-

jore audaciâ quam efficaciâ contradicit Vir Pl. Rev. & *Clariſsimus* Dn. Joh. Jacobus Haynlinus in Vindiciis contra *Diſſertationẽ* meam, quâ per contemtũ ipſi uſitatũ Nebulas vocat, Anno 1653 Tubingæ editiſ. Ad quas Vindicias calumniasque in illis contentas jam dudum reſpondere & potuiſſem & voluiſſem, niſi vel materiæ myſticæ, quæ aliquſd monſtri alit, tædium, vel triſte de Dn. Haynlini morte nuncium vel denique morbi podagrici, quo cunctis fere annis vexor, impedimentum ab inſtituto me revocaſſent. In characteris ergo tertii Examine p. 12 quærit Dn Haynlinus: An hodiernæ noſtræ Æquinoctiorum & Noviluniorum Tabulæ in tot ſecula retro extenſæ, præſertim quas ego compoſuerim, Æquinoctia & noviluniâ certò monſtrare poſſint? hinc anni Tropici Alphonſini Coperniciani & Tyclonici varietatẽ exempli loco mihi proponit, ex hac falſo concludit, quod nemo ex hodiernis Tabulis, quâ die quave hora Æqui nocta & Novilunia olim contigerint, certus eſſe poſſit, tandemq; mihi objicit, quod meis & aliorum Tabulis ita confidam, ut Æqui noctia atque Novilunia, etiam quæ in principio Mundi ante ſex mille fere annos contigerunt, exactisſimè ex illis me compntare poſſe ſperẽ. Ut ad hæc paucis reſpondeam, ego nullas Æquinoctiorum Tabilas compoſui, ſed in Fundamentis modũ monſtravi, quomodo per Regulam Detri, abſq; Calviſii & Petavii Tabulis Æquinoctia media nõ exactiſſimè, uti Dn. Haynlinus de ſuo addit, ſed Chronologico more inveniri poſſint. Noviluniorum vero mediorum & quidem Paſchalium Tabulas à primo Epochæ Conſtantinopolitanæ anno hoc eſt ab anno Periodi Julianæ Poſtulatitiæ 7186 ſive 1559 ante conditum Mundi Scaligerianum annis inchoatas rudi Minerva delineavi & in Fundamentis anno 1644 editis exhibui non ſecundum Aſtronomicam ἀκρίβειαν examinandas, ſed pro mediis luminarium motibus in Chronologia ſufficientibus uſurpandas. Certe hæc vox, quod Æqui noctiorum & Noviluniorum Tabulæ hodiernæ Chronologicæ in tot ſecula retrò extenſæ Æqui nocția & Novilunia certò monſtrare non poſſint, hæc vox, inquam, non Viro Aſtronomiæ mediocriter perito, ſed Metonica Calippica Ptolemaica, Alphonſina, Coperniciana & Prutenica imo Tychonica Aſtronomiæ Lunæ-Solaris ratioci-

nia

nia ignorante & proinde odio, ut fit, proſequente digna eſt. An non enim Eclipſes Solares & Lunares à Ptolemæo & aliis annotatas vel Tabularum Prutenicarum, nedicam Rudolphinarum Pariſinarum &c. beneficio certò invenimus? An non Æquinoctia & ſolſtitia ab Hipparcho Metone &c. in certis añis menſibus & diebus Nabonaſſaræis inventa Tabularum hodiernarum adminiculo in iisdem Temporibus deprehendimus? An non Buntingum, Scaligerum, Calviſium, Petavium ſtudio indefeſſo & nunquam ſatis laudato id præſtitiſſe videmus? Manet certe & manebit, Dei beneficio, certitudo hæc firma à Dn. Haynlino amore Chronologiæ myſticæ nimio impugnata quidem non autem expugnata, licet ſecundum Excellentiſſimos in Aſtronomia Artifices, quos Dn. Haynlinus ead. p. 12. ſine nomine citat, in Solis & Lunæ motibus ſemper lateant aliqua incognita, quæ poſt multa demum ſecula ſe exerant, & conſpicienda præbeant. Nihil denique ad certitudinem hanc vel negandam vel extenuandam faciunt Dn. Origani verba ab Ill. Keplero Scaligeri Adverſario non contemnendo adducta approbata & à Dn. Haynlino in myſticæ malæ cauſæ patrocinium ibidem adducta. Quæ res tota cum & Chronologiæ Scaligero-Petavianæ hoc eſt melioris fundamentum optimum ſit, & e contra Chronologiæ myſticæ Haynlinianæ obſtaculum maximum & manifeſtum, ideo de re eadem in hoc loco generalii pluribus agere placuit. Totum vero de hac re judiciũ Viris & me doctioribus & à Chronologia myſtica utpote fundamento tam biblico quam Aſtronomico penitus deſtibuta alienioribus committo. Proximum è menſibus, ut horas & quadrantes annorũ omittam, ſyſtema eſt annus. Sunt autem anni vel cœleſtes vel civiles, è quibus hic maximè Nabonaſſaræus & Julianus anni prolepticè conſiderandi ſunt. Eſt autem annus Julianus vel medius & æqualis, vel verus & inæqualis, & hic iterum vel communis vel biſſextilis.

Def. XIV Annus Julianus medius & æqualis eſt 365 dierum & 6 horarum Syſtema.

Hic annus Julianus in communi uſu non datur.

Def. XV. Annus Julianus verus communis eſt 365 dierum â media nocte inchoatorum & 12 menſium Romanorum ſyſtema.

Huic anno Jul. communi æqualis eſt annus Nabonaſſaræus utpote ſemper è 365 diebus itidem compoſitus, licet eorundem initia non ſint eadem.

Def. XVI Annus Julianus verus biſſextilis eſt annus civilis ex anno Juliano communi & biſſexto, hoc eſt, è 366 diebus & 12 menſibus Romanis compoſitus.

Def. XVII. Eſt autem biſſextum dies conſurgens è quater 6 horarum in 4 annis Julianis communibus omiſſarum appendicibus.

Dicitur biſſextum, quia ſextus Calendarum Martii bis numerabatur. Annus cœleſtis eſt vel ſolaris Tropicus medius vel Lunaris itidem medius isque vel Communis vel Embolimæus.

Def. XVIII. Annus Solaris Tropicus medius ſecundum Copernicum eſt 365. die 5 hor. 49 I. 16 II. 17 III. ſyſtema minus anno Juliano medio 10 I. 43 II. 43 III. vel 11 I. fere, in quo 11. ſcr. primorum defectu conſentiunt Scalig. Petavius, & Calviſius.

Ad hanc anni ſolaris Tropici quantitatem omnes gentes, quæ in uſu civili annum Solarem uſurpare voluerunt, reſpicere debuerunt.

Def. XIX, Annus Lunaris medius communis eſt 12 menſium Lunarium Aſtronomicorum in def 13. deſcriptorum ſive Lunationum ſyſtema.

		d	h	I	II	III	IV
Eſtque ſecundum	Ptolem.	354	8	48	40	0	0
	Alphonſ.	354	8	48	36	36	0
	Tab. Prut.	354	8	48	38	7	37
	Tychonem	354	8	48	37	44	0

Def. XX. Annus Lunaris Aſtronomicus medius Embolimæus eſt 13 menſium Lunarium Aſtronomicorum mediorum & æquali in ſyſtema,

		d	h	I	II	III	IV
Eſtque ſecundum.	Ptol.	383	21	32	43	20	0
	Alphonſ.	383	21	32	39	39	0
	Tab. Prut.	383	21	32	41	18	11
	Tychon.	383	21	32	40	53	0.

Ut Copernici Origani &c. annorum Lunarium quantitates jam non addantur. Ex his Tychonica inventa Ptolemaicis, Alphon-

Alphonſinis & Prutenicis ſunt ut recentiora ita certiora & accuratiora. Ad hanc menſium annorumque Lunarium quantitatem omnes gentes in annorum civilium â motu Lunæ dependentium ordinatione reſpicere opus habuerunt, ſed ita, ut ſimul ſolem ejusque motum, vel potius annum Solarem Tropicum non negligerent, hoc eſt, ut annum Lunæ-Solarem, quod nomen Nicolaus Mullerius in l. de Judæorum anno Lunæ Solari habet, uſurparent, in quo non ſolorum annorum Lunæ Solarium communium poſitu ſed embolimæorum quoque interpoſitu Luna Solem certo tempore aſſequatur, & in initio anni cum ſole conjuncta reperiatur. Hæc omnia Dn. Haynlino ſolis aliis myſticis occupato videntur falſa. Præter Menſes ſynodicos dantur etiam menſes φάσεως & illuminationis.

Def. XXI Menſis Lunaris Aſtronomicus illuminationis eſt ſyſtema dierum & horarum inter primum Lunæ poſt priorem & proximè ſequentem Synodum apparentis & illuceſcentis tempus interceptum minimè æquale ſed inæquale, cum Luna in aliis atque aliis regionibus alias citius alias tardius â Synodo nobis appareat & viciſſim diſpareat. Communiter autem menſis Lunaris Synodici & illuminationis differentia eſt una dies. Sic 20 Auguſti f. 6 Anni Chriſti 1647 ſive dies veneris fuit neomenia ratione Synodi: at ſequens 21 Aug. f. 7 fuiſſet neomenia ratione φάσεως. Et tales menſes Politicos non ab ipſa die Synodi ſed â φάσει Lunæ, hoc eſt, â ſecunda poſt Synodum mediam die inchoatos & in ſimili die finitos in Judæa & præſertim in veteri Teſtamento ab Exodo Iſraelitarum ex Ægypto usque ad Excidium Hieroſolymitanum poſtremum uſitatos fuiſſe fruſtrà contendit Dn. Petrus Crugerus in Diatr. Paſchali partis 1. c. 1. prop. 4. p. 47. & ſeq. Talmudicis Judæorum Ritualibus plurimisque aliorum Auctorum teſtimoniis fretus, cum quo Crugero hac in parte conſentiunt Cloppenburgius & Samuel Petitus. Cœterum quemadmodum apud Iſraelitas annus Moſaicus civilis Lunaris duplex erat, vel Eccleſiaſticus â vere, vel Politicus ab Autumno inchoatus: ita etiam annus Lunaris cœleſtis vel potius Lunæ-Solaris incipit vel â menſe cœleſti Niſan, hoc eſt, â Novilunio Paſchali, vel â menſe cœleſti Tiſri, hoc eſt, a menſe ſeptimo poſt Niſan, 6 Lunationibus additis, invento & in veniendo. Def.

Def. XXII. Eſt autem Novilunium Paſchale vel prima Niſan cœleſtis tale Novilunium medium, quod proximum ab æquinoctio verno itidem medio locũ occupat, ſive 15 dieb⁹ æquinoctium Vernum præcedat, ſive ſequatur, ſive denique unà cum æquinoctio verno in unã & eandem diem incidat, Paſchale dictum, quia paſchali tempori originem dat, dum decima quinta ab hoc Novilunio dies ſemper Paſcha Moſaicum erat.

Sic anno Chriſti 1647 cyclo ☉4 prima Niſan in Hieroſolyma conſiderata fuit dies à Cal. Jan. 85. 26 Martii f. 6 remota ab 11 Martii f. 5. ipſa æquinoctii die integris 15 diebus: 15ta Niſan & Paſcha Moſaicum dies à Cal. J. 99. 9 April f. 6. &, 6 Lunationibus additis, prima Tiſri proximè ſequens dies 262. 20 Sept. f. 1. Unde eo anno Paſcha Gregrorianum idque Dionyſiano 18 Apr. f. 1. celebrato melius fuit 11 Apr f. 1. Neceſſariæ autem hic ſunt & erunt Tabulæ Æquinoctiorum & quidem Petavianæ, quæ extant l. 7. de doct. temp. c. 10. p. 629. utpote ad ipſos Periodi Julianæ, annos accommodatæ, quia Calviſianæ in c. 3. Iſag. poſitæ Æquinoctiorum æquabilium tabulæ utpote ad annos ſaltem Mundi applicatæ 763 annis ſerius, quam P, Ja. incipiunt. Illarum enim tabularum beneficio dies æquinoctii verni medii in die Juliana & feria in horis & ſcrupulis inque certo P. Jæ. anno inventa facile Novilunium Paſchale, quod æquinoctio verno medio invento eſt proximum, determinat. Et quemadmodum per Tab. æquinoctiorum dies æquinoctii verni expedite reperitur: Ita per Tab. Noviluniorum tam ejusdem Petavii, quæ l. 7. c. 11. p. 633. incipiunt, quam Nicolai Mülleri Ptolemaicas tam priores quam poſteriores, Alphonſinas, & Copernicianas ipſum Novilunium Paſchale facile invenitur, prout in Canonibus mouſtrabitur, quia Calviſianæ Syzygiarum tabulæ in eod. c. 3. Iſag. exhibitæ utpote non ad P. Jæ. ſed ad mundi conditi annos compoſitæ & 763 annis ſerius inchoatæ itidem in hoc caſu, ſi Novilunium Paſchale in prioribus 763 P. Jæ. annis ſit inveniendum, minus ſunt idoneæ

Def. XXIII. Novilunium Tiſri cœleſte à Niſan dependens eſt tale Novilunium, quod ratione Aſtronomica 177 die, 4 hor. 24 I. 19 II. Novilunio Niſan cœleſti eſt poſterius.

Talis prima Tiſri in eodem Anno Chriſti 1647 fuit, 20 Sept. f. 1.

Def.

Def. XXIV. Novilunium Tiſri ab æquinoctio autumnali dependens eſt Noviluniũ æquinoctio autumnali medio proximum ſed ita, ut diſtantia hæc 15 diebus non ſit major.

Novilunium hoc Tiſri plerunque idem eſt cum præcedenti. Sic eadem 20 Sept. f. 1. ſimul eſt talis prima Tiſri, quia æquinoctii autumnalis in decima tertia Sept. ſiti ab hoc Novilunio diſtantia ſunt 7 circiter dies. Cæterũ ſyſtemata annorũ ratione magnitudinis ordine ſe conſequentia ſunt luſtrũ è 4 annis, cycl⁹ Sabathicus è 7, cyclus Indictionis è 15, cyclus Lunæ è 19, cyclus Solis è 28, cyclus Jobelæus è 49, & denique cyclus Calippicus ſive Periodus Calippica è 76 annis vel Julianis vel Lunæ-Solaribus compoſita, de quibus jam ordine agendum.

Def. XXV. Luſtrum Julianum eſt 4 annorum Julianorum, & quidem unius biſſextilis & 3 communium, ſive 1461 dierum ſyſtema à media nocte primæ Januarii inchoatum & in eadem finitum.

In ſua natura, ſi biſſextũ è quater ſex horis in præcedentibus annis omiſſis conſtat, añus biſſextilis in hoc luſtro debet eſſe ultimus. In P. Ja. autem uti etiam in Epocha Julii Cæſaris biſſextilis ſemper eſt prim⁹ in luſtro, quia & prim⁹ P. Jæ. & prim⁹ Julii Cæſaris añi ſunt biſſextiles. Ille enim cœpit cyclo ☉ primo, hic 21mo, quorum uterq; eſt biſſextilis. At in Epocha Chriſtiana primus annus utpote cyclo Solis 10 præditus, quemadmodum & ſecundus & tertius ſunt communes, 4tus & ultimus verò biſſextilis.

Def. XXVI. Luſtrum Nabonaſſaræum vel Ægyptiacum eſt 4 annorum Nabonaſſaræorum ſive 4 annorum Julianorum communium, hoc eſt, 1460 dierum Syſtema, minus Luſtro Juliano uno die.

Def. XXVII. Cyclus Sabathicus eſt 7 annorum Lunæ-Solarium Moſaicorum Syſtema, à prima Tiſri Moſaica in def. 23 deſcripta inchoatum & ante primam Tiſri anni ſecundum Moſis præceptum octavi finitum, quod Syſtema 7 annis Julianis modo majus eſt, modo minus, nunquam æquale.

Enormiter hic errat Dn. Haynlinus in ſuo Sole temporum, cum in hujusmodi cyclis Sabathicis annos myſticos, hoc eſt, e 343 diebus indifferenter compoſitos introducit, & tales annos myſticos in cyclis Sabathicis quoque ſubintelligendos & adhibendos eſſe dicit. Sic cyclus Sabathicus primus Haynlinianus

incipit 28 Oct. anni P. J. 750, ſecundus 25 May, tertius 21 Dec. quartus 18 Julii &c. quo nihil inconvenientius dari poteſt, quia annorum Sabathicorum celebrandorum tempus ordinarium ratione initii fuit autumnale, non vernum, non hybernum, non denique æſtivum. Hic Cyclus Sabathicus in Chronologia eſt Character certisſimus φύσει quidem Moſis tempore demum, θέσει antè unà cum mundi conditu, imo προλήψει per Poſtulatum tertium unà cum P. Ja. inchoatus, licet primus P. Jæ. annus non fuerit annus primus in cyclo Sabathico ſed ſeptimus

Quæ contra annorũ & cyclorum tam Sabathicorum quam Jobelæorum & quidem Scaligerianorum & Moſaicorum eſſentiam & veritatem Dn. Haynlinus in vindiciis p. 11. in quæſtionibus 5 ab ingenio myſtico excogitatis affert & profert, ea neq; repetere neque refutare operæ pretium fuerit, ſufficitque & accedit, quod ãni & cycli Sabathici & Jobelæi myſtici Dn. Haynlini nuper à Viro Pl. Rev. & Clariſſimo Dn. Johanne Wichmanno in Chronologia Sacra in l. 1. membro 3. p. 28. & ſequentibus ad Scripturæ S. & bonæ conſequentiæ ductum ſatis ſint refutati.

Def. XXVIII. Cyclus Indictionis Germanicè der Römer Zins Zahl eſt Syſtema 15 annorum Julianorum, è quibus modò 3 modò 4 ſunt biſſextiles, h. e, vel 5478 vel 5479 dierum Syſtema ſemper in orbem recurrens: ſive: Indictio eſt 15 annorum Julianorum Periodus, quibus elapſis ſecundum Conſtantini M. conſtitutionem tributa pendebantur, Stipendia militaria numerabantur, & milites dimittebantur, id quod ante hanc Conſt. M. ordinationem non niſi ſingulis 16 annis elapſis fiebat. Scaligero Indictio triplex eſt, videlicet, Conſtantinopolitana, Cæſarea 24 Sept. inchoata, & denique Pontificia, quæ una cum Calendis Januariis incipit, & in Chronologia evidens Character exiſtit.

Def. XXIX. Cyclus Lunæ Græcis ἐννεαδεκαετηρὶς ſive cyclus decem novennalis, Latinis aureus numerus, & Germanice die güldne Zahl/ eſt 19 Annorum vel Lunæ-Solarium tùm Metonicorum tum Calippicorum, vel Julianorum ſive 6940 vel etiam 6939 dierum Syſtema periodicum, quibus elapſis Novilunia & Plenilunia media ad eandem diem Julianam redire creduntur.

Re-

Revera hic cyclus decemnovennalis non eſt uniusmodi aut ſimplex: ſed potiſſimum quadruplex, primò quidem & ratione primæ originis Metonicus â Calviſio in c. 9. Iſag. ob magnam cum periodo 76 annorum Calippica cognationem in 76 hoc eſt in quater novendecim annorum forma propoſitus: 2. Calippicus: 3 Euſebianus ſive Eccleſiaſticus, & 4 Julianus vel Chronologicus. Primus Cyclus isque Metonicus cœpit 15 Julii f. 5. in anno Periodi Julianæ 4282 cyclo ☉ 26, prout hoc non probatum ſed demonſtratum eſt in § 8 Scholii octavi in Fundamentis, ubi etiam totius cycli primi Metonici Tabula in § 11 ſubjicitur. Secundas Cyclus decemnovennalis isque Calippicus vel MetonicoCalippicus inchoatur 28 Junii f. 3. anni Periodi Julianæ 4384, cujus Cycli Metonico-Calippici itidem è 76, hoc eſt, è quater 19 annis compoſiti Tabula Scaligeriana eaque & â Calviſiana in eodem c. 9. Iſag. exhibita& â Petaviana in c. 2. l. 2 de doctrina temporum poſita longe diverſa in § 16 ejusdem Scholii 8 in Fundamentis habetur: unde fit, ut primus annus Calippicus 28 Junii, 19 annis additis, 20mus annus itidem 28 Junii, aliis 19 annis additis, annus Calippicus 39n° itidem 28 Junii, iterum 19 annis additis, annus Calippicus 58v° eadem die 28 Junii, & denique, 19 annis quarta vice additis, annus Calippicus 77m° hoc eſt annus primus ſecundæ Periode Calippicæ itidem 28 Junii inchoentur. Et licet nō omnes Cycli decemnovennales Juliani, utpote quorum aliqui 4, aliqui 5 annos biſſextiles continent, 6940 dies repræſentent; tamen 4 hujusmodi Cycli, hoc eſt 76 anni Calippici & Juliani, uno die â Calippo abjecto, ſemper 27759 dies exhibent. Tertius Cyclus decem novennalis isque è Metonico & Calippico oriundus eſt Eccleſiaſticus ab Euſebio Cæſarienſi ad Eccleſiæ uſum & Paſchatis inventionem accomodatus, & ſecundum Paulum Guldin. l. 3 Refut. Elench. c. 7, unà cum anno Chriſti 323 hoc eſt Per Julæ 5036 Cyclo Solis 24 Lunæ primo & Indictione undecimâ prædito inchoatus. Tabula hujus Cycli Lunaris habetur in Ephemeridibus Origani parte prima, in Elencho Calviſii, in Schonbornii Compend. & alibi, ejusque Cycli anni ſunt Lunæ-Solares in Martio & Aprili inchoati & finiti, & præcipuè terminis Paſchalibus inſigniti, qui tamen termini in noſtro tempore

conſiderati 4 dierum regreſſum fecerunt. Quartus denique Cyclus decemnovennalis eſt Chronologicus non in Julio, non Junio, non denique in Martio, aut Aprili, ſed cum Calendis Januarii inchoandus, multo minus in 4282 4384 & 5036 Periodi Julianæ annis, ſed cum primo ejuſdem P. Jæ. anno incipiendus, per quem Cyclum decemnovennalem tanquam per Characterem Chronologicũ generaliſſimum 19 anni præcedentes unius cujusqueEpochæ â 19 annis ſequentibus, & hi ab illis evidenter diſtingvuntur.

Def. XXX. Cyclus Solis â Dionyſio Exiguo Abbate circa annum Chriſti 530 vel primo invent⁹ vel certe in meliorem uſum converſus, Germanicè der Sonnen Circkel eſt 28 annorum Julianorum revolutio conſtans è 7 luſtris Julianis, ſive è 10 227 diebus, quibus elapſis omnia Eccleſiæ feſta, quæ per 28 años hos per omnes ferias in anno Juliano ab hoc Dionyſio cum certo Epochæ Chriſtianæ anno combinato inæqualiter vagata erant, in orbem redeunt, & priorem, quem ante 28 años habuerunt, ſitum repetunt, vel ſecundum eos, qui literas dominicales potius quam ferias uſurpant, eſt 28 annorum Julianorum periodus, quibus elapſis literæ dominicales priſtinas ſedes repetunt, quæ alias ſingulis annis eædem non ſunt.

Num. Añor.	Feriæ	Litæ Dom.
1	2	G F
2	4	E
3	5	D
4	6	C
5	7	B A
6	2	G
7	3	F
8	4	E
9	5	D C
10	7	B
11	1	A
12	2	G
13	3	F E
14	5	D
15	6	C
16	7	B
17	1	A G
18	3	F
19	4	E
20	5	D
21	6	C B
22	1	A
23	2	G
24	3	F
25	4	E D
26	6	C
27	7	B
28	1	A

Primus Dionyſius Exiguus Chriſtia-

ſtianos annos à nato Chriſto, prout hodie facimus, numerare docuit, & tamen, prout infra demonſtrabitur, in hac numeratione biennio aberravit. Idem etiam Dionyſius hunc 28 annorum cyclum literis dominicalibus in præſenti Tabula ſub tertia columna conſpicuum exhibuit, qui cyclus Solis uti in negotio computiſtico ſive Computo Eccleſiaſtico inſignem & ſpecialem uſum habet, ita in Chronologia Characterem Chronologicum generaliſſimum exhibet, per quem unusquisque uniuscujusque Epochæ annus & à præcedentibus pariter & ſuccedentibus 28 annis certo diſtinguitur, & cum certo aliarum Epocharum anno indubitatè combinatur. Cœterùm utiliſſima hac cycli ſolaris doctrina non æquali perſpicuitate ab omnibus vel Chronologis vel computi Eccleſiaſtici ſcriptoribus proponitur, plerisque de feriarum, quibus quilibet cycli hujus Solaris annus incipit, inventione per obſcuram literarum dominicalium in adjuncta tabula in tertia columna adſcriptarum mentionem addiſcenda ſollicitis, nemine ipſas ferias in columna ſecunda poſitas adjicere auſo. At cum literæ dominicales ipſarum feriarum ſive hujus vel illius in ſeptimana diei ſigna ſaltem obſcuriſſima ſint, quia uti litera A. vel ſola vel priore certe loco poſita ſemper feriam primam ſignificat: Ita econtra B. feriam ſeptimã, C. feriam ſecundam, D. feriam quintam, E. feriam quartam, F. feriam tertiam, & G. denique feriam ſecundam ordine retrogrado denotant: Cur non numerum feriarum ipſi potius numeri in columna ſecunda additi, quam literæ illæ, innuant? licet ipſæ literæ dominicales in Calendariorum tàm Dionyſiani quam Gregoriani negotio, eoq; in Patrum præſertim quorundam ſcriptis obvio ſartæ tectæ quidem & tamen per feriarum numerum nihilominus explicandæ manere queant. Sic ergo omnis P. Jæ. annus, qui habet Cyclum Solis primum, incipit f. ſecunda, habetq; duas literas dominicales G. F. utpote biſſextilis, è quibus 2 literis prior G. usque ad 23 Februarii, poſterior F. per reliquum anni tempus omnibus diebus dominicis in Calendariis vulgaribus aſcribitur, idq; etiam de reliquis cycli hujus Solaris 6 annis biſſextilibus videlicet 5. 9. 13. 17. & 25. itidem duas literas dominicales habentibus intelligendum venit. Sic ſecundus P. Jæ omnisq;

 Cycli

Cycli Solaris annus incipit f. 4, ubi reſpectu prioris anni duarû feriarum ſaltus fit, quia 366 dierum in anno primo eoque biſſextili contentorum numerus per 7 diviſus relinquit in reſiduo binarium, quam feriam quartam denotat litera dominicalis E. Quod ſi omnes anni Juliani 364. dierum, quem numerum ſeptenarius diviſor præciſè tollit, eſſent, omnes quoque Periodi Julianæ anni feria ſecunda inciperent. At in tertio Pet. Jul. & cycli ſolaris anno D. Literâ dominicali conſpicuo communi & 365 dierum conſtituto & proinde feria quinta, quam D. ſemper denotat, inchoato, unius tantùm feriæ ſaltus reſpectu præcedentis anni ideo fit, quia 365 per 7 diviſa unitatem ſaltem relinquunt. Eademque vel ſimilis certè ratio eſt in reliquis 26. Cycli hujus Solaris annis tum ratione feriarum bidui in biſſextilibus & unius ſaltem diei ſaltum in communibus annis facientium, tum reſpectu literarum dominicalium diverſas quaſi ſignificationes nanciſcentium. Quæ mirabilis & viginti octennis feriarum & literarum dominicalium variatio magnam partem ipſum DEUM autorem agnoſcit, utpote qui una cum Sole & anno Solari Tropico annum Julianum ipſum quaſi condidit & concreavit.

Def. XXXI. Cyclus Jobel vel Jobelæus, minimè autem Jubilæus, eſt Syſtema 7 hebdomadum annalium ſive 7 Cyclorum Sabathicorum vel 49 annorum Lunæ-Solarium, quorum 49 annorum annus 7mus. 14. 21mus 28. 35. 42. d9 ſemper unâ cum primo in cyclo Sabathico anno cumque prima Tiſri incipit, ultimus verò ſive 49. annus & annus Jobel & Sabbathicus vel annus שְׁמִטָה ſive ſemitæ exiſtit.

Si nihil aliud Chronologiæ Scaligerianæ veritatis laudem & palmam tribueret: Sola Cyclorum Sabathicorum & Jobelæorum non tantùm cum anno γεωργίας Iſraeliticæ primo: verum etiam cum ipſo mundi conditi anno primo ad Dei ter opt. Max. omnis εὐταξίας autoris unici mentem inchoatorum ſeries certiſſima minimè interrupta & in Periodo Juliana concepta id præſtaret. Eſt enim hic Cyclus Jobelæus vel hiſtoricus ſive Phyſicus, vel non, & hic iterum vel theticus vel Prolepticus Hiſtoricus ſive Phyſicus Cyclus Jobelæus incipit ſecundum Scaligerum 47 annis poſt Exodum una cum anno Mundi 2500 in an-

no

no Per. Jul. 3263, qui numerus, 2500 per. 7 & 49 diviſus, in reſiduo relinquit unitatem, hoc eſt, annum primum in cyclo Sabathico pariter & Jobelæo, qualis etiam eſt primus mundi conditi annus Scaligerianus, hoc eſt, annus P. Jæ. 765, quemadmodum annus mundi 2500 mus rationæ maximæ partis eſt annus P. Jæ. 3264. Cyclus Jobelæus theticus incipit cum ipſo mundo condito, quemadmodum prolepticus cum ipſa Periodo Juliana, nō quod primus in Periodo Juliana annus ſit primus annus in hoc cyclo Jobelæo & proinde primus quoque in Sabathico cyclo, quod poſterius Scaliger aliud ſentiens & aliud ſcribens ſtatuere videtur, dum l. 5. de Emend temp. p. 374 ea, inquit, eſt commoditas Periodi Julianæ, ut per diviſionem Septenarii annum Sabathicum indicet: id quod etiam ibid. p. 362 repetit, licet in ipſa praxi annum P. Jæ. primum non primum ſed ſeptimum in Cyclo Sabbathico conſtituerit, prout in Canonibus dicendũ erit. Ita cyclus Jobelæus hiſtoricus quoque eſt vel Moſaicus vel Alexandræus, vel Judaicus. Primi initialis dies per Calendarium Moſaicum, ſecundi per Alexandræum, & tertii per Computum Judaicum invenitur. Sic prima Tiſri anni primi in primo Cyclo Iobelæo proleptico, prout infra calculus id demonſtrabit, eſt dies á Cal. Jan. 296. 22 Oct. f. 1. anni Per. Jul. 29ni cyclo Solis 1. & Lunæ 10 præditi: unde annus ſequens 30mus, denominatione á majori parte factâ, eſt annus primus in primo cyclo Jobelæo proleptico: quæ 22 Oct. f. 1. ſimul eſt initialis dies anni primi in cyclo Sabathico proleptico eoque in Periodo Juliana quinto, qui annus primus ratione majoris partis eſt idem P. Jæ. annus 30mus, quemadmodum annus P. J. ſecundus eſt annus in primo Cyclo Sabathico proleptico primus & proindæ annus P. J. primus eſt ſeptimus in cyclo Sabatico annus non primus, ut Scaliger velle videbatur. Denique hóc 49 annorum ſyſtema nunquam 49 annis Julianis eſt æquale: ſed modo majus modò minus Qui cum Clariſſ. Dn. Wichmanno in Chron. Sacræ l. primi & Membri tertii quæſtione ſecunda hanc hypotheſin vel conceſſam vel verã eſſe negat, & econtra cum Ill. Wilhelmo Langio annum Jobelæum annum 50mum eſſe ita affirmat, ut is & 49num demum ſequatur, & ſimul ſequentis hebdomadis annalis primus annus eſſe videatur; is ſane hoc faciat,

faciat, ſimul tamen, quomodo rationes hæ non bene conveniant, in chronologia ſpeciali videat.

Def. XXXII. *Διάφορον* eſt 5 horarum & aliquot ſcrupulorum Logiſticorum vel etiam Judaicorum Syſtema, quo 940 Lunationes Tychonicæ Prutenicæ vel etiam Judaicæ & Ptolemaicæ minores ſunt una Periodo Calippica, hoc eſt, 76 annis Julianis ſive 27759 diebus.

Quemadmodum in una Enneadecæteride 235, ita in 4 Enneadecæteridibus, hoc eſt, in 76 annis Lunæ-Solaribus, 235 per 4 multiplicatis, 940 Lunationes continentur. At 940 Lunationes ſecundum Tychonem repræſentant 27758 ſaltem dies 18, h. 9, I. 14, II. ſecundum Tabulas Prutenicas & Dionyſium Petavium l. 7. de doctr. temq. c. 11. 27758 dies 18. h. 9. I. 46, II. & denique ſecundum Ptolemæum & Rabbi Hillel Calendarii Judaici Authorem totidem dies 18. h. & 220. I. Judaica, qualium una hora continet 1080. Hinc diaphorum Tychonicum ſunt 5 h. 50 I. 46, II. quo diaphoro loco fundamenti utuntur Tabulæ Syzygiarum tam in Iſagoge Calviſii, quàm in Fundamentis poſitæ, pro quibus 50 I. 46 II. Calviſius in Calendarii Gregoriani Elencho modô Solum 51, I. modò 50 I. 13 II. ponit, & denique Prutenicum 5 hor. 50 I. 13, II. & Judaicum 5 hor. 860 I. Judaicorum, quod diaphorum Judaicum in Calendario Judaico tam Calviſii quàm noſtro in Tabula ſecunda annorum collectorum prioribus 76 annis aſſcribitur. Unde apparet magnum hujus diaphori in Periodo Juliana generaliter conſiderati uſum eſſe non tantum in Tabulis Syzygiarum & Calendarii Judaici condendis: verum etiam in quibusvis Noviluniis mediis datum Novilunium idque â Novilunio inveniendo toties vel toties 76 annis remotum tam præcedentibus quàm ſequentibus inveniendis, quemadmodum hujus uſus manifeſta exempla extant partim in c. 11. l. 7. de doctr. temp. Petavii, partim in c. 2. Iſag. Calviſii, ubi Calviſius per Plenilunium Novembris Anni Chriſti 1601 ad Novilunium in primo anno Mundi primum pervenit.

Def. XXXIII. Periodus Calippica per *πρόληψιν* hic conſiderata eſt 76 annorum & 19 luſtrorum Julianorū vel 27759 dierum Syſtema, quod ſecundum motum Lunæ Calippicum æquale

qualeeſt 940 Lunationibus, ſecundum Ptolemæi, Eraſmi Reinholdi, & Tychonis computum autem iiſdem 940 Lunationibus majus exiſtit 5 horis 50 I. & 46 II.

Hiſtorica Periodus Calippi, prout in def. 29. dictum, incipit in anno P. Jul. 4384, qui numerus per 76 diviſus in reſiduo relinquit 52. Datur autem præter hanc Periodum Calippicam hiſtoricam & â Petavio & Calviſio in Syzygiarum Tabulis uſurpatur Periodus talis Proleptica, quæ vel cum Periodo Juliana incipit, id quod Petavius in Noviluniorum Tabula prima l. 7. de doctr. temp. c. 11. pag. 633 facit, ubi ſimilem Periodum cum anno Periodi Julianæ ſecundo incipit, vel in quovis P. J. anno initium ſumit, quomodo Calviſius ſuarum Periodorum principium in Tabulis Syzygiarum ponit in anno tali Juliano, qui habet cyclum Solis 9 & Lunæ 5, hoc eſt, in anno P. Jæ. 765, quem tamen Calviſius non addit.

Def. XXXIV. Προήγησις ἰσημερινὴ Capernicæa eſt 11 I. horariorum exceſſus, quo annus Julianus mediusè 365 d. & 6 h. compoſitus ſuperat annum Solarem Tropicum in definitione 18 deſcriptum.

Ex hoc προηγήσεως fundamento compoſitæ ſunt Tabulæ æquinoctiorum æquabilium tam Dionyſii Petavii, quæ extant l. 7. de doctr. temp. c. 10. p. 629, & 630, quàm Calviſii in Iſagoge. Utrobique enim 84 annis Julianis ſive 3 Cyclis Solaribus per 11 I. horaria multiplicatis 15 horarum & 24 I. productum in utraque annorum collectorum 84 tabula, bis 84, hoc eſt, 168, ter 84, hoc 252 annis, duplicatum, triplicatum &c. apponitur. Abeodem προηγήσεως ἰσημερινῆς fundamento dependet æquinoctiorum & ſolſtitiorum in quolibet Periodi Julianæ anno dato per Regulam Detri abſque Tabulis illis inveniendorum modus expoſitus in Fundamentorum Scholio ſexto.

Def. XXXV. & ultima: Cyclus magnus Paſchalis ſive Dionyſii Exigui & Dionyſianus eſt annorum Julianorum 532. Syſtema, ducto Cyclo Solis, hoc eſt, 28 annis in Cyclum Lunæ ſive in 19 annos, quibus 532 annis elapſis Novilunia & termini Paſchales in orbem recurrere, & in eandem diem & feriam redire â Dionyſio Exigno & veteribus credebantur.

Deſcriptionem hanc habet Scaliger in Cannnibus Iſagogicis

gicis partim l. 1. c. 2. partim l. 3. p. 173, & 174, ubi veteres ratione hujus in eandem diem & feriam reditus erráſſe, περιηγήσιν σεληνιακὴν, quæ in 16. cyclis Lunaribus, hoc eſt, in 304 annis Julianis ferè unius diei exiſtit, ignoráſſe addit. Revera autem hæc 304. annorum περιήγησις, quot annos Hipparchus in ſua Periodo è 4. Periodis Calippicis compoſita poſuit. 5. horis 50. I. & 46. II. per 4. multiplicatis, eſt hor. 23. 23. I, & aliquot ſcrupulorũ ſecundorum, quot horis & ſcrupulis omnia omnium menſium Julianorum Novilunia & plenilunia ſingulis 304. annis elapſis in antecedentia regrediuntur, de qua 23. hor. & 23. I. περιηγήσει Lunari contra Clavium loco 304. annorũ annos 312 cum ſemiſſe ponentem eruditè diſputat Petrus Crügerus Diatr. partis primæ c. 20. p. 173. & ſeq.

CAPUT. IV.

Proponens Hypotheſes.

AD Principia cognoſcendi præter poſtulata & definitiones pertinent hypotheſes & axiomata, de quibus in hoc & ſequenti capite agendum erit.

HYPOTH. I.

Quemadmodum feriarum in unaquaque ſeptimana: Ita neque 7. in hebdomade annali neque 49. annorum ordo in cyclo Jobelæo vel â P. Julæ initio vel â mundo condito vel à primo γεωργίας anno unquam eſt turbatus, ſed ſerie minimè interruptâ ad noſtra tempora continuatus.

Quod aliis Chronologiis videlicet D. Behmio l. 1. Mannd. tit. 3. c. 3. 4. & 5. Calviſio & aliis Chronologis rationibus quibuſdam Dialecticis probare placuit, id nobis hypotheticè ſtatuere & ponere licebit. Quoad ferias res omni dubio caret, licet prima in Periodo Juliana dies non feria prima ſed ſecunda, quæ cyclo Solis primo comperis, fuerit. Annorũ Sabbathicorũ â Judæis inter ipſa exilia ſanctè obſervatorum multa in hiſtoria extant indicia poſtea nominanda, quamvis primus P. Julæ annus itidem non primus in Cyclo Sabbathico: ſed ſeptimus annus fuerit. Et licet Petavius in pleriſque Scaligero contradicere ſolitus l. 9. de doctrina tem c. 26. primo quidem dubitet, utrũ annorum Sabathicorũ conſtans ordo & quidem â tempore ſaltem Exodi fuerit, & quod vulgo perſuaſum eſt omnibus nihil in

veteri

veteri ſerie mutationis incidiſſe, id poſtulatum magis quàm probatum eſſe dicat: poſtea tamen addit: quia nemo, quod ſciam, aliter ſentit, & alteram in partem multa argumentorum præſidia ſuppetunt: ſequamur vulgarē illam & ὁ λογοι περίληψιν. Hactenus Petavius. Majus verò κρινόμενον latet in cyclorū Jobelæorum continuato ordine. Sanctio quidem annorum Jobelæorum habetur Lev. 25. v. 8. Quod autem hi anni Jobelæi celebrati fuerint, ejus rei nullum expreſſum in Scriptura exemplum extat, niſi quod cum anno primo γεωργίας; hoc eſt, cum anno mundi ſecundum Scaligerum 2500. & P. J. 3264to primus quoque in cyclo Jobelæo Phyſico & Hiſtorico annus cœperit, & quod per capitis 29. Ezech. v. 1. & 17. annus decimus Zedekiæ, hoc eſt, annus Mundi 3359. & annus P. Jæ. 4123tius annus 27mus in cyclo Jobelæo 2dum Scaligerum. extiterit.

HYPOTH. II.

Cyclus Jobelæus non è 50 ſed è 49 ſaltem annis Lunæ-Solaribus conſtat.

Iterum in hac hypotheſi magnum latet κρινόμενον, ſi eam rationibus probare vellemus, quod faciunt non tantùm Calviſius & D. Behm indictis locis: verùm etiam Petavius dicti l. 9. c. 27. & Codomannus l. 2. Chronol. quæſt. 42. Et licet annus Jobelæus Levit. vocetur annus 50mus, unde Funccius cyclum Jobelæum annis 50 ſolidis definit: nobis tamen Scaligeri, Buntingi, Mæſtlini, Codomanni, Petavii, Ubonis Emmii, Calviſii, D. Behm & Helvici egregius ratione hujus hypotheſeos conſenſus & ſufficiat & loco principii exiſtat, licet iterum primus Periodi Julæ annus non primus ſed 21mus in Cyclo Jobelæo annus fuerit. Cœterum cū cycli Jobelæi & annos 49. Lunæ-Solares hoc eſt cœleſtes contineant, & omnes ab Autumno omnium conſenſu incipiant: quid faciendum erit cum Du. Haynlino, qui in Sole ſuo temporum non tantum Cyclum totum Jobelæum è 49. ſolum annis myſticis, hoc eſt, è 46 annis Julianis & Lunæ Solaribus componit: verùm etiam annorum Jobelæorum quoſdam in Decembri, quoſdam in Januario, Februario, & Martio, quoſdam in Aprili, Majo, Junio, & Julio ſatis abſurdè incipit, quadere Cl. Wichmannus ibidem pluribus agit

HYPOTH. III.

Anni P.Jæ. 4579nus, 4677mus, 5902 (hoc eſt annus Chriſti 1189)& 6315tus (hoc eſt annus Chriſti 1602) fuerunt Sabbathici, & quidem omnes in præcedentibus autumnis præcedentium Periodi Julianæ annorũ nimirum anni 4578vi,4676tius 5901mi & 6314ti inchoati.

Annum Periodi Julianæ 4579 & 4677 fuiſſe Sabbathicos loco principii & exempli ponit Dion.Petavius l.9.de doctr.temp. c.26, cujus Petavii utpote ipſius Scaligeri maximi adverſarii teſtimonium meritò nobis hic eſt principium, idq; è Maccabæorum hiſtoria ſacra deſumptum. Annum P.J.5902 hoc eſt annum Chriſti 1189num Judæis fuiſſe Sabbathicum,& quidem in præcedenti præcedentium annorum autumno inchoatum teſtatur Matthæus Pariſienſis, cujus teſtimonio loco principii meritò utuntur Scaliger Calviſius, & D. Behm. Annus denique Chriſti 1602 hoc eſt annus P. J. 6315. ſecundum Calentarium Judaicum eſt & fuit Sabbathicus, & quidem itidem in præcedenti autumno inchoandus.

HYPOTH. IV.

Annus Periodi 4714tus eſt annus Epochæ Chriſtianæ primus,adeoque ex annis Periodi Jul. anni Chriſti & ex his illi fieri poſſunt, ſi 4713. P.J. anni â numero annorum P. Jæ. dato ſubtrahantur, vel totidem anni annorum Chriſti numero addantur.

De hac Hypotheſi nullum dubium eſt vel Scaligero,vel Petavio, vel Helvico vel Nicolao Mullerio præter Calviſium, qui Periodum Julianam vel non intellexit vel neglexit. In Chronologia ſpeciali demonſtrabitur utriuſque anni Character cœleſtis, quod Novilunium medium & Epochæ Chriſtianæ & anni P. Jæ. 4714ti initium præceſſerit 15. diebus 5 hor. 22. I. quemadmodum Plenilunium 2. diebus 11.hor. o. I. 28.II, prout etiam hic Character reſpectu Epochæ Chriſtianæ in Tabulis Prutenicis p. 3. f. 1. ita ponitur.

HYPOTH. V.

Æquinoctium vernum verum Anni Chriſti 1584. hoc eſt, anni P.Jæ.6297mi ſecundum Nobiliſſimi Domini Tychonis obſervationem in Inſula Daniæ Hurna ſive in Uraniburgo inſtitu-

tam

ram contigit die â Cal. Jan. 70ma 10ma die Martii currente f. 3. Cyclo Solis 25. ☽. 8. & quidem 9. hor. 30. I. poſt mediam noctem elapſis, quæ 10. Martii dies in anno Juliano communi ſemper eſt dies ſaltem 69na.

Hypotheſi hac itidem loco fundamenti in Tabularum conſtructione utuntur Scaliger, Petavius, & Calviſius.

HYPOTH. VI.

Lutetiæ Pariſiorum Meridianus occidentalior eſt meridiano Hurnenſi 51. ſcrupulis primis, quemadmodum Lipſiæ Meridianus eodem Hurnenſi Meridiano occidentalior eſt 9 primis.

Priorem Hypotheſeos partem ponit Petavius l. 7. de doctr. temporum c. 11. poſteriorem Calviſius in c. 2. Iſagoges.

HYPOTH. VII.

Aequinoctia & Solſtitia media in Periodo Juliana ſecundum Copernicum, quem Scaliger Petavius & Calviſius in Chronologia ſequuntur, ſingulis 130 annis cum decem undecimis & in antecedentia uno die regrediuntur, & in conſequentia uno die progrediuntur, quemadmodũ ſecundum Tychonem & Calviſium in Calendarii Gregoriani Elencho ſingulis 128 annis.

Diſcrepantiæ hujus cauſa eſt anni Tropici medii diverſitas, quia Copernician⁹ eſt 365 die 5 hor. 49. I. Tychonic⁹ autẽ ſecundũ Long[illegible] 1 c 5 p. 227. 365 die 5 hor 48 I 45 II. Illic añi Juliani medii & Solaris Tropici differẽtia ſunt 11. I. hic 11. I. & 15. II. Illic dico: Unus añ⁹ dat 11, I. quid dabunt 130 añi cũ decẽ undecimis: operatio ne peractâ aderunt 1440. vel 24. horæ, hoc eſt, una dies: vel etiã dico: 11. I dant unũ annũ, quid dabunt 1440. I. in una die, ſive in 24. horis contenta: poſt operationẽ prodibunt & aderunt 130 anni cum decẽ undecimis. Hic verò dico: 675. II. in 11. I. 15 II contenta dant unum annum, quid dabunt 86400. II. in 24. horis ſive in una die numeranda? operatione peracta aderunt præcisè 128 anni, quorum ſpatio æquinoctiorum & ſolſtitiorum regreſſus & progreſſus ſecundum Tychonem fit unius diei. Vel dicere poſſum: 128. anni dant 86400. II, quid dabit unus anus? facit & faciet præcisè 675 II hoc eſt 11. I. 15. II. Et licet hæc diſcrepantiæ duplicitas neque Nicolao Müllerio in tabulis Friſicis, neque . Crugero in Diatribe Paſhali neque Georgio Germanno in triplici Calendario neque denique Aſtronomis aliis difficilio-

ribus Tabulis hæc omnia proponentibus vel placeat vel ſufficiat. Placet tamen & ſufficit Scaligero, Petavio, & Calviſio, cum per modum Copernicianum ſolſtitia & æquinoctia â Metone, Hippancho, & Ptolemæo olim in certis diebus deprehenſa & obſervata in iisdẽ reperiri queant, contra per Tychonicum nequeant: quemadmodum hæc in ſpeciali Chronologia demonſtrabuntur. Petavius ex his 130 annis cum decẽ undecimis alicubi facit 134. annos, ſecutus hac in parte vel Buntingum vel Gregorianos, qui ex hoc 134 annorum fundamento Tetracoſi eteridem ſuam inſtituerunt, quia ter 134 añi conſtituunt 402 annos.

HYPOTH. VIII.

Primus annus Jobelæus prolepticus eſt annus P. Jæ. 29. primus theticus eſt annus P. J. 813tius & primus annus Jobelæus hiſtoricus ſive Phyſicus eſt annus P J. 3312.

Expreſſis Scripturæ de annis Jobelæis â populo Iſraelitico vel obſervatis vel celebratis teſtimoniis deſtituti cogimur contenti eſſe indiciis illis in hypotheſi prima poſitis. Postremi P. Jæ. añi videlicet 813 & 3312m⁹ Charactere Jobelæo notati reperiuntur quoq; in Tabulis Epocharũ D. Behmii. Primi & ſecundi numeri differentia ſunt 784 anni, quemadmodum ſecundi & tertii 2499 anni, quorum numerorum uterque per 49 diviſus in reſiduo nihil relinquit.

HYPOTH. IX.

Omnis annus Jobelæus eſt ſimul annus Sabbathicus: ſed non contra omnis annus Sabbathicus eſt etiam Jobelæus.

HYPOTH. X.

Novilunia & Plenilunia media ſingulis 76 annis Julianis, hoc eſt, unaquaq; Periodo Calippica 5. hor. 50 I. 46. II. & in antecedentia regrediuntur, & in conſequentia progrediuntur, adeoq; in quater 76 annis, hoc eſt, in 304. annis, ſive in 4. Periodis Calippicis 23. hor. 23. I. & 4. vel 5. II.

Crugerus in c. 19 Diatr. Paſchalis ſupra allegato pro his 23 I. ponit 21 I. ſaltem. 5. hor 50. I. 46. II. per 4 multiplicatis, prodeunt 23. hor. 23 I, 4, II. quod diaphorum quadruplicatum conſentareum eſt Tabulis Syzygiarum & Calviſii Chronologicis & noſtris. At diaphoro Petaviano 5 hor. 50. I 13. II & Prutenico per 4 multiplicato, prodeunt 23 hor. 20. I. 52. II. hoc eſt 21. I. ut vult Crugerus. HY-

HYPOTH. XI.

Diſtantia æquinoctii verni ab autumnali ſequenti ſecundum Tychonem eſt 186. die 18. hor. 30. I, unde unicuiq; quadranti tam verno, quâm æſtivo 93. die 9. hor. 15. I. competunt. At diſtantia æquinoctii autumnalis á verno ſequenti ſecundum eundem Tychonem eſt ſaltem 178. die 11. hor. 19. I. unde quilibet qnadrans tàm autumnalis quàm hybernus 89. dies 5. hor. 39. I. 30. II vel 5. hor. & 40. I. ſibi vendicat.

Aliæ diſtantiæ aliique quadrantes conſtituuntur ſecundum Alphonſinos â Dionyſio Petavio l. 7. de doctr. temp. c. 10. Nos ſequimur hic Scaligerum & cum hoc Calviſium.

HYPOTH. XII.

Novilunium Paſchale Anni Chriſti 1520, hoc eſt, anni Periodi Julianæ 6233 contigit elapſis diebus 78 completis 3. hor. 16. I. 33. II. in Meridiano Regiomontano poſt mediam noctem, vel 1. hor. & 30. I. tanquam Regiomontani & Pariſienſis Meridianorum differentia ſecundum Petavium (pro quibus 90. I. Tabulæ Prutenicæ 1. hor. 35. I. ponunt) ſubtractâ, Lutetiæ 1. hor. 46. I. 33. II. poſt M. N. Cyclo Solis 17 & Lunæ primo.

Hypotheſ. hanc è Copernicianis & Prutenicis Tabulis deſumptam uſurpat & ad Novilunii Paſchalis in ſecundo P. Julæ anno inventionem accomodat Petavius l. 7. de Doctr. Temp. c. 11. p. 632.

HYPOTH. XIII.

Primus annus Nabonaſſaræus hiſtoricus eſt annus in Luſtro Nabonaſſaræo ſecundus, non autem, ut D. Behm in Epocharum Tabulis p. 14 vult, primus, cœpitq; die â Cal. Jan. 57 ma 26 Febuarii feria 4. Anni Periodi Julianæ 3967.

Huic ſententiæ, inquit Nic. Müllerus in Examine Temp. & in fine Iſagoges p. 57, unus Mercator contradicit iſti annorum ſummæ adimens unitatem. Mathematicorum alias nullus illam annorum copulam ſollicitavit, præter unum Mercatorem & Bucholtzerum eumque in Mathematicis rudem. Hactenus Müllerius.

HYPOTH. XIV.

1460 anni Juliani, qui Scaligero ſunt luſtrum Iulianum majus, hoc eſt, 365 Luſtra Juliana ſive 533265 dies æqualia ſunt

1461. an-

1461 annis Nabonaſſeræis & Aegyptiis, hoc eſt, 365 cum quadranteluſtris Nabonaſſaræis, quia in his itidem 533265 dies continentur.

Probabit & comprobabit hanc hypotheſin ipſe calculus. Hinc autem fit, ut 1460 P. Jæ. annorum ſpatio, unus annus Nabonaſſaræus abſorbeatur, prout in §. 4 Scholii 7mi in Fund. habetur.

HYPOTH. XV.

Inter 14tam Novembris diem feriam quintam añi Per. Julæ primi, quæ fuit prima Thot Aegyptiaca, & inter diem â Cal Jan. 57mam 26 Februar. f. 4. primam Thot primi anni Nabonaſſaræi hiſtorici Anni P. J. 3967mi intercipiuntur 3965 anni Juliani, & 103 dies, hoc eſt, 3965. per 4. diviſis, 991. luſtra Juliana, unus añus biſſextilis & 103 dies, quæ faciunt 1448320 dies His 1448320 diebus vel per 1460 vel per 365 dies diviſis, prodeunt 992 luſtra Nabonaſſaræa & 3968 anni Nabonaſſarei proleptici, unde primus annus Nabonaſſaræus hiſtoricus evadit annus Nabonaſſaræus prolepticus 3969nus.

Nomina Menſium Aegyptiacorum & Nabonaſſaræorum hic prolepticorum ſunt hæc

	d		d
1 Thot	30	7 Phamemot.	30
2 Paophi	30	8 Pharmuti	30
3 Athyr	30	9 Pachon	30
4 Chojac	30	10 Payni	30
5 Tybi	30	11 Epiphi	30
6 Mechir	30	12 Meſori	30
		5 Epagommenæ	5
		Summa	365

Porrò Annorum Nabonaſſaræorum prolepticorum nullus Chronologus ratione numeri meminit, niſi quod vel Tarrutius Varronis συγχρονος per 23tiam diem Chojac innuit 24tam Junii Anni Per. Julæ 3942, vel Ubbo Emmius in Cannone Chronico p. 88 & alibi primam Martii anni P. Jæ 1033tii primam Thot eſſe & fuiſſe dixit, vel denique Nicolaus Müllerius in c. 11 Iſag. methodum propoſuit, per quam in quovis P. J. anno prima Thot

Thot certæ diei Julianæ reſpondens utcunque inveſtigari poſſit, quam rem Vbbo Emmius l. 4. Rerum Chronologicarum p. 113 in Lacinia permagnum in Chronologia uſum habere affirmat. Præſtat tamen certum annorum Nabonaſſaræorum prolepticorum numerum habere & addere, ut affectionis datæ certum adſit Subjectum.

CAPUT V.

Recenſens Axiomata.

AXioma I Periodus Juliana eſt omnium dierum, feriarum, hebdomadum, menſium tam cœleſtium quàm civilium, omnium item annorum cœleſtium ſolarium pariter & Lunarium, vel etiam Lunæ-Solarium & civilium & præſertim Julianorum & Nabonaſſaræorum ut & aliorum, omnium denique Epocharum, Cyclorum, Periodorum, & intervallorum fundamentum, baſis, communis menſura, fons, & commodiſſimum receptaculum.

Hoc axioma non in Funccii, Buntingi, Codomanni, Mſtælini, aut Calviſii Schola, ſed in Scaligeri & Petavii ἀεὶ γεωμετρῶν Academia natum pluribus explicandum foret, niſi brevitati ſtudendum eſſet. Aliquid hac de re dictum eſt in §. 21. Scholii octavi in Fund.

Ax. II. Perito Chronologo non ſufficit hiſtoriæ tam Sacræ quàm profanæ cognitio, ſed requiritur inſuper in eo Aſtronomiæ ſcientia mediocris.

Cum Axiomata hujuſmodi nulla probatione, ſed ſola declaratione indigeant, conſiderentur ſaltem præcedentes definitiones & hypotheſes, ut de Canonibus ſubſequentibus & ipſa Chronologia ſpeciali jam nihil dicamus an ſine Aſtronomia & præſertim Lunæ-Solari intelligi queant. Hinc magnis ſe difficultatibus & errorum occaſionibus illi objiciunt & objecerunt, qui et Chronologiam e ſola hiſtoria deduci poſſe putant, vel, cum Aſtronomiæ ignari & rudes ſint, Chronologiam tamen confidenter tractant, cùm Chronologica Μαθήματα ad Aſtronomiam non minimâ ex parte pertineant.

Ax. III. Perito Chronologo non ſufficit item ſola Aſtro-

 nomiæ

nomiæ ſcientia : ſed acquirenda ſimul eſt hiſtoriæ tam ſacræ quàm profanæ cognitio.

Ax. IV. Verbum divinum non contradicit vel Aſtronomicis fundamentis, quorum ipſe Deus author eſt, vel Characteribus Chronologicis ex utraque hiſtoria deſumtis, in Periodo Juliana fundatis, ad eam applicatis, & per Aſtronomica fundamenta explicatis.

Movet hanc quæſtionem: An Chronologia ſua fundamenta è ſola Aſtronomia deſumat? Clariſſ. Dn. M. Andreas Helwigius Chronologorum omnium cenſor iniquiſſimus in Paraceleuſmate ante annos 17. edito, idque thema mordicus negat. Revera autem Chronologia ſua fundamenta neque è ſola Hiſtoria tam ſacra quàm profana, neque è ſola Aſtronomia ſed partim ex illa partim ex hac deſumit.

Ax. V. In concatenatione annorum è diverſis Epochis & præſertim in hac Chronologia generali prolepticis deſumptorum æqualium pariter & inæqualium non â minori ſed â majori parte fieri debet denominatio.

Maximè neceſſaria eſt hujus axiomatis mentio non tantùm reſpectu hujus Chronologiæ generalis, verum etiam ſpecialis. Exempli gratia: Primus annus Nab. prolepticus iſque Juliano anno tam medio, quàm biſſextili ſemper minor cæpit, ut in hypoth. 15. dictũ, in Nov. Anni P. J. primi. At idem Annus Nab. prolepticus primus non concatenandus eſt cum eodem anno P. J. primo, licet in hoc cœperit, ſed cum ſecundo, quia 10. vel 11. fere priores menſes Juliani anni P. J. ſecundi concurrunt cum 10. vel 11. menſibus Nab. poſtremis ejuſdem anni Nab. primi. Ex hujus Axiomatis é Chronologia generali in ſpecialem translati fundamento Scaligero, D. Bohm, Helvico & Ubboni Emmio primus mundi conditi añus non eſt P. J. annus 764tus, in cujus anni fine & octobri Mundus ſecundum Scaligerum eſt conditus, ſed ſequens 765, quia ejuſdem 9. poſtremi Menſes mundani concurrunt cum 9. menſibus prioribus Julianis, id quod Calviſius obſcurè innuit, dum primo anno Mundi cyclum Solis 9 & Lunæ quintum apponit, qui cyclorum poſitus anno P. J. 765 competit.

Ax. VI. Licet in futuro Chronologo mediocris Aſtronomiæ

nomiæ cognitio requiratur: minimè tamen tota Aſtronomia Lunæ-Solaris, & præſertim Computus Eclipticus, prout Petavius l. 8. de Doct. temp. & Caviſius in initio Iſagog. faciunt, ipſi Chronologiæ inſeri debent.

Aliqui nimirum Chronologi peccant hic in exceſſu, ut Caviſius & Petavius, qui tamen exceſſus minimè reprehendendus ſed potius laudandus, aliqui contra in defectu, dum Aſtronomicorum fundamentorum & Characterum Chronologicorum conſideratione & mentione penitus omiſsâ, tantùm in hiſtoria & proſthaphæretico annorum calculo ſunt occupati.

Ax. VII. & ultimum. Diverſarum Epocharum annos ſine Cyclorum Solis & Lunæ & P. Jæ. annorum mentione conſiderare & inter ſe vel comparare vel diſparare non tantùm lubricum eſt: verum etiam inconſultum & errori obnoxium.

Hujus axiomatis a Funccio, Buntingo, Codomannno, & innumeris aliis Chronologis non obſervati exempla plurima afferri poſſent. Principiis cognoſcendi ſic abſolutis, ſequuntur jam ipſi Canones.

CAPUT V. & ultimum.

Subjungens Canones ſive propoſitiones, hoc eſt, problemata & theoremata.

CANON I. Dato quovis P. J. anno, cyclum Solis, Lunæ, Indictionis, & literam dominicalem anno dato competentes invenire.

Dividatur numerus datus per 28, 19. & 15, non ad quotum, ſed ad reſiduum reſpiciatur, hoc nullo exiſtente, numerus cujuſque Cycli ultimus pro quæſito habeatur, & denique per cyclum Solis Litera dominicalis cyclo Solis invento in Tabula ſuperiore in Def. 30. exiſtente aſcripta eligatur. Exempli loco ſit annus P. Jæ. 532. 532. per 28. & 19. diviſis, manet nihil: at iiſdem 532. per 15. diviſis manent 7: Dico E annum P. J. 532. habere cyclum ☉ 28. ☽. 19. & Ind. 7. & literam Dominicalem A. Eodemque modo in aliis quoque P. Jæ annis omnibus quæſita illa, quibus tamen priora duo maximè ſunt neceſſaria, inveniri poterunt.

Canon II. Dati quavis cujuſvis Periodi Julianæ anni ca-

jus

jus Cyclus Solis è Canone præcedenti innotuit, Juliana die â Calendis vel Januarii vel alterius menſis numeratâ, quota feria ea dies ſit, determinare.

Si dies data rectâ â Calendis Januarsi numeratur, res plana eſt. Si verò â Calendis alterius alicujus menſis numeratio inſtituitur, tunc præcedentium menſium dies & quidem pro Februario in anno Juliano communi 28. dies ſaltem, in biſſextili autem 29 dies numero dierum menſis dato ordine ſunt addendi, & hinc per cyclum ſolis notum è tabula ſupra in def. 30. exhibita & numerus feriarum cyclo huic aſſcriptus & litera dominicalis excerpendi. Si loco numeri illius in Tabula unitas, pro ut in cyclo Solis 11. 17. 22. & 28. fit, reperitur, tunc numero dierum ſupra invento nihil additur, ſed is per 7 rectâ dividitur. Si verò certus feriarum numerus, pro ut in reliquis cyclis fit, invenitur, tunc is ante omnia unitate minuitur, minutus numero dierum ſupra invento additur, productum per 7. dividitur, & per reſiduum ipſa quæſita feria ſuppeditatur, vel ſeptima, ſi reſiduum eſt nullum, vel 1. 2. 3. 4. 5. & 6ta, ſi in reſiduo 1. 2. 3. 4. 5. & 6. reperta fuerint.

Exemplum primum.

Quæritur quota feria fuerit dies 6. Januarii anni Periodi Jul. 4714, hoc eſt, anni Epochæ Chriſtianæ primi cyclo Solis 10mo notati, quâ 6. Januarii Magi ſecundum vulgatam ſententiam Bethlemum venerunt, & Jeſulum adorarunt. Cyclus Solis 10. habet feriam 7 & literam Dom. B. 6. & 6. additis & 12. per 7 diviſis, manet quinarius, hoc eſt, ſexta dies Januarii data eſt & fuit feria quinta.

Exemplum ſecundum.

Ita quæritur, quota feria ſit dies â Cal. Jan. 81 ſive 21 Martii anni P. J. 765ti cyclo Solis 9. præditi, in quam diem ſecundum initium tabulæ primæ Syzygiarum Lunarium Calviſii primum â conditi mundi tempore Novilunium Paſchale vel quaſi Paſchale incidit. Cyclus Solis 9. habet feriam quintam, & literas duas dominicales D. C. 81. & 4. additis & 85. diebus per 7. diviſis, manet reſidua unitas, hoc eſt, dies data 21. Martii & â Cal. Jan. 81. eſt f. prima, non verò prout Calviſius ibidem poſuit, ſecunda.

Can. III. Primum in primo periodi Julianæ anno Novilunium & Plenilunium, tùm quot diebus, horis, & ſcrupulis & Novilunium & Plenilunium medium primas P. Jæ. Januarii calendas à media nocte inchoatas præceſſerit, per tabulas Noviluniorum Petavii, Friſicas, & Syzygiarum noſtras invenire.

Tabulis Syzygiarum Calviſii hic uti non poſſumus, quia hæ in anno demum P. Jæ. 765 incipiunt, quem tamen non addunt, ſed ejus loco cyclum Solis 9. & Lunæ 5. ponunt.

1. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Ante omnia in Tabularum harum uſu hoc notandum & loco principii præſupponendum eſt, quod dies vel in Tabula prima poſita vel per operationem inventa in annis Julianis communibus quidem ut Cyclo Solis ſecundo, 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 22. 23. 24. 26. 27. & 28vo. pro incompleta, in biſſextilibus autem ut cyclo ſolis 1. 5. 9. 13. 17. 21. & 25. pro completa, in quo caſu numerus dierum unitate augendus eſt, ſit ſumenda. Quæ regula locum habet non tantum in his Noviluniorum ut & Æquinoctiorum Tabulis Petavii: Verum etiam in Tabulis Calviſii tam Syzygiarum & Calendarii Iudaici & Tecupharum Addæ, quam Æquinoctiorum æquabilium. In prima ergo Tabula Noviluniorum, quæ extat l. 7. de Doctr. Temp. c. 11, Petavius Novilunium Vernum Anni P. Jæ ſecundi Cyclo Solis ſecundo & [illegible] ſecundo præditi ponit in die a Cal. 87ma [incompleta] 28 [illegible] 6, 9 hor. 12 I. 28 II. poſt Mediam Noctem Lutetiæ numeratis, per quod Novilunium per ſequentem calculum, primum in P. Ja. Novilunium & Plenilunium & reliqua quæſita ita inveniuntur.

	d.	f	h	I	II	
Dies ☌ medii	87 incōpl.	6	9	12	28	p. M. N.
Pro año primo	366		utpote biſſextili			A
Summa dier.	453	6	9	12	28	
15 Lunat.	442	1	23	0	47	S.
Primū Nov. Jan.	10 incōpl.	4	10	11	41	p. M. N.
Dimidia Lun.	14,	0	18	22	2	A
Primū ☍ Jan.	25 incopl.	5	4	33	43	

 Pri-

Primum E. in Per. Jul. Novilunium incidit in 10 Jan. f. 4. factum Lutetiæ paulo ante Meridiem,quemadmodum primum Plenilunium in 25 Jan. f. 5. factum ibidem paulò ante quintam matutinam.

Pro Novilunii & Plenilunii præceſſione.

	d	h	I	II	
Integra Lunatio	29 compl.	12	44	3	
Temp.Novil. Jan.	9 compl.	10	11	41	S.
Præceſſio Novilunii	20 compl.	2	32	22	
Dimidia Lunatio	14 compl.	18	22	2	S.
Præceſſio Plenilunii	5 compl.	8	10	20	

Præceſſit ita medium Novilunium ipſius P. Jæ. initium 20 diebus completis 2.hor. 32 I. 22 II. Lutetiæ numeratis, quemadmodum medium Plenilunium 5. die. 8. hor. 10. I. 20. II. qui numerus etiam invenitur, ſi 25 die. 5 hor. 33 I. 43 II. ab eadem integra Lunatione ſubtrahantur.

	d	h	I	II	
Integra Lunatio	29 cōpl.	12	44	3	
Tempus ☍	24 cōpl.	4	33	43	S.
Eadē Plenil præceſſ.	5. cōpl.	8	10	20	

2. Per tabulas Nicolai Müllerii Ptolemaicas poſteriores.

	d	h	I	II.	
Añi P. J. expanſi	20	4	50	33 S.	p. 92
Novilunium.	30	12	44	3	p 118.
Primū ☌ Jā. die.	10 incomp.	7	53	30	in Friſ. p. M.
Dimidia Lunat.	14	18	22	2	A. (N.
primū ☍ Jā. dies	25 incomp.	2	15	32	

Secundū hunc calculū Mullerianum & Ptolemaicum primum in P. Ja. Novilunium incidit ibidem in 10. Jan. f 4 factum in Friſia 2 fere horis ante Meridiem, quemadmodum medium Plenilunium in 25. Januarii f. 5. factum ibidem puulo poſt horam quartam matutinam.

Ita ſecundum eundem hunc calculum præceſſio Novilunii quidem eſt & fuit 20 dierum completorum &c. Plenilunii 5 die. compl. &c.

Ipſam

Ipſam vero horarum & Scrupulorum in Calculo Petaviano & Mulleriano diſcrepantiam cauſantur partim Meridianorum partim diaphororum diverſitas, quia motus Lunæ Ptolemaicus major eſt & Prutenico, quem uſurpant Tabulæ Petavianæ, & Tychonico, quem adhibent Calviſianæ Syzygiarum Tabulæ & noſtræ.

Quia jam ad praxin Lunæ-Solarem noſtram eſt accedendum, ideo ante omnia Tabulas Syzygiarum noſtras in defin. 13 citatas, uſq; ad añum Chriſti 2017. hôc eſt ad annum P. J. 6730. continuatas, & præterea, quod nullibi reperire licebit, Scaligeriana & veriſſima 7. Epocharum nobilisſimarum nimirum Conſtantinopolitanæ, P. J. tam Poſtulatitiæ quam Noſtræ, Mundi Conditi, Period. Iudaicæ, annorum Alexandræorum, Julianorum & Chriſtianorum concatenatione exornatas & munitas in Chronologia hac generali hic apponam & in ſpeciali Chronologia plurib' exemplis explicare ſatagã. Placeant ſane & perplaceant aliis in hoc negotio Chronologico aliæ Tabulæ in alia atque alia forma ab aliis Artificibus puta Ill. Keplero, Wilhelmo Langio &c. compoſitæ & propoſitæ: mihi tales Tabulæ, quæ Novilunium Paſchale, quod hic maxime attendendum, una cum Solis & Lunæ cyclis repræſentant, præ omnibus arrident. Video certe tales Tabulas non tantum Calviſio, verum etiam Chronologorum omnium poſt Scaligerum Coryphæo Petavio & inſuper Aſtronomo inſigni Dn. Eichſtadio placuiſſe, & tamen operationes per has Tabulas inſtitutas per Tabulas Prutenicas, Lansbergianas, Mullerianas, Rudolphinas &c. examinari & probari poſſe.

Tabu-

Tabula Prima Syzygiarum Lunarium in annis 76. prioribus Epochæ Conſtantinopolitanæ expanſis.

Anni primæ period.	*Dies à Calẽd. Jan.*	*Horæ.* h.	*Scrup. prima* ′	*Scrup. ſecũd.* ″	*Cyclus Solis*	*Cyclus Lunæ*
1	97	18	32	13	18	4
2	87	3	20	50	19	5
3	106	0	53	31	20	6
4	94	9		9	21	7
5	113	7	14	50	22	8
6	102	16	3	28	23	9
7	92	0	52	5	24	10
8	109	22	24	46	25	11
9	99	7	13	24	26	12
10	88	16	2	1	27	13
11	107	13	34	42	28	14
12	95	22	23	20	1	15
13	85	7	11	58	2	16
14	104	4	44	39	3	17
15	93	13	33	16	4	18
16	111	11	5	57	5	19
17	100	19	54	35	6	1
18	90	4	43	13	7	2
19	109	2	15	53	8	3
20	97	11	4	31	9	4
21	86	19	53	9	10	5
22	105	17	25	[illegible]	11	6
23	95	2	14	27	12	7
24	112	23	47	8	13	8
25	102	8	35	46	14	9
26	91	17	44	24	15	10
27	[illegible]	14	57	5	16	11
28	98	23	[illegible]	42	17	12

Reli-

Reſiduum Tabulæ primæ.

Anni primæ period.	*Dies à Calend, Jan.*	*Horæ.* h.	*Scrup. prima.* ′	*Scrup. ſecund.* ″	*Cyclus Solis.*	*Cyclus Lunæ.*
29	88	8	34	20	18	13
30	107	6	7	1	19	14
31	96	14	55	38	20	15
32	84	23	44	6	21	16
33	103	21	16	57	22	17
34	93	6	5	35	23	18
35	112	3	38	16	24	19
36	100	12	26	53	25	1
37	89	21	15	31	26	2
38	108	18	48	12	27	3
39	98	3	36	50	28	4
40	86	12	25	28	1	5
41	105	9	58	9	2	6
42	94	18	46	47	3	7
43	113	16	19	28	4	8
44	102	1	8	6	5	9
45	91	9	56	43	6	10
46	110	7	29	24	7	11
47	99	16	18	2	8	12
48	88	1	6	40	9	13
49	106	22	39	20	0	14
50	96	7	27	58	11	15
51	85	16	16	36	12	16
52	103	13	49	17	13	17
53	92	22	37	54	14	18
54	111	20	10	35	15	19
55	101	4	59	13	16	1
56	89	13	47	51	17	2

Anni primæ period	*Dies à Calēd. Jan.*	*Horæ.* h.	*Scrup. prima.* ′	*Scrup. ſecūd.* ″	*Cyclus Solis*	*Cyclus Lunæ*
57	108	11	20	32	18	3
58	97	20	9	9	19	4
59	87	4	57	47	20	5
60	105	2	30	28	21	6
61	94	11	19	5	22	7
62	83	20	7	43	23	8
63	102	17	40	23	24	9
64	91	2	29	1	25	10
65	110	0	1	42	26	11
66	99	8	50	19	27	12
67	88	17	38	57	28	13
68	106	15	11	38	1	14
69	96	0	0	16	2	15
70	85	8	48	53	3	16
71	104	6	21	34	4	17
72	92	15	10	12	5	18
73	111	12	42	53	6	19
74	100	21	31	30	7	1
75	90	6	20	8	8	2
76	108	3	52	49	9	3

Syzy-

Syzygiarum Lunarium Tabula ſecunda in annis Epochæ Conſtantinopolitanæ 7600. collectis.

Epocha Cōſtantinopolit.	*Periodi Julianæ poſtulatitiæ.*	*Epochæ Mundi conditi.*	*Periodi Judaica.*	*Dies.*	*Horæ.*	*Scrup. prima.*	*Scrup. Secūd.*	*Cyclus Solis*
76	7261			0	5	50	46	8
152	7337			0	11	41	32	16
228	7413			0	17	32	19	24
304	7489			0	23	23	5	4
380	7565			1	5	13	51	12
456	7641			1	11	4	38	20
532	7717			1	16	55	24	28
608	7793			1	22	46	10	8
684	7869 *An.*			2	4	36	56	16
760	7945 *Per.*			2	10	27	43	24
836	41 *Jul.*			2	16	18	29	4
912	117 *noſt.*			2	22	9	15	12
988	193			3	4	0	1	20
1064	269			3	9	50	48	0
1140	345			3	15	41	34	8
1216	421			3	21	32	20	16
1292	497			4	3	23	6	24
1368	573			4	9	13	53	4
1444	649			4	15	4	39	12
1520	725			4	20	55	25	20
1596	801	37		5	2	46	12	0
1672	877	113		5	8	36	58	8
1748	953	189		5	14	27	44	16
1824	1029	6	76	5	20	18	30	24
1900	105	341	152	6	2	9	17	4
1976	1181	417	228	6	8	0	3	12
2052	1257	493	304	6	13	50	49	20
2128	1333	569	380	6	19	41	35	0

Reſiduum Tabulæ primæ.

Anni primæ period	*Dies à Calẽd. Jan.*	*Horæ.* h.	*Scrup. prima.* ′	*Scrup. ſecũd.* ″	*Cyclus Solis*	*Cyclus Lunæ*
57	108	11	20	32	18	3
58	97	20	9	9	19	4
59	87	4	57	47	20	5
60	105	2	30	28	21	6
61	94	11	19	5	22	7
62	83	20	7	43	23	8
63	102	17	40	23	24	9
64	91	2	29	1	25	10
65	110	0	1	42	26	11
66	99	8	50	19	27	12
67	88	17	38	57	28	13
68	106	15	11	38	1	14
69	96	0	0	16	2	15
70	85	8	48	53	3	16
71	104	6	21	34	4	17
72	92	15	10	12	5	18
73	111	12	42	53	6	19
74	100	21	31	30	7	1
75	90	6	20	8	8	2
76	108	3	52	49	9	3

Syzy-

Syzygiarum Lunarium Tabula ſecunda in annis Epochæ Conſtantinopolitanæ 7600. collectis.

Epocha Cōſtantinopolit.	*Periodi Iulianæ poſtulatitiæ.*	*Epochæ Mundi conditi.*	*Periodi Iudaicæ.*	*Dies.*	*Horæ.*	*Scrup. prima.*	*Scrup. Secūd.*	*Cyclus Solis*
76	7261			0	5	50	46	8
152	7337			0	11	41	32	16
228	7413			0	17	32	19	24
304	7489			0	23	23	5	4
380	7565			1	5	13	51	12
456	7641			1	11	4	38	20
532	7717			1	16	55	24	28
608	7793			1	22	46	10	8
684	7869 *An.*			2	4	36	56	16
760	7945 *Per.*			2	10	27	43	24
836	41 *Iul.*			2	16	18	29	4
912	117 *noſt.*			2	22	9	15	12
988	193			3	4	0	1	20
1064	269			3	9	50	48	0
1140	345			3	15	41	34	8
1216	421			3	21	32	20	16
1292	497			4	3	23	6	24
1368	573			4	9	13	53	4
1444	649			4	15	4	39	12
1520	725			4	20	55	25	20
1596	801	37		5	2	46	12	0
1672	877	113		5	8	36	58	8
1748	953	189		5	14	27	44	16
1824	1029	6	76	5	20	18	30	24
1900	105	341	152	6	2	9	17	4
1976	1181	417	228	6	8	0	3	12
2052	1257	493	304	6	13	50	49	20
2128	1333	569	380	6	19	41	35	0

Reſiduum Tabulæ ſecundæ.

Epocha Conſtãti-nopolit.	Periodi Jul. noſtræ.	Epocha Mũdi cõditi.	Periodi Judaicæ	Dies	Horæ	Scrup prima.	Scrup. ſecũd.	Cyclus Solis.
2204	1409	645	456	7	1	32	21	8
2280	1485	721	532	7	7	23	8	16
2356	1561	797	608	7	13	13	54	24
2432	1637	873	684	7	19	4	40	4
2508	1713	949	760	8	0	55	27	12
2584	1789	1025	836	8	6	46	13	20
2660	1865	1101	912	8	12	36	59	0
2736	1941	1177	988	8	18	27	45	8
2812	2017	1253	1064	9	0	18	32	16
2888	2093	1329	1140	9	6	9	18	24
2964	2169	1405	1216	9	12	0	4	4
3040	2245	1481	1292	9	17	50	51	12
3116	2321	1557	1368	9	23	41	37	20
3192	2397	1633	1444	10	5	32	23	0
3268	2473	1709	1520	10	11	23	9	8
3344	2549	1785	1596	10	17	13	56	16
3420	2625	1861	1672	10	23	4	42	24
3496	2701	1937	1748	11	4	55	28	4
3572	2777	2013	1824	11	10	46	14	12
3648	2853	2089	1900	11	16	37	1	20
3724	2929	2165	1976	11	22	27	47	0
3800	3005	2241	2052	12	4	18	33	8
3876	3081	2317	2128	12	10	9	19	16
3952	3157	2393	2204	12	16	0	6	24
4028	3233	2469	2280	12	21	50	52	4
4104	3309	2545	2356	13	3	41	38	12
4180	3385	2621	2432	13	9	32	25	20
4256	3461	2697	2408	13	15	23	11	0

Reſiduum Tabulæ ſecundæ.

Epochæ C. P. næ.	*Periodi Jul. noſtræ.*	*Mūdi cōditi*	*Periodi Iudaicæ.*	*Epochæ Alex.*	*Æræ Iulianæ.*	*Epochæ Chriſti DEI.*	*Dies.*	*Horæ.*	*Scr. pri.*	*Scr. ſec.*	*Cyc. Sol.*
4332	3537	2773	2584				13	21	13	57	8
4408	3613	2849	2660				14	3	4	44	16
4484	3689	2925	2736				14	8	55	30	24
4560	3765	3001	2812				14	14	46	16	4
4636	3941	3077	2888				14	20	37	2	12
4712	3917	3153	2964				15	2	27	48	20
4788	3993	3229	3040				15	8	18	35	0
4864	4069	3305	3116				15	14	9	21	8
4940	4145	3381	3192				15	20	0	7	16
5016	4221	3457	3268				16	1	50	54	24
5092	4297	3533	3344				16	7	41	40	4
5168	4373	3609	3420				16	13	32	26	12
5244	4449	3685	3496	47			16	19	23	12	20
5320	4525	3761	3572	123			17	1	13	59	0
5396	4601	3837	3648	199			17	7	4	45	8
5472	4677	3913	3724	275	9		17	12	55	31	16
5548	4753	3989	3800	351	85	40	17	18	46	17	24
5624	4829	4065	3876	427	161	116	18	0	37	4	4
5700	4905	4141	3952	503	237	192	18	6	27	50	12
5776	4981	4217	4029	579	313	268	18	12	18	36	20
5852	5057	4293	4104	655	389	344	18	18	9	22	0
5928	5133	4369	4180	731	465	420	19	0	0	9	8
6004	5209	4445	4256	807	541	496	19	5	50	55	16
6080	5285	4521	4332	883	617	572	19	11	41	41	24
6156	5361	4597	4408	959	693	648	19	17	32	27	4
6232	5437	4673	4484	1035	769	724	19	23	23	13	12
6308	5513	4749	4560	1111	845	800	20	5	13	59	20
6384	5589	4825	4636	1189	921	876	20	11	4	46	0

Epochæ C P. næ	*Perso-di Jul. noſtræ*	*Mundi conditi.*	*Perio-di Ju-daicæ.*	*Epochæ Alex.*	*Æræ Julia-næ.*	*Epochæ Chriſti DEI.*	*Dies.*	*Ho-ræ.*	*Scr. pri.*	*Scr. ſec.*	*Cyc. Sol.*
6460	5665	4901	4712	1263	997	952	20	16	55	32	8
6536	5741	4977	4788	1339	1073	1028	20	22	46	18	16
6612	5817	5053	4864	1415	1149	1104	21	4	37	4	24
6688	5893	5129	4940	1491	1225	1180	21	10	27	51	4
6764	5969	5205	5016	1567	1301	1256	21	16	18	37	12
6840	6045	5281	5092	1643	1377	1332	21	22	9	23	20
6916	6121	5357	5168	1719	1453	1408	22	4	0	9	0
6992	6197	5433	5244	1795	1529	1484	22	9	50	56	8
7069	6273	5509	5320	1871	1605	1560	22	15	41	42	16
7144	6349	5585	5396	1947	1681	1636	22	21	32	28	24
7220	6425	5661	5472	2023	1757	1712	23	3	23	15	4
7296	6501	5737	5548	2099	1833	1788	23	9	14	1	12
7372	6577	5813	5624	2175	1909	1864	23	15	4	47	20
7448	6653	5889	5700	2251	1985	1940	23	20	55	33	0
7524	6729	5965	5776	2327	2061	2016	24	2	46	20	8
7600	6805	6041	5852	2403	2137	2092	24	8	37	6	16

3. Per Tabulas Syzygiarum noſtras in Fundamentis exhibitas

Ante omnia quærendum eſt Novilunium paſchale vel quaſi Paſchale anni p. J. primi, hoc eſt, anni P. Jæ. poſtulatitiæ, Epochâ Conſtantinopolitana jam omiſſa, 7981, & hinc 3 Lunationes ſequenti calculo ſubtrahendæ.

Añi P.J.poſtæ	d	h	I	II	☉	☽
36	100	12	26	53	25	1
7945 A.	2	19	27	43	24	0 S.
7981	99 incóp.	1	59.	10	1	1
3. Lunationes	88	14	12	10	0	0 S.
Primum ☌ Jan. dies	10 incóp.	11	47	0	1	1 Lipſiæ
Dimidia Lunatio	14	18	22	2 A.		
Primum ☍ Jan. dies	25 incóp.	6	9	2	1	1 Lipſiæ

Pro

Pro ☌ii & ☍ii Præceſſione	d		h	I	II	
Integra Lunatio	29	compl.	2	44	3	
Tempus ☌	9	compl.	11	47	0	S.
Præceſſio Novilunii	20	compl.	0	57	3	Lipſiæ
Dimidia Lunatio	14	compl.	18	22	2	S.
Præceſſio Plenilunii	5	compl.	6	35	1	

Quod erat demonſtrandum. Calculus Prutenicus, Alphonſinus, & Copernicianus conſultò jam omittitur.

Can. IV Primum in P. J. ejuſque primo anno æquinoctium Vernum medium, primum item Solſtitium hybernum & aſtivum, primum denique æquinoctium autumnale, nec non eadem 4 quæſita in quibuſvis P. Jæ. annis per Tabulas æquinoctiorum tam Petavii, quam, ubi nimirùm P. Jæ. annorum numerus 764 annis major fuerit, Calviſii invenire.

In negotio hoc Chronologico maxima cura eſt & eſſe ſolet Noviluniū Paſchale ſive Niſan & Novilunium Tiſri invenire, quorum illud ab æquinoctio Verno: hoc autem ab æquinoctio autumnali ita dependet, ut utriuſvis Novilunii ab utrovis æquinoctio diſtantia nunquam 15. diebus major ſit, cujus rei quædam mentio facta eſt in §.4 Scholii primi in Fundamentis. Hinc quæſitorum horum conſideratio Novilunii Niſan & Tiſri inventionē neceſſario præcedit. Obſervatione ergo illa Tychonica in hypoth. 5. præmiſſa hic loco fundamenti præſuppoſitâ, & primo & uno P. Jæ. anno ab annis, 6297 ſubtracto, manent 6296 anni. Hinc 6296 per 11. I. multiplicatis, προήγησις ἰσημερινὴ in annis 6296 facta evadit & erit 48 dierum 2. h. 16. I. addenda jam utpote hic & Solis cyclo primo & in anno biſſextili & in regreſſu 70. die. incompl. 9. h. 36. I. (in anno enim communi 69. die. incompl. 9. hor. 30. I. forent uſurpanda) ut fiant 118. incompl. 11. horæ, & 46 I, â quibus 51 I. ex hypoth. 6. deſumpta ſubtracta relinquunt 118. die. incompl. 10. h. 55. I, quot dies horæ & ſcrupula pro æquinoctii verni in primo P. J. anno ſitu ab ipſo Petavio in Tabula æquinoctiorum prima anno P. J. primo una cum f. 7. & Cyclo Solis & Lunæ primo aſcribuntur: adeoque 117. die. in Tabula eadem poſiti ſumendi ſunt pro completis, & 118. dies ſubintelligendi; id quod etiam feriæ ſeptimæ character diei ſeptimæ appoſitus innuit, quia hic Cyclo ☉. 1 competit non 117mæ diei, ſed 118væ. Atque hic unius diei error in anno P. J. 5 to. 9. 13. 17. 21. 25. & in omnibus annis biſſextilibus recurrit.

Tem-

	d		h	I	
Tempus obſer. Tych.	70	incompl.	9	30	
προηγ. ἰσημ.	48		2	16	A.
Tempus æquinoctii verni	118	incompl.	11	46	Hurnæ
Differentia Meridianorum				51	S.
Idem tempus	118		10	55	Lutetiæ
Diſtant. Solſt. & Æquin.	89		5	40	S.
Solſt. hyb. Jan. dies	29		5	15.	p. M. N. Lut.

89 diebus compl. 5. hor. 40. I. â 118. die. incompl. 10 hor. 55 I. ſubtractis, manent pro Solſtitii hyberni ſede 29. dies Januarii incompleti 5. hor. 15. I, hoc eſt primum Solſtitinm in P. Ja. hybernum factum eſt 29 Jan. f. 2. ante ſextam matutinam, quemadmodum primum æquinoctium vernum die â Cal. Jan. 118. 27 Apr. f. 7. paulo ante meridiem. Hinc Solſtitium quoque æſtivum & æquinoctium autumnale reliqua ſequenti calculo ita inveniuntur.

	d	f	h	I	
Tempus æquinoctii verni.	118	7	10	55	
Diſt. æquin. & Solſt.	93	2	9	15.	A.
Tempus Solſt. æſtivi	211	2	20	10	
Diſt. Solſt. & æquinoctii.	93	2	9	15	A.
Tempus æquin. autumnalis	305	5	5	25	p. M. N. Lut.

Et ſecundum hunc calculum primum Solſtitium æſtivum in primo P. Jæ. anno factum eſt die â Cal. Jan. 211. finiente 29 Julii f. 2. quemadmodum primum æquinoctium autumnale die â Cal. Jan. 305 ta 31. oct. f. 5. paulo ante ſextam horam matutinam. Sint deinde Exempli ſecundi loco eadem quæſita 4 in anno P. J. 3217 per Tab. æquinoctiorum Petavii & Calviſii indaganda.

1. Per Tabulas Æquinoct. Petavii.

Anni P. Jæ.	d	f	h	I	☉	
25	117	2	6	31	25	
3192. A.	24	3	9	12	0	S.
3217	93 incōpl.	5	21	19	25	
Diſtantia	89	5	5	40	0	S
Solſt. hyb. Jan. dies	4	7	15	39	25	

Secun-

Secundum hunc calculum primum in anno P. J. 3217, in quo ſecundum Scaligerum & Nicol Müllerium Exodus contigit, Solſtitium hybernum factum eſt die â Cal Jan. 4. f. 7, & æquinoctium vernum medium die 93tia Apr. 2. f. 5. Hinc ſequenti calculo invenienda quoque ſunt reliqua duo quæſita.

	d	f	h	I
Tempus æquinoctii Verni	93	5	21	19
Diſtãtia æquinoctii & Solſt.	93	2	9	15. A.
Dies Solſtitii æſtivi	187	1	6	34
Eadem diſtantia	93	2	9	15 A.
Dies æquinoctii autũnalis	280	3	15	49

Solſtitium ergo æſtivum incidit in anno dato in diem â Cal Jan. 187. 5 Julii f. 1, quemadmodum æquinoctium autumnale in diem 280. 6. Oct. f. 3. Quia numerus P. J. annorum datus 763 annis eſt major, ideo calculus per Æquin. Tabulas Calviſii hic quoque addendus.

Anni Mundi	d	f	h	I	☉
17	111.	3	12	37	25
2436 A	18	4	14	36	o S.
Æquin. vern anni 2453.	93 incõpl.	5	22	1	25 I. ipſiæ
Mer. I. ipſ. & Pa. differentia				42	o S
Dies æquin. verni Lutetiæ	93 incõpl.	5	21	19	25

Adeoque hic iidem numeri, qui ſupra, adſunt, & per hos numeros reliqua quæſita 3 eadem modo inveniri poſſunt.

Invenitur autem, ut hoc per παρέλκυσιν hic adjiciatur, per annos P. Jæ. annus Mundi Scaligerianus competens, ſi ab annis completis P. Jæ. & menſibus datis ſubtrahantur anni P. J. 763. & 9 menſes. Sic ab annis P. J. 3216 & Menſib⁹. 3. ad Exodum elapſis ſubtrahantur anni P. Jæ. completi 763 & 9 Menſes. & manebat anni Mundi completi 2452 & 6 Mund. ad Exodum ſecundum Scaligerum elapſi, hoc eſt, æquinoctium hoc vernum quæſitum & inventum eſt in medio anni Mundi 2453. Denique quomodo æquinoctium vernum quodlibet in quolibet P. Jæ. anno per regulam Detri indagari debeat, ejus rei ratio breviter expoſita

eſt in fine Scholii ſexti in Fund. Dato autem æqinoctio verno, dantur & reliqua 3. quæſita.

Can. V. Dato quovis P. Jæ anno, Novilunium ejus Paſchale ſive primam Niſan Moſaicam per Tabulas Noviluniorum Petavii, Nicolai Mullerii, Syzygiarum noſtras & Calviſianas quoque, ubi P. J. annorum numerus 765 annis major eſt, & deinde per hanc primam Niſan repertam tùm præcedentia & conſequentia anni P. Jæ. dati Novilunia & Plenilunia omnia, tum in ſpecie & præcipuè primam Tiſri quoque à prima die Niſan in Calendario Moſaico hic proleptico dependentem invenire.

In Noviluniorum Paſchalium determinatione tria præcipuè obſervanda: I. Cavendum eſt, ne Novilunii inventi & æquinoctii verni medii per Canonem quartum jam noti diſtantia 15 diebus major ſit.

2. Eadē Novilunia Paſchalia in nullo alio loco, quā in Hieroſolyma, in qua Chriſtus Paſcha antitypicū celebravit, cōſideranda ſunt. At in Hieroſolyma & Palæſtina primo dies Politica nō à media nocte, ſed ſex horis citius, hoc eſt, à ſexta hora veſpertina inchoatur. Deinde Meridiani Lipſienſis, ut Hurnenſem, Friſicum, & Pariſienſem Meridianos jam omittamus, & Hieroſolymitani differentia ſecundum Calviſium in Iſagoge ſunt 2. hor. 13. I: unde ſequitur, quod ſemper tempori Novilunii per Tabulas invento 8. hor. 13. I. ſint addenda vel ſecundum Nic. Mull. 8. hor. 47. I. 10. II. Certè priorum ſex horarum omisſio, quæ non tantum in 3. Tabulis Pleniluniorum Paſchalium in Elencho Calviſiano poſitis: Verum etiam in ſimili Pauli Guldini Tabula, in l. 3. Ref. Elenchi c. 7. p. 206 conſpicua cernitur, facit & efficit, ut plurima in utraque Tabula reperiantur Plenilunia Paſchalia per unius diei prochroniſmum erronea.

3. Numero horarum adhærentium 20 vel 21. ſuperante dies ſequens eſt ſumenda. Hiſce 3 regulis obſervatis, per Tabulas Noviluniorum Petavianas, Syzygiarum noſtras, & quandoque Calviſianas ſemper Novilunium aliquod, calculo abſoluto, vel hybernum ultimum, vel vernum primum, quod revera eſt Paſchale, vel denique vernum ſecundum reperitur. Exempli primi ergo loco in anno P. Jæ. primo, Novilunium ſecundum ſuperiori asſignatur diei 4 Cal. Jan. 99 næ, At æquinoctium eo tempore hæ-

tohæſit in die 118va, 99 â 118 ſubtractis, diſtantia Novilunii hujus & æquinoctii, eaque juſto major, ſunt 19 dies Hoc ergo octavæ Apr. Novilunium non eſt vernum primum vel Paſchale, ſed hybernum ultimum. Una ergo Lunatione & inſuper 8. hor. 13. I. additis, fiunt 128. dies in compl. 22 hor. 40 I. 48 II. ab occaſu Solis Hieroſolymæ numerata: Unde prima Niſan Moſaica proleptica eaque æquinoctio verno proxima evadit dies â Cal. Jan. 128va 7. Maii f. 3. & propter 22. hor. adhærentes 8va Maii f. 4. Porro primæ Tiſri diei à prima Niſan diſtantia Politica ſemper ſunt 177. dies & 2. f. 129. diebus & 4. f. & 177. dies 2. f. additis, & 306 dieb⁹ & 6. f. acquiſitis, prima Tiſri Moſaica Politica eaque hic Proleptica fit dies à Cal Janii 306ta 1. Novembris f. 6. Moſaica inquam. Nam Judaica Politica prima Niſan propter Badu foret 9. Maij. f. 5. & prima Tiſri propter adu 2. Nov. f. 7. Eadem 7. May eademq; prima Nov. Novilunio præditæ invenientur ſequenti calculo, Si 99, diebus incompl. 1. hor. 59. I. 10. II. in membro

d	h	I	II	
99	1	59	10	p. M. N. Lipſiæ
29	12	44	3	
	8	13	0	A.
128	22	56	13	
177	4	24	19	
306	3	20	32	

tertio Canonis tertii inventis addantur & Lunatio integra, & dierum atque Meridianorum differentia. Prodibunt enim 128 d. 22 hor. 56 I. 13 II. & ſecundo loco, 6 Lunationibus additis, 306 dies 3 hor. 20 I. 32 II.; hoc eſt, prima Niſan primo eſt dies 128. 7 Maij f. 3. & propter 23 horas ferè 8 Maij f. 4. & prima Tiſri 1. Nov. f. 6. Ita in eadem Tabula prima Noviluniorum Petavii dies Novilunii anni P. Jæ. ſecundi eſt dies â Cal. Jan. 87va 28. Martii 6. f. 9 hor. 12 I. 28 II. p. M. N. Lutetiæ. 87 â 117 ſubtractis, diſtantia juſto major ſunt 30 dies Una Lunatione, una cum differentia addita, Novilunium verè Paſchale & prima Niſan Moſaica fit dies â Cal. Jan 117ma 27 Apr. f. 3. coincidens cū die æquinoctii, & proinde, vel 117 diebus 1. f. & 117 diebus 2. f. additis, vel 6 Lunationib⁹

	d	f	h	I	II	
	87	6	9	12	28	p. M. N. Luc.
	29	1	12	44	3	
Differentia Calviſii			8	13	0	A.
☌ Paſch.	117	1	6	9	31	
6 ☽.es	177	2	4	24	19	A.
☌ Tiſri	294	3	10	33	50	

adjunctis, Prima Tiſri Politica pariter & Aſtronomica evadit dies â Cal. Jan. 294. 21. Octob. f. 3.

Eadem 27. Apr. eademque 21ma octob. dies reperiuntur etiam Novilunio inſignes per Tabulas Müllerii Ptolemaicas & Syzygiarum Noſtras.

1. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

Añi P. Jæ.	d		h	I	II	☉	☽	
37	89		21	15	31	26	2	
7945 A.	2		10	27	43	24	0	S.
7982	87	incõpl.	10	47	48	2	2	
☽. & differ.	29		20	57	3	A		
☌ Niſan	117	incõpl.	7	44	51	2	2	
6. Lunationes	177		4	24	19	A.		
☌ Tiſri	294		12	9	10	2	2	

2. Pro 27. Apr. & 21. Oct. Noviluniis per Tab. Müllerii Ptolemaicas poſteriores.

Anni P. Jæ.		d	h	I	II	pag.
Radix	1.	20	4	50	33	p. 92.
Annus exp.	1.	11	15	11	20	p. 102.
Aprilis in comm.		1	9	47	50	p. 116.
Summa Anni	2.	33	5	49	43	S.
Novilunium		60	1	28	7	p. 120.
Aprilis dies		26	19	38	24	in Friſ. p. M. N.
Differentia Mulleriana			8	47	10	A.

☌ Ni-

☌. Niſan April. dies	17	4	25	34	â 6ta veſpert.
6. Lunationes	177	4	24	19	A. (Hieroſ.
Dies a Cal. April.	204	8	49	53	
Pro 6. menſibus	183	S.			
☌. Tiſri Octob. dies	21	8	49	53	

Exempli tertii loco, in quo exemplo ſextuplex calculus haberi poterit, ſit prima Niſan & Tiſri invenienda in anno P. Jæ. 764, cum qua prima Tiſri Moſaica eaque 26ta Octob. f. 1. concurrit Natalis Mundi Scaligeri annus vel potius Calviſianus.

1. Pro Novilunio Maii eaque prima Niſan Moſaica Anni P. Jæ. 764. per Tab. Mullerii Ptol. poſt.

Anni P. Jæ.	d	h	I	II	pag.
Radix 701.	19	7	37	33	p. 92.
Anni expanſi 63.	6	16	0	45	p. 108.
Majus in comm.	1	21	3	47	p. 116.
Suma annorũ 764	27	20	42	5	S.
Novilunium	30	12	44	3	p. 120.
Novil. May. dies	2	16	1	58	in Friſ. p. M.N.
6. Lunationes	177	4	24	19	A.
☌. Tiſri Oct. dies	26	20	26	17.	

Differentia hic peculiari & Scaligeri & Calviſii conſilio omittitur, cum tum temporis neque locorum neque temporum diſcrepantia Phyſica fuerit. Hac conditione ergo prima Niſan quæſita eſt dies â Cal. Jan. *122*. *2*. May. f. *6*. & prima Tiſri dies *299*. *26*. Octob. f. *1*.

2. Per Tabulas Mullerii Copernicianas.

Anni P. J.	d	h	I	II	pag.
Radix 710.	*29*	7	46	1	p. 138.
Anni expanſi 54.	*26*	*2*	16	41	p. 158.
Majus in anno comm.	1	*21*	3	47	p. 166.
Summa 764.	57	7	6	*29*	S.
Novilunium	60	1	*28*	7	p. 170.

 1. Ni-

1. Niſan May. dies	2	18	21	38	in Friſ. p. M.N.
6. Lunationes	177	4	24	19	A.
☌. Tiſri d. â Cal. May	179	22	45	57	in Friſ. p. M. N.
Pro 5. Menſibus	153 S				
1. Tiſri octob. dies	26	22	45	56	in Friſ. p. M.N.

3. Per Tabulas Müllerii Alphonſinas.

Anni P. Jæ.	d	h	I	II	pag.
Radix 710.	29	5	19	1	pag. 310.
Anni exp. 1 : 40.	21	21	18	53	p. 521.
2 . 14.	4	4	59	12	p. 220
Majus in communi	1	21	3	48	p. 222
Suṁa annorum 764.	57	4	40	53	S.
Novilunium	60	1	28	6	p. 226.
☌. Sive prima Niſan	2	20	47	13	P.M. N. in Friſ.
6. Lunationes (May	177	4	24	19	A.
☌ Tiſri dies a Cal. May	180	1	11	32	in Friſ. p. M.N.
5. Menſes	153 S				
☌. Tiſri dies Octob.	27	1	11	32	in Friſ. p. M. N.

Provenit hic propter 20 hor. adhærentes fere dies 3 May f. 7. & prima Tiſri 27. Oct. f. 2. cujus diſcrepantiæ erroneæ cauſa eſt, quia menſis Lunaris Synodicus Alphonſinus omnium eſt minimus.

4. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni P. Jæ.	d.	h	I	II	⊙	☽	
3	95	15	33	48	4	4	p. 633.
761 A	2	10	22	14 S.	4	0	A. p. 634.
764	93 incōpl.	5	11	34	8	4	
Lunatio	29	12	44	3 A.			
☌ Niſan dies	122	17	55	37	8	4	
6. Lunationes	177	4	24	19 A.	0	0	A.
☌ Tiſri dies	299	22	19	56	8	4	

Secun-

Secnndum calculum Petavianum & Prutenicum eumque & Ptolemaico & Coperniciano & ſequenti Tychonico & Syzygiarum noſtrarũ calculo conſentaneũ prima Niſan Moſaica eſt diesa Cal Jan. 122. 2 May f. 6. & prima Tiſri dies 299. 26 Oct. f. 1.

5. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

Anni P. Jæ.	d	incõpl.	h	I	II	☉	☽	
39	98		3	36	50	28	4	
725	4		20	55	25	20	0	S.
764 ☌ hyb.ult.	93	incõpl.	6	41	25	8	4	
Lunatio	29		12	44	3	A.		
1. Niſan eſt dies	122	incõpl.	19	25	28	8	4	
6. Lunationes	177		4	24	19	A.		
Prima Tiſ. dies	299	incõp.	23	49	47	8	4	
9. Menſes Juliani	273	S.						
Octobr. dies	26		23	49	47	8	4	

Diei â Cal. Jan. 93. 3. Apr. f. 5tæ in Calculo Petaviano 4. & 5to inventum Novilunium minimè eſt Paſchale, ſed hybernum ſaltem ultimum, quia æquinoctii ſedes tum fuit dies â Cal. Jan 112ma. Diſtantia juſto major ſunt 19. dies. Unde hic unius Lunationis additione opus eſt.

6. Denique ad eum modum, qui in Fund. Scholii primi §. 4. habetur, eadem prima Niſan & Tiſri per Tabulas Calviſianas quoque inveniuntur.

	d	f	h	I	II	☉	☽
☌ primi añi mundi in Tab. Calv.	82	2	15	30	0	9	5
Pro anno P. J. 764 præcedenti	365	0	0	0	0	A.	
Summa dierum	447	2	15	30	0	9	5
11. Lunationes	324	2	20	4	35	S.	
Prima Niſan Anni P. J. 764ti	122	6	19	25	25	8	4
6. Lunationes	177	2	4	24	19	A.	
Prima Tiſri Moſaica ejuſdẽ Añi	299	1	23	49	44	8	4

Denique Noviluniorum & Pleniluniorum in quolibet P. J. anno inveniendorum modus unico exemplo eſt declarandus.

Pri-

	d	h	I	II	
Primū inP.Jæ.āno 1mo ☌	10 Jan.	11	47	0	c.M.3Can.3.
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌iū ſecundū fit dieFebr.	9 incōp.	0	31	3	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ tertium fit die Martii	9 incōp.	13	15	6	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ quartum fit die Apr.	8 incōpl.	1	59	9	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ quintum fit die May	7	14	43	12	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ ſextum fit die Junii	6	3	27	15	
Lunatio	29	12	44	3	A
	d	h	I	II	
☌ ſeptimum fit die Julii	5	16	11	18	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ octavum fit die Auguſti	4	4	55	21	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ nonum fit die Sept.	2	17	39	24	
Lunatio	29	12	44	3	A.
Noviluniū decimū fit die Octob.	2	6	23	27	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ undecimum fit die Octob.	31	19	7	30	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ duodecimum fit die Nov.	30	7	51	33	
Lunatio	29	12	44	3	A.
☌ decimū tertiū fit die Decemb.	29	20	35	36	

Simili modo etiam Plenilunia intermedia inveniuntur. Eademque ratione in omnibus P. J. annis eadem Canonis hujus ſexti quæſita expeditè reperiri poterunt.

Can. VI. Dato quovis P.Jæ anno annumSabbathicum vel hunc aut illum inCyclo Sabbathico annum dato P.Jæ. anno competentem invenire.

Iis, quæ in definitione 27, hypotheſi item prima, tertia & nona

nona dicta ſunt,loco fundamenti præſuppoſitis,ante omnia primæ Tiſri dies, utpote quæ annos Sabbathicos pariter & Iobelæos & inchoant,& finiunt,& inveniendæ ſunt & a ſe invicem diſcernendæ. Hæ nimirum uſque ad annum P Jæ. 953 ſunt ſimplices, hoc eſt,Moſaicæ: Poſt hunc uſque ad annum P Jæ 4402 plerunque duplices. Moſaicæ nimirum & Judaicæ. Et tandem poſthunc interdum triplices, videlicet, Moſaicæ, Iudaicæ, & Alexandrææ. Differunt enim hæ â ſe invicem interdum uno die,interdum biduo, & triduo,imo nonnunquam integra Lunatione, hoc eſt, 29 & 30 diebus. Sic in anno P. Jæ. 953 prima Niſan per Canonem præcedentem eſt dies â Cal. Jan. 104. 13 Apr. f. 7. & prima Tiſri ſequens,104 dieb⁹&7 feriis &177dies 2.f.additis,dies 281. 7 Oct.f.2,quæ eſt etiam prima Tiſri Iudaica annum primum Iudaicum inchoans: pro qua die. 281 f. 2. Calviſius ex errore in omnibus Tabulis inque annis biſſextilibus uſitato in Tabula Calendarii Iudaici prima anno primo apponit diem 280 f.2. In anno P. Jæ. 954 ſequenti prima Niſan vere Moſaica eſt dies â Cal Jan. 122. 2 Maj. f. 6. & proinde prima Tiſri ſequens dies 299. 26. Octob. f. 1, quæ eſt & prima Tiſri anni primi Mundi Scaligeriani. At prima Tiſri Iudaica in anno P. Jæ. 954 annum ſecundum Iudaicum inchoans eſt dies â Cal. Jan. 269. 26 Sept. f. 6. & propter [illegible] 270. 27 Sept. f. 7. & proinde prima Niſan præcedens eſt [illegible] Jan 93. 3 Apr. f 5. Differentia utrobique ſunt 29 dies. Ita in [illegible] 3217 prima Niſan Moſaica eſt dies â Cal. Jan. 93. 2.Apr. f.5. & [illegible] prima Tiſri ſequens eſt dies 270. 26 Sept. f. 7. At in eodem P. Jæ. anno 3217 prima Tiſri Judaica anni Iudaici 2265ti eſt dies â Cal Jan. 272da 28 Sept. f 2. & proinde prima Niſan præcedens dies 95. [illegible] Apr. f. 7. Differentia ſunt ubique 2 dies, notata in § [illegible] in Fundamentis. Denique in anno P. Jæ. 4402 prima Tiſri Moſaica, Iudaica,& Alexandræa coincidunt in eandem diem â Cal Jan. 249. 6 Sept. [illegible] prout demonſtratum eſt in Scholio 18 in Fundam. iiſdem. In anno vero ſequenti 4403 prima Niſan Moſaica eſt dies â Cal. Jan [illegible] & proinde prima Tiſri ſequens dies 26[illegible] Sept. f. 4. [illegible] Tiſri Judaica, quæ hic [illegible] Alex. eſt dies [illegible]9 26 Sept [illegible] & proinde prima Niſan præcedens dies [illegible] Apr. f. [illegible] Differentia [illegible] eſt [illegible] dies. His præmiſſis [illegible]

us Canonis VIti praxis. Annus primus P. Jæ. eſt ratione prioris dodrantis & 9 menſium priorum reſpectu annus 7mus in cyclo ſabbathico, & proinde ante P. Jæ. initium, de Cyclo illo Sabbathico elapſi ſunt anni 6. Idem facilè per annos 4 Sabbathicos ſupra in hypotheſi tertia poſitos demonſtrari poteſt. Dividantur enim anni P. Jæ. 4579 primo loco poſiti per 7, remanebit unitas in ordine redrogrado ſub B. poſita, cui ſub A. reſpondet 7.us, hoc eſt, primus P. Jæ. annus eſt 7mus in Cyclo Sabbathico ſive añus Sabbathicus inchoatus nimirum die â Cal. Ian. 286. 13 Oct. f. 6ta anni ejus Juliani, qui annum P. Jæ. primum proximè ante ceſſit, quia prima Niſan præcedens fuit dies 109. 19. Apr. f. 4. Idem verum eſſe apparebit, ſi anni P. Jæ 4677mus 5902dus & 6315tus in eadem hypotheſi tertia poſiti per eandem Tabulam eodem modo examinentur.

B	A
1	7
2	6
3	5
4	4
5	3
6	2
7	1

Hinc ſequens evadit regula pro quæſiti inventione obſervanda: In annis P. Jæ. quibuslibet ratione prioris dodrantis ἐν πλάτει conſideratis numero P. Jæ. annorum dato addantur 6, Summa per 7 dividatur, & reſiduum idque vel nullum, quod ſemper denotat annum Sabbathicum, vel unitatis 2ii 3ii 4ii 5ii & ſenarii exhibet eum ipſum in Cyclo Sabbathico annum, quem reſiduum quodque exprimit.

Exemplum primum.

Annus P. Jæ. 29nus per hypoth. 8. eſt Iobelæus & proinde per hypoth. 9. Sabbathicus quoque. Experiamur per regulam præmiſſam, an hoc verum ſit. Annis 29 & 6 additis, & 35 per 7 diviſis, manet nihil vel ciphra, hoc eſt, annus P. Jæ. 29 eſt Sabbathicus, & proinde 22dus, 15tus 8vus & primus P. Jæ. anni Sabbathici quoque fuerunt.

Exemplum ſecundum:

Annus primus Mundi Scaligeriani isque annus P. Jæ. 765tus eſt annus primus in Cyclo Sabbathico. Videamus an id verum ſit. Annis 765 & 6 additis, & 771 per 7 diviſis, manet in reſiduo unitas, hoc eſt, annus P. J. 765tus eſt annus primus in Cyclo Sabbathico eoque tum therico primo. Examinentur eodem modo 4 illi P. Jæ. anni in hypotheſi 3tia poſiti, & ad oculum apparebit, quod ſint & fuerint Sabbathici.

Exem-

Exemplum tertium.

Annus P. Jæ. 3217 ſecundum eundem Scaligerum eſt annus tertius in Cyclo Sabbathico. 3217 enim & 6. additis, & 3223 per 7 diviſis, manet ternarius Eodemque modo in omnibus P. Jæ. annis nobilis hic Character Sabbathicus inveniri poterit. Majus autem opus & major rerum ordo naſcetur, ſi primæ Tiſri dies quoslibet annos Sabbathicus inchoantes, eæque uſq; ad annum P. J. 953 ſimplices, ad annum P. Jæ. 4402 dum interdum duplices, & hinc nonnunquam triplices per Tabulas Aſtronomicas ſunt inveſtigandæ.

Can. VII. Dato quovis P. Jæ. anno annum Jobelæum vel hunc aut illum in Cyclo 49. annorum Jobelæo añum dato P. Jæ. anno competentem invenire. Per hypotheſin octavam annus P. Jæ. 29. eſt primus in eadem P. Ja. annus Jobelæus prolepticus. 29 à 49. ſubtractis, manent 20, hoc eſt, ante anni in P. Ja. primi initium elapſi ſunt de Cyclo hujuſmodi 49 annorum proleptico 20 anni, & proinde annus P. Jæ primus eſt in eodem cyclo annus 21mus. Ita ſecundum eandem hypotheſin 8vam annus P. J. 813tius eſt annus Jobelæus. [illegible] 813. per 49. diviſis, manent 29 in adjuncta Tabula [illegible] numeranda, quibus ſub A. reſpondet 21, hoc eſt, annus P. Jæ. primus, eſt in cyclo aliquo Jobelæo annus 21. Denique annus P. Jæ. 3312 per eandem hypoth. octavam itidem eſt annus Jobelæus. Añis 3312 per 49 diviſis, itidẽ in reſiduo manent 29 ſub B numeranda, quib⁹ 29 in cõmuni concurſu ſub A. reſpondent 21, hoc eſt, annus P. Jæ primus eſt annus in cyclo Jobelæo 21mus; adeoque de Cyclo aliquo Jobelæo ante primum P. Jæ annum elapſi ſunt anni 20: Hinc oritur ſequens regula: In annis P. Jæ. quibuslibet [illegible] prioris dodrantis hic conſiderandis numero P. Jæ. annorum dato addantur 20, aggregatum per 49 [illegible], & reſiduum idque vel nullum, quod ſemper d[illegible] annum Jobelæum, vel unitatis 2ii, 3ii &c. uſque [illegible] ipſum in Cyclo Jobelæo annum exhibet, quem reſiduus numerus exprimit. Hæc

A	B
1	49
2	48
3	47
4	46
5	45
6	44
7	43
8	42
9	41
10	40
11	39
12	38
13	37
14	36
15	35
16	34
17	33
18	32
19	31
20	30
21	29
22	28
23	27
24	26
25	25
26	24
27	23
28	22
29	21
30	20
31	19
32	18
33	17
34	16
35	15
36	14

37	13
38	12
39	11
40	10
41	9
42	8
43	7
44	6
45	5
46	4
47	3
48	2
49	1

regula prater exempla illa in hypotheſi octavo obvij jamque manifeſta declaranda eſt aliquot exemplis.

Exemplum primum.

AnnusP. Jæ.764tus ſecundumScaligerum eſt Iobelæus & quidem prolepticus ultimus, quia ſequens annus 765tus iſque primus mundi Scaligerianus eſt añus prim⁹ inCyclo ut Sabbathico ita etiam Iobelæo thetico 764 enim & 20. additis, & 784 per 49 diviſis, in reſiduo manet ciphra, hoc eſt, annus P. Jæ.764 eſt annus Iobelæus inchoatus cum prima Tiſri anni præcedentis 763 eaque die â Cal.Ian.281. 8 Octob.f.3. ejuſdem anni, quia prima Niſan præcedens fuit dies 104. 14. Apr. f.1. & proinde idem 764tus annus eſt etiam Sabbathicus: unde ſequens 765tus P. J. annus eſt annus primus in cyclo Sabbathico & Iobelæo thetico ſimul.

Exemplum ſecundum.

Annus P. Jæ. 3263 ſecundum Scaligerum eſt Iobelæus & quidem theticus ultimus, quia ſequens annus 3264 hoc eſt, añus Mundi 2500mus, 2500. per 7. & 49 diviſis, & utrobique unitate relictâ, eſt annus primus inCyclo Iobelæo & Sabbathico eoque tum hiſtorico primo. Annis 3263 & 20 additis & 3283 per 49 diviſis manet in reſiduo ciphra, hoc eſt annus datus 3263 eſt annus Iobelæus & quidẽ ultimus Theticus inchoatus prima die Tiſri, hoc eſt, die â Cal Ian. 282. 9 Octob. f. 6. anni P. J. præcedentis 3262di, quia prima Niſan præcedens fuit dies â Cal. Ian. 105 15. Apr f. 4. ejuſdem anni 3262di, cum econtra prima Tiſri Iudaica anni Iudaici 3[illegible] in eodem 3262do P. Jæ. anno fuerit dies â Cal Ian. 253. 10 Sept. f. 5. & proinde prima Niſan Iudaica præcedens dies 76. 17 Martii f 3. Differentia utrobique ſunt 29 dies.

Exemplum [illegible].

Annus P Jæ.4124. in quo ſecundum Scaligerum Excidium Hieroſolymitanum [illegible] eſt annus 28vus in Cyclo Jobelæo & proinde etiam Sabbathicus Experiamur per regulas poſitas, an hoc verum ſit. Annis P. J. 4124. & 6. deinde annis 4124 & 2[illegible], & 41[illegible] annis quidem per 7, annis vero 414[illegible] per 49 diviſis, illic quidem nihil, hic autem 28. manebunt: hoc eſt, annus P. Jæ. datus & Sabbathicus eſt & annus 28vus in Cyclo

Jobe-

Iobelæus inchoatus tamen & inchoandus cum prima Tiſri añi P. J. præcedentis 4123tii, quæ deinde invenienda eſt per Tabulas Aſtronomicas. Eodemque modo in omnibus aliis P. Jæ. annis character hic Iobelæus eſt inveniendus.

Can. VIII. & ultimus. Dato quovis P. Jæ. anno, definire, quotus annus Nabonaſſaræus prolepricus, qua die Iuliana, quaque feria in eodem P. Jæ. anno cœperit.

Hujus quæſiti inventioni inſervit & inſerviet ſequens tabula ad imitationem ejus Tabulæ, quam Nicolaus Müllerius Iſagoges in Calend. c. 11. p. 23. exhibet, compoſita.

	A	B	C	D	E
Anni P. Jæ.	1273	2733	4193	5653	7113
Anni Nabi. Prol.	1273	2734	4195	5656	7117

Antequam ipſa Praxis per aliquot exempla declaretur, ante omnia ſequentes vel Regulæ vel exceptiones & cautiones ſunt præmittendæ.

1. Ab hujus Canonis praxi eximendi & excipiendi ſunt anni Nabonaſſaræi Prolepтici, qui in annis Iulianis biſextilibus 29no Februarii die incipiunt, quales ſunt añ° Nabonaſſaræ° prolepticus 1037 in año P. Iæ. 1037 & cyclo Solis primo, años Nabonaſſaræus prolepticus 2498 in anno P. Jæ. 2497 & cyclo Solis 5, annus Nab. prol. 3959 in anno P. Iæ. 3957 & cyclo Solis 9, & denique annus Nab. Prol. 5420 hoc eſt, hiſtoricus 1452 in anno P. J. 5417. hoc eſt, anno Chriſti 704 cyclo Solis 13, pro qua 29 Febr. f. 6. in Calviſio per Sphalma ponitur 29 Martii f. 6.

2. Eodem modo eximendi & excipiendi ſunt añi Nabonaſſaræi prolepтici, qui in annis P. J. biſextilibus inchoantur primo Januarii die, & cum 30ma Decemb. die finiuntur, unde ſequens annus Nab. neceſſariò in eodem P. Iæ. anno incipit 31. Dec. quales anni Nabonaſſaræi prolepтici ſunt Annus 1273. in anno P. J. 1273. & cyclo Solis 13, annus Nabonaſſaræus Prolepticus 2734 in anno P. J. 2733. & cyclo Solis 17, annus Nabonaſſaræus prolepticus 4195 hoc eſt, annus Nabonaſſaræus hiſtoricus 227 in anno P. J. 4193 & cyclo Solis 21, & denique annus Nabonaſſaræus prolepticus 5656. hoc eſt hiſtoricus, 1688 in anno P. J. 5653 hoc eſt in anno Chriſti 940 & cyclo Solis 25

3. His prænotatis: in Tabula præmiſſa eligendus eſt in ſuperio-

perio-

periore ordine P. Iæ. añus año P. Iæ. in exemplo dato proximè major, ab hoc datus annus ſubtrahendus, reſiduum per 4. dividendum, & quotus, qui ſemper numerum dierum â Calendis Ian. ad primam Thot quæſitam elapſorũ denotat; Si unitas, binarius & ternarius reliqui fuerint, unitate augendus hac inſuper cautione adhibita, ut, ſi quotus & quidem abſolutus 59 diebus minor fuerit, id quod ab anno P.I. 3961 ad annum 4193 evenit, 15. quotus nihilominus unitate augeatur.

4. Pro inventione anni Nabonaſſaræi proleptici anno P. Iæ. dato reſpondentis, reſiduum idem ab eo anno Nabonaſſaræo proleptico eſt ſubtrahendum, qui infra añum P. Iæ. è Tabula deſumptum proximè ſcriptus eſt.

5. Denique pro inventione diei menſis ſemper annus communis eſt uſurpaudus, at in indagatione feriæ annus biſſextilis minimè negligendus.

Exemplum primum.

Quæritur, quis annus Nabonaſſaræus prolepticus, quâ die, & feria Iuliana cœperit in anno P. I. 1033. & cyclo Solis 25. Erit hæc operatio.

Numerus proximè major ſub A.	1 2 7 3	
Numerus P. Iæ. annorum datus	1 0 3 3	S.
Reſiduum dividendum per 4	2 4 0	6 0 d
	4	
Pro 2. mẽſibus in anno comuni, qui ſemper ſumendus		5 9 S.

Prima Thot eſt dies Martii 1

2.

Annus Nabonaſſ. prolepticus ſub A.	1 2 7 3
Reſiduum ſuperius	2 4 0 S.
Año P. Iæ 1033 reſpondet anus Nabon. prolepticus	1 0 3 3

3.

Prima Martii eſt in anno biſſext. dies â Cal. Ianii.	6	1
Cyclo Solis 25 appoſita eſt f. 4. Add.		3 A.

In año ergo P. Iæ. [illegible] prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 1033 [illegible] eſt 1. Martii f. 1, quia 64. per [illegible] diviſa relinquunt unitatem. Cal-

Calculum hunc verum eſſe probabit ſequens computus

Anni P. Iæ.	Anni Nab.prol.	feria	Cyclus Solis
1033	1033	1	25
1460 A.	1461 A.	2 S.	4 A
2493	2494	6	1
1460 A.	1461 A.	2 S.	4 A.
3953	3955	4	5
1460 A.	1461 A.	2 S.	4 A.
5413	5416	2	9
4713 S.	3968 S.		
700	1448	2	9

Annus E. Nabonaſſaræus hiſtoricus 1448 hoc eſt prolepticus 5416. incipit in Anno Chriſti 700. 1. Martii f. 2. prout etiam habet Calviſius in anno Chriſti 700.

Exemplum ſecundum:

Detur annus P. I. 3942. cyclo Solis 22 prædıtus.

1.

Numerus annorum P.Iæ. proximè major ſub C.	4193
Numerus P. Iæ. annorum datus	3942 S.
	251
	13 |
Reſiduum 251. idque per 4. dividendum	251 | 62
& propter 3. reſiduum	44 | 63
Pro 2. menſibus	59 S.

Prima Thot quæſita eſt dies 4. Martii.

2.

Annus Nabonaſſaræus prolepticus ſub eodem C.	4195
Reſiduum idem	251 S.
Anno P. Iæ. 3942 reſpondet an̄us Nab^us prolepticus	3944

3.

Dies inventa 63tia cyclo ☉. 22. recta dividatur per 7, unde 4. Martii fit feria 7.

In an-

In anno E. P. Iæ. 3943. prima Thot anni Nabi proleptici 3944. eſt 4. Martii f. 7.

Conſentit hic calculus cum experientia è Calviſio deſumpta. Prima Thot anni Nabonaſſaræi præcedentis 3943. fuit in anno P. I. 3941. 4. Martii f. 6.

Anni P. Iæ.		Anni Nabonaſſ. prol.		Fer		☉	
3941		3943		6		21	
1460	A.	1461	A.	2	S	4	A.
5401		5404		4		25	
4713	A	3968	S.				
688		1436		4		25	

In anno Chriſti 688 prima Thot anni Nabonaſſaræi hiſtorici 1436ti. eſt hoc eſt proleptici 5404. 4. Martii f. 4, prout & Calviſius in eodem anno Chriſti ponit.

Exemplum tertium.

Detur annus P. Iæ. 4383 cyclo Solis 15. præditus

Numerus P. Iæ. annorum proximè major ſub D.	5653	
Numerus datus	4383	S.
Reſiduum per 4. dividendum	1270	317
	444	
Prima dies Thot quæſita eſt dies â Cal. Ianii.		318
Pro 10. menſibus ſubtrahuntur		304
Prima Thot eſt Novembris dies		14

2.

Annus Nabonaſſaræus prolepticus ſub eodem D	5656	
Reſiduum idem	1270	S.
Anno P. I. 4383. reſpondet annus Nabus prolepticus	4386	

3.

14. Nov. eſt in cyclo ☉. 15 dies à Cal Ian.	318
Cyclo Solis 15. appoſita eſt f. 6. Add.	5
	41
14 Nov. E. eſt f. 1	323
	71 (46.

In

In anno P. I. 4383. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4386. hoc eſt hiſtorici 418. eſt 14. Nov. f. 1 prout etiam D. Behm ponit in Epocharum Tabulis p. 140.

Exemplum 4. & ultimum.

Detur annus P. Iæ. 3965. cyclo ☉. 17. præditus		
Numerus proxime major ſub C.	4193	
Numerus datus	3965	S.
	2	
Reſiduum per 4. dividendum	228	57
	44	

Quia quotus eſt abſolutus iſque 59. in anno biſſextili minor, ideo e die 57. fit 58va hoc eſt 27. Februarii.

2.

Annus Nab. prolepticus ſub eodem C.	4195	
Reſiduum ſuperius	228	S.
Anno P. Iæ. 3965. reſpondet annus Nabonaſſaræus prolepticus.	3967	

3.

Cyclo Solis 17. dies 58va recta dividitur per 7, manet 2. In anno ergo P. J dato 3965. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 3967 eſt dies a Cal. Ian. 58. 27. Febr. f. 2, & proinde annus ſequens 3968 vel ipſe in Luſtro Nabonaſſaræo primus cœpit in anno P. J. 3966. die a Cal. Ian. 57. 26. Febr. f. 3. & annus 3969. hoc eſt, primus annus Nabonaſſaræus hiſtoricus 26. Febr. f. 4. anni P. J. 3967. Eodemque modo in omnibus P. Jæ. annis aliis primæ Thot annorum Nabonaſſaræorum prolepticorum & horum numero 3968 majore, hiſtoricorum quoque inveſtigari poterunt. Facile hic Canon converti & per annum Nab. ejuſq; primā Thot datos viciſſim & annus P. J. competens & dies Iuliana feriaq; primæ illi Thot reſpondens inveniri poſſent, niſi brevitati ſtudendum eſſet.

Chronologiæ ſpecialis propoſitione occupatus.

Præloquium.

TEmpore Politico hiſtorico generali hactenus in parte generali in genere & totius quaſi reſpectu pro Compendii ratione ſufficienter conſiderato, nunc in hoc libro ſecundo & Chronologia ſpeciali idem tempus in ſpecie & partium quaſi ratione eſt contemplandum, & in ipſis Epochis hiſtoricis exhibendum. Sunt autem Epochæ Chronologicæ vel prolepticæ & quidem ratione prioris alicujus particulæ, ut eſt Epocha Conſtantinopolitana, quæ conditum Mundi Scaligerianum 1559 annis ſolidis antecedit, pro quibus D. Behm in Epocharum Tabulis 1558 annos ex errore ponit, ut P. Ja. poſtulatitia, ad cujus ductum Scal. Can. Iſag. l. 3. dynaſtias Ægyptiorum fictitias enumerat, in hanc conſiderationem jam non veniat, vel hiſtoricæ, quæ videlicet terminũ numerationis â quo ab inſigni aliqua hiſtoria vel ſacra vel profana deſumunt. Epocharum porro hiſtoricarum aliæ ſunt Eccleſiaſticæ, aliæ vero profanæ & exoticæ. Eccleſiaſticæ Epochæ eæque in veteri pariter & novo Teſtamento quærendæ iterum dividi poſſunt in principales ſive primarias, quales ſunt: Epocha Mundi creati, & Epocha ejuſdem Mundi per Chriſtum recreati; hoc eſt, Chriſti nati, quæ eſt vel erronea, ut Epocha Chriſtiana, vel vera, & quidem vel ſimpliciter, ut Scaligeriana, vel ſecundum quid, ut Petaviana, Haynliniana &c. & in minus principales, ſecundarias, & â primariis dependentes. Tales ſunt: Epocha Diluvii, Abrahami nati, ejuſdẽ vocati, Exodi Iſraelitarum ex Ægypto, Salomonici templi, 70. annorum captivitatis Babylonicæ, Excidii Hieroſolymitani prioris, Epochæ ejuſdem templi reædificati & 70. hebdomadum Danielis, Maccabæorum, Baptiſmi & Miniſterii Chriſti, Paſſionis Dominicæ, Excidii Hieroſolymitani poſtremi, & concilii Nicæni. Ita etiam profanæ & exoticæ Epochæ ſunt vel Politicæ vel Aſtronomicæ, vel etiam mixtæ. In illarum numero ſunt Epocha excidii Trojani, Olympiadum, Urbis, primi anni Coreſ Scripturæ, hoc eſt, Monarchiæ ſecundæ, Aera Metonica, Calippi-

lippica, hoc eſt, Monarchiæ tertiæ, Epocha Alexandræa, Haſmonæa, Antiochena, Herodis prior & poſterior, Iuliana, Hiſpanica, Actiacæ victoriæ Ægyptiorum utriuſque, Auguſtorum, Agonis Capitolini, Diocletianæa, Indictionis primæ &c. In Exoticarum verò & quidem Aſtronomicarum cenſum veniunt Periodus Iudaica, Epocha Nabonaſſaræa, Philippica, Chaldaica, Dionyſiana, Hegiræ, & Gelalæa. Ita quædam Epochæ ex his Aſtronomicis ſunt mixtæ, qualis eſt Epocha Nabonaſſaræa, Hegiræ, & Gelalæa. Ex qua enumeratione ſimul apparet, quod in Chronologia hac ſpeciali, in qua de Epochis illis jam agendum erit, idem ille ſpecierum ordo jam præmiſſus, prout in Phyſica ſpeciali ad arboris ſubſtantiæ ductum fit, hic obſervari non poſſit, cum Eccleſiaſticæ Aeræ principales pariter & minus principales Exoticis Epochis tam Politicis quam Aſtronomicis ita immixtæ ſint, ut difficulter a ſe invicē ſeparari, & ſeparatæ quæque in ſua claſſe conſiderari poſſint. Ordinem ergo ductumq; ipſius temporis naturalem ſecuti eaſdem Epochas in hoc Compendio ita conſiderabimus, ut vetuſtiores Epochas, initio à creatione facto, in ſectione prima, recentiores verò, prout ſe temporis ordine promiſcuè conſequuntur, in ſecunda, tertia, & quarta ſectionibus contemplemur. Illud ſaltem adhuc præmittendum eſt, quod ex Epochis hactenus enumeratis quædam ſint vagæ exque ex omnibus quædam verò fixæ. Vagæ ſunt, quarum Epocharum initium per totum annum Iulianum vagatur, cujus rei evidens exemplum in annis Nabonaſſaræis, Philippicis, Armeniis, & Hegiræ ſive Arabicis habetur. Fixæ vero Epochæ ſunt, quarum anni ſemper incipiunt vel in hyeme, ut Epocha Iuliana & Chriſtiana, vel in vere, ut Epocha Exodi, Urbis Romæ &c. vel in æſtate, ut Epocha Olympiadum, Metonica, Calippica &c. vel denique in autumno, ut Epocha mundi conditi, Iudaica, diluvii, Alexandræa &c. in ſequenti Chronologia Speciali hinc inde conſpicuæ.

SECTIO PRIMA,

Actura

De Epocha mundi conditi, Periodo Judaica, & de Diluvii, Abrahami nati, & vocati Aeris.

CAPUT I.

De mundi conditi Epocha.

NUlla eſtEpocha Hiſtorica,quæ in intervallo annorum,qui â creatione mundi uſque ad Epochæ Chriſtianæ initium, quod plerique cum vero Chriſti nati tempore miſerè confundunt, ſint elapſi, majorem diſcrepantiam ſit experta. Quam diſcrepantiam quidem efficit Petavii judicio partim rei obſcuritas, partim argumentorum ad veri inveſtigationem apparentium inopia, partim denique Periodus Iuliana â pleriſque Chronologis, ſi Scaligerum, Petavium, Ubbonem, Emmium, Dn. Wilhelmum Langium & paucos alios excipias, neglecta, immerito autem facit, ut in Chronologia, quæ certe eſt ſcientia, quodlibet opinari, ſtatuere,&ſcribere cuilibet liceat,licet is adminiculis neceſſariis hiſtoricis pariter & Aſtronomicis penitus deſtitutus exiſtat. Ordo hujus capitis hic erit, ut primò cognoſcendi principia, hoc eſt, Definitiones, Hypotheſes, Axiomata,& Poſtulata ſpecialia &ad hanc Epocham pertinentia præmittanus, & hinc ipſos Canones ſubjungamus.

DEFINITIONES.

I.

Annus cœleſtis, hoc eſt, civilis quidem ſed in motu Lunæ-Solari fundatus, & partim Phyſicè partim thetice in añorum mentione, quãMoſes inPentateucho habet, ſubintelligendus eſt annus Lunæ-Solaris, quem vel prima Niſan vel prima Tiſri in Libro 1. conſideratæ inchoant.

Per annum cœleſtem Scaliger l. 1. Can. Iſag. c. 4. & Calviſius in c.14. Iſag. intelligunt annum Solarem Tropicum in def.18. l.. 1. ſupra deſcriptum. Etſi verò in hiſtoria diluvii omnes menſes fuerint τριακονθήμεροι, & proinde anni ipſi in communi uſu uſitati vel Iuliani vel Ægyptiaci, in qua tamen re non conſentiunt Chronologi, etſi item in Moſaica annorum mentione anni Solares Tropici ſubintelligi poſſunt, quorum initia neceſſariò tamen ab Octobri ad Septembrem & ab Aprili in Martium in anno Iuliano regrediuntur; tamen tutius & expeditius eſt, ſi ad Buntingi, Codomanni mentem ad Scaligeri & Calviſii quoque mentem anni Lunæ-Solares ante Exodum quoq; ſubintelligantur, utpote qui a Moſe in Exodi hiſtoria Phyſicè introducuntur,

eiqua

cujus rei fidem inter alia illud faciat, quod in annis Iulianis 2452. & 6. menſibus á die â Cal. Ian. 299. 26. Octobris f. 1. Anni P. J. 764. ad diem â Cal. Jan. 93. f. 5. Anni P. J. 3217. ſecundum Scaligerum â conditu munpi ad Exodum elapſis præciſe 2452 cum ſemiſſe anni Tropici & 2452. anni Lunæ-Solares & 6. Lunationes continentur, quod ita probatur.

1. Pro annis Tropicis Solaribus.

Periodo E. Iuliana Noſtrâ pro com̃uni menſura Chronologicâ uſurpatâ, Mund°, prout paulo poſt demonſtrabitur, conditᵘ eſt 26. Oct. fer prima añi P. Jæ. 764. Exodicus autẽ añ° primus ſecundũ Scaligerũ & Nicolaum Mulleriũ cæpit 2. Apr. ſive die â Cal. Ian. 93. currente fer. quintâ anni P. J. 3217. Æquinoctium autumnale, prout in c. 1. Lib. 2. ſectionis primæ infra demonſtrabitur, in initio mundi conditi Scaligeriano & Dionyſiano hoc eſt, in fine anni P. J. 764, factum fuit Lipſiæ 4. hor. 14. I. poſt M. N. diei â Cal. Jan. 299. 26. Oct. f. 1, quemadmodum Æquinoctium vernum anni P. J. 3217. prout in Can. IV. Libri I. paulo ante demonſtratum eſt, factum eſt Lipſiæ 22. hor. 1 I. poſt M. N. diei â Cal. Jan. 93. 2. Apr. feriæ quintæ. Annis P. J. 763 conpletis 298. diebus itidem completis 4 hor. 14. I. ab annis P. J. 3216 compl. 92. diebus itidẽ completis 22. hor. & uno 1. ſubtractis, manent anni P. J. 2452. compl. 159 dies itidem compl. 17. hor. & 47. I. 2452. anni Juliani, 2452. per 4. diviſis, dant 613. luſtra Iuliana, & hæc 613 luſtra per 1461 dierum quot dies in uno luſtro Iuliano ſemper continentur, multiplicata efficiunt 895593. dies. &, 159 diebus additis, 895752. dies, hoc eſt, in tempore Alphonſino 4. 3æ, 8. 2æ, 49. 1æ. & 12. dies. 17. hor. & 47. I. dant 44. I. diaria 27. II. 30. III. Hic 4. 3æ, 8. 2æ, 49. 1æ, 12. dierum 44. I. 27. II. & 30. III numerus jam dividendus eſt & erit per anni Tropici Solaris & quidem Coperniciani quantitatem, hoc eſt, per 365 dies 5. hor. & 49. I. hoc in tempore Alphonſino per 6. 1æ dierum, 5. dies, 14. I. 32. II. & 30. III. ut in quoto habeatur numerus annorum Tropicorum, & in reſiduo diſtantia æquinoctii autumnalis a verno, quæ ſecundum hypoth. XI. l. 1. eſt 178. die. 11. hor. 19. I. Diviſione rite inſtituta, prodeunt in quoto 40. 1æ annorum Trop. 52. anni, hoc eſt, 2452 anni Tropici completi, & inſuper 29. I. unius anni 19. II. & 6 III, hoc eſt, in diebus ſedi 28. I, 18. II, 10. III, 7. IV ſive 178. dies 11. hor. 19. I, 18. II, 2. III, & 18 IV. Si quis in hac Compu-

 tiſtica

tiſtica ulterius ſe exercere voluerit, is loco diviſoris non annum Tropicum Copernicianum ſed Tychonicum, hoc eſt, 365 dies 5 hor. 48 I 45 II uſurpare poterit, differentiam non contemnendam deprehendere, & in hoc negotio Chronologico annum Tropicum Copernicianum anno Tropico Tychonico mecum, prout in fine hypoth. 7inæ ad Scaligeri, Petavii & Calviſii dictum feci, præferre.

2. Pro annis 2452 cum ſemiſſe Lunaribus.

Novilunium primum Tiſri Hiſtoricum factum eſt die á Cal. Jan. 299. 26. Oct. 23 hor. 49 I 47 II. a M. N. Lipſiæ numeratis, prout in Can. Vti exemplo 3tio è Tab. Syzyg. noſtris computatum eſt, quemadmodum Noviluniũ Paſchale anni Exodici, hoc eſt, anni P. J. 3217 die á Cal. Jan. 93. 2 Aprilis, 10. hor. 30. I. 22. II itidem [illegible] M. N numeratis, quæ partim in Fundam in §. 1. Scholio V [illegible] veta ſunt, partim infra in Exodi Epocha pluribus indagabuntur. Annis P. J 763 & 298. diebus completis 23. hor 49. I, 47. II, ab annis ejuſdem P. J. 3216, & 92 dieb' cōpletis 10 hor. 30 I. 22 II. ſubtractis, manent anni P. J. 2452, hoc eſt, prout ſupra, 895593. dies, &, 159 diebus additis, 895751. dies & inſuper 10 hor. 40 I, 35 II, h. e. in tempore Alphonſino 4. 3æ 8. 2æ 49. 1æ 11 dies, 26. I, 40 II, 37 III, & 10 IV. Atque hic numerus in ſequenti operatione erit Dividend'. Diviſoris autem loco erit una Lunatio Tychonica ſive 29 dies 31 I, 50 II, 7 III 5 IV, 20 V, & 28 VI. Diviſione peracta ſtabunt in quoto 8. 2æ lunationũ, 25. 1æ, 33. integra ſive, lunationes, & inſuper 59 [illegible] lunationis, 57 II, 59 III, id eſt 29 dies, 30 I, 50 II, 31 III, [illegible] IV, 15 V, hoc eſt una Lunatio fere, ſive 8, 2æ, 25, 1æ, & 33 Lunationes, adeoque in una ſumma 30733 Lunationes à 26. Octobr. f. 1. finiente anni P. J. 764ti ad 2. Apr. f. 5. anni ejuſdem P. J. 3217. præterlapſæ. Et tot lunationes videlicet 30733 ad 2 Apr. anni P. J. 3217. abſolutas ponit etiam Nicol Mullerius in Mantiſſa Tab. Friſ. p. 457.

Jam una Periodus 76 annorum Lunarium Calippica Tychonica é 27758. dies [illegible] hor. [illegible] I. vel 45 I, diariis 17. II, & [illegible] III, compoſita continet 940. Lunationes Tychonicas, quemadmodum una Enneadecaeteris Metonica Lunationes 235. 30733. Lunationibus, per 940. diviſis in quoto ſtabunt 32 Periodi Calippicæ, ſive, 32 per 76 multiplicatis, 2432 anni Lunares Tychonici, & inſuper 653 lunationes. A quibus 253. lunationibus ſi pro una Enneadecaeteride ſive pro 19 annis Lunaribus ſubtrahantur 235

ſupra.

lunationes, manent 18. Lunationes, hoc eſt, unus annus Lunarii & 6 menſes. Additis 2432 annis, 19 annis & una año cum 6. menſibus, ad erunt in ſumma 2452 anni Lunares Tychonici & 6 menſes à conditu Mundi ad Exodum elapſi. Nullum hic myſterium quæro, ſed tantum grata mente agnoſci exopto, quod Deus ter Opt. Max. tempora quoq; in numero pondere & menſura Chronologicis & Aſtronomicis condiderit.

Ex hac autem definitione ejuſque explicatioue oritur Calendarium Moſaicum, cujus erroneam inventionem & mentionem Dn. Haynlinus in Vindiciis mihi ſæpè objicit & vitio vertit. Etſi ergo Calendarii Moſaici nomen in Scaligero Petavio Calviſio Buntingo Mæſtlinò non extat; res tamen adeſt, prout in eorundem ſcriptis ad oculum videre eſt, adeo ut nemo hoc Calendarium Moſaicum negare poſſit, qui natalem Mundi vel primam Niſan vel primam Tiſri dies conſtituere velit. Etſi item in hiſtoria diluvii omnes menſes fuerunt τριακονθήμεροι, adeoq; prolepticè Nabonaſſaræi, in quo ipſo tamen Autores non conſentiunt, in cœtu tamen piorum etiam ante diluvium menſes & anni Lunæ-Solares uſitati eſſe potuerunt, cum Sethi poſteri non minus, quam Moſes & Aaron, Aſtronomiam qualemcunque Lunæ-Solarem habere, & proinde Calendarium hoc Moſaicum per ἀντονομασίαν ita dictum conficere potuerint, alterius Calendarii vel Nabonaſſaræi vel Juliani uſu interim in Republica Salvo relicto: haud ſecus quemadmodū per cyclum decemnovennalē ſupra in defin. 29. l. 1. deſcriptum & ab Euſebio Cæſarienſi inventū Calendarium quoddam novum Eccleſiaſticum juxta añum Julianum fuit introductum: de qua tamen re cuique, quodlibet, ſtatuere licebit. Injuriam ergo mihi facit Dn. Haynlinus, quod Vindic. p. 23. Calendaria Olympica Metonica Calippica & Alexandræa una cum calendario Muſaico â me primò inventa eſſe objicit, quæ tamen in Scaligero, Calviſio imo ex parte in Petavio quoque manifeſtè extare vidit, & poſtea tamen hæc Calendaria Calendariographorum hodiernorū logos hoc eſt nugas eſſe dicit, minime Calendarii ſui myſtici, quam abſurdum quamvis ab omni ratione Biblica & Aſtronomica alienum ſit, memor: quæ res facit, ut ad omnes Dn. Haynlini nugas reſpondere mihi non conſultum ſit.

Techu-

2.

Tecupha Latinis revolutio eſt quadrans anni cœleſtis ſive Lunæ-Solaris & quidem vel autumnalis, vel hybernus, vel vernus, vel denique æſtivus in anno communi quidem Saltem 3, in Embolimæo autem 4. menſium.

Tecuphæ autumnalis mentionem facit Moſes Exod. c.34. v.22. & quidem uon purè Solaris: ſed Lunæ-Solaris, utpote anno tali Lunæ-Solari jam tum in uſu communi introducto. Tecupharum autem purè Solarium quantitates deſumi poſſunt ex hypoth.11. libri primi.

3.

Menſis Moſaicus eſt 12ma pars anni Lunæ-Solaris in anno communi, vel decima tertia in Embolimæo, ſive 13ſ. menſis Moſaicus plenus ſit, hoc eſt, 30. dierum, ſive cavus hoc eſt 29. dierum, quæ duo diſcrimina plerumque alternatim ponuntur.

Nomina menſium Moſaicorum, quæ tamen poſt Exodum demum inveniuntur, ſunt hæc:

	d		d
1. Tiſri	30	8. Niſan	30
2. Marches Wans.	29	9. Iiar	29
3. Casleu	30	10. Sivan	30
4. Thebet	29	11. Thamutz	29
5. Schebat	30	12 Ab	30
6. Adar Embol.	30	13 Elul	29
7. Adar	29		

Et tot Menſes reperiuntur in anno Lunæ-Solari Embolimæo: in communi autem anno, menſe Adar Embolimæo omiſſo, ſaltem 12. Scaliger, Calviſius, & Petavius per menſem cœleſtem intelligunt non Lunarem: ſed duodecimam partem anni Tropici ad dodecatemoria deſcripti.

4.

Dies Moſaicus eſt 24. horarum ſpatium, quarum prima eſt hora 6ta veſpertina.

Poſtulata.

1. Si de tempore anni, quo mundus ſit conditus, eſt pronunciandum, id tempus ad cardinale aliquod punctũ in Sphæra cœleſti nimirum vel ad æquinoctium alterutrum, vel ad ſolſtitium alterutrum referri poſtulatur. His

His enim terminis motus Solaris concluditur. Hinc vernum tempus à B. Luth, Funccio, Buntingo, Codomanno & multis Patribus, æſtivum à Gerhardo Mercatore, autumnale denique à Moſe & Spiritu Sancto, Joſepho, Chaldæis, & Ægyptiis, à Julio Firmico, Scaligero, Mæſtlino, Petavio, Calviſio, Ubbone Emmio, D. Behm &c. conditui mundi aſſignatur, ſolum autem hybernum tempus ab omnibus prætermittur.

2. Poſtulatur concedi, quod natalis mundi præter feriam primam vel in Novilunium, vel in Plenilunium, vel certe in quadraturam aliquam in tali P. Jæ. anno inciderit, qui & in Cyclo Sabbathico & in Jubelæo primus fuit.

Quoad Novilunia & Plenilunia res certa eſt, tũ ratione ordinis divini, tum reſpectu experientiæ in omniũ Chronologorũ meliorũ Libris conſpicuæ. Hinc Scaliger, Buntingus, Codomanus Natali mundi aſſignant Noviluniũ, Petavius Pleniluniũ, Codomanus deniq; Noviluniũ primũ quarto creationis diei aſcribit. Iſti vero Chronologi ſine dubio ἀμεθοδεύτως procedunt, qui in hoc tam magni momenti negotio nullã ullius Φάσεως Lunaris mentionem adjiciunt. Alterum vero de Sabbathico & Jobelæo Charactere membrum & iis, quæ in Lib. 1. præmiſſa ſunt, & ordini divini τοῦ πρέποντος eſt conſentaneum.

Axiomata.

1. Si de tempore anni vel verno, vel æſtivo, vel autumnali, quo mundus ſit conditus, eſt pronunciandum, tunc illa ſententia reliquis præferenda, illudque tempus eligendum eſt, quod & Moſes è Spiritus Sancti mente Exodi 23 v. 16. & c 34. v. 27 innuit, & Joſephus Hiſtoricus Moſis interpres Antiq. l. 1. c. 4 in diluvii hiſtoria exprimit, cum quo Moſe & Joſepho hac in re conſentit & Ægyptiorum & Chaldæorum teſtimonium, & Cyclorum Sabbathicorum & Jobelæorum totale conſortium, & primi capitis Gen. cum prima Tiſri inchoatum Lectionarium, & denique Julii Firmici hac de re indicium & judicium.

Non nova hæc eſt quæſtio inter Chronologos agitata, an Mundus in verno & autumnali an verò ſecundum Mercatorẽ in æſtate ſit conditus, cujus Mercatoris ſententia ut eſt nova, ita ſingularis: quam quæſtionẽ tractant pluribus non tantum Calviſius in Iſag. verum etiam D. Behm. Manud. l. 1. Tit. 1 cap. 2. &c. Ra-

tiones pro vere infirmiores ſunt: Firmiores autem pro autumnali tempore in axiomate citatæ & â D. Behm ibidem pluribus relatæ.

2. Cum ab hoc Chronologo hæc hujus P. Jæ. añi dies, ab aliis alia natalis Mundi conſtituatur, ea dies ejus P. Jæ. anni pro vero natali habenda eſt quæ & feriam primam & primam vel Niſan vel Tiſri diem exhibet, & ſimul & æquinoctium & vel Novilunium vel Plenilunium conjuncta habet, & in tali P. Jæ. anno ſuam ſedem obtinet, qui eſt annus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo primus.

Explicatio præmiſſa eſt in poſtulatis.

3. Data hora, die, menſe, anni quadrante, & anno hujus vel illius Epochæ, Cycli, & Periodi, non latere poteſt Chronologum hora, dies, menſis, anni quadrans, & annus alterius Epochæ, cycli & Periodi ſuperioribus reſpondentes.

Sic data die Juliana certi P. J. anni, datur certa dies Ægyptiaca certi anni Nabonaſſaræi.

4. In controverſiis Chronologicis Characteres Chronologici vel ab Autoribus implicitè aut explicitè poſiti, vel a Chronologo ſagaci indagati optimas poſt verbum divinum deciſiones ſuppeditant.

Exempla in ſequentibus occurrent plura.

5. Integra tela Chronologica â conditu mundi ad Chriſtum natum è Sola Sacra Scriptura κτ' τὸ ῥητὸν haberi nequit, quia hæc in excidio Hieroſolymitano priore annorum â conditu Mundi numerationē quaſi abrumpit, unde hic hiſtoriæ profanæ uſus ſuccedit.

Veritatem hujus Axiomatis invenerunt & agnoverunt Scaliger, Petavius, Calviſius, D. Behm, Ubbo Emmius, Origanus &c. negant autem Beroeldus, David Paræus, Heynlinus & Langius.

6. Si duobus vel 2. annis, qui in diverſis Epochis ſibi reſpondent, & annos cœleſtes exhibent, æqualia addantur, aggregata quoque ſibi reſpondebunt.

Exempli cauſa, Annus primus Mundi, prout paulo post in Canonibus ſubſequetur, eſt Annus P. J. 765. Si unitati & 765 annis idem numerus videlicet 3949. ſive æqualia addantur, aggregata

gata hoc eſt annus M. 3950 & annus P. J. 4714. hoc eſt annus primus Epochæ Chriſtianæ ſibi invicem reſpondent.

1	765	
3949	3949	A.
3950	4714	
3949	3949	S.
1	765.	

7 Si à talibus an̄is rurſus æqualia ſuatrahā tur, reſidua quoque ſibi invicē reſpondebunt.

Ita ſi ab annis Mundi 3950. & P. J. 4714. auferantur æqualia hoc eſt 3949 anni, reſidua quoque, hoc eſt annus Mundi primus & annus P. J. 765 ſibi invicem reſpondent.

Ex his fundamentis an̄us primus Chriſti hoc eſt annus P. J. 4714 in Scal. Calviſio, D. Behm, Helvico, Ubbone Emmio &c. eſt annus Mundi 3950.

8. Quo Characteres civiles pariter & cœleſtes habet unus unius Epochæ annus cœleſtis, eoſdem Characteres habet & alterius Epochæ annus cæleſtis priori reſpondens.

Exempli cauſa: annus P. J. 765 habet cyclum Solis 9, Lunæ quintum, Indictionis 15tum, eſtque annus primus in cyclo Sabbathico pariter & Jobelæo. Eoſdem ergo Characteres habet etiam annus primus Mundi. Cœleſtis autem anni mentione excluduntur ab hoc Axiomate Epocharum vagarum anni.

9. Qui diverſarum Epocharum fixarum anni unius alicujus [illegible] itidem fixæ anno reſpondent, illi & ſibi reſpondent.

Axioma [illegible] Axioma 1. lib. 1 Euclidis. Exempli cauſa: Anno Mundi primo [illegible] reſpondet & annus P. J. 765. & annus Epochæ Conſtantinopolitanæ 1560mus: ergo an̄us P. J. 765 & Epochæ Conſtantinopolitanæ 1560. inter ſe quoq; reſpondent.

10. Iu Geneſeos c. 5, é quo ſolo ſcimus, quot an̄i a Mundi conditu ad diluvium elapſi ſint, anni omnes ſumendi ſunt pro completis.

Conſentiunt in hoc Axiomate inter ſe omnes fere alii Chronologi præter Rollenhagium, Petavium & Hainlinum. Legatur c. 1. & [illegible] Tit. 1. L. 1. Manud. D. Behmii.

11. Anni Moſaici, qui in eodem c. 5. Gen ut & in toto fere Pentateucho ponuntur, licet nō ſint an̄i cœleſtes Aſtronomici, ſed Politici, tamen quantitate cū annis cœleſtibus vel Solaribus vel Lunaribus, vel potius Lunæ Solaribus ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον conveniunt

12. Licet iidem anni Moſaici quantitate cum annis cœ-

leſtibus ἐν πλάτει conveniant, & in autumno incipiant: commodè tamen iidem anni in P. Jæ. annis ita numerantur, ut poſteriores annorum Moſaicorum 3. quadrantes cum prioribus 3. anni Juliani quadrantibus ſemper comparentur.

Hoc Axioma accomodatum eſt ad autumnale genitale Mundi tempus. Illis vero, qui vernũ tempus amplectuntur, econtra 3. priores quadrantes Moſaici coincidunt cum 3. poſterioribus quadrantibus Julianis.

13. Quando Græca Biblia, Joſephus, & Euſebius in Chronicis à numeratione annorum Moſaicorum ex eodem c.5. Gen. & è fontibus deſumpta diſcrepant, merito Hebraica numeratio tanquam fons græcanicæ tanquam ciſternæ præfertur.

De hac diſcrepantia legatur c.2. tit.1. L.1 Manud. D. Behm

Hypotheſes.

1. Annus primus Judaicus cœpit die a Cal. Jan. 281. 7. Oct. f. 2. anni P. J. 953.

Conſentiunt ratione hujus Hypotheſeos Scal. Petavius, Ubbo Emmius & Paulus Guldinus.

2. Annus P. J. 765 eſt per 6. & 7. l. 1. Canones annus primus in Sabbathico & annus quoque primus in Cyclo Jobelæo.

Principiis cognoſcendi abſolutis, ſequuntur jam ipſi Canones.

CANON I.

Mundus conditus eſt primâ die Tiſri primi in primo cyclo Sabbathico & Jobelæo thetico anni, 26 Octobris feria prima anni P. Jæ. 764. & 22. Mechir anni Nabonaſſaræi proleptici 764ti, ipſo & Novilunii & Æquinoctii autumnalis medii tempore.

Secundum Scaligerum ejuſque priores cogitationes mundus conditus eſt 19. Octobr. f. 1. ejuſdem P. Jæ. anni 764, quia idem Scaliger l. 5. de Emend. temp. Titulo: De conditu mundi p. 369. primum Sabbathum, in quo Deus ab opere creationis requievit, 25tæ Octobris f. 7. ejuſdem P. Jæ anni tribuit. At illa 19. Oct. f. 1. non extitiſſet prima Tiſri, ſed 27tia circiter Elul anni Lunæ-Solaris præcedentis, neque fuiſſet Luna prima, ſed quadratura ſecunda. Hinc Calviſius natalem mundi 26tæ Oct. f. 1. attribuit. Tempus anni autumnale non tantum Pollulatio

pri-

primo, verùm etiam Axiomati primo eſt conſentaneum. Quod hæc 26 Oct. f. 1. & Novilunio prædita ſit, & prima Tiſri anni alicujus Lunæ-Solaris extiterit, hoc demonſtratum fuit in Exemplo tertio Canonis Vti L. 1. Inſtituatur ſequenti modo calculus per Tabulas Æquinoctiorum Petavii & Calviſii ad ductum & præſcriptum Canonis quarti ejuſdem Libri 1, & apparebit ad oculum in hanc 26. Oct. diem. f. 1. Anni P. J. 764ti incidiſſe quoque æquinoctium autumnale medium.

1. Per Tabulas Æquinoctiorum Petavii.

Anni P. Jæ.	d	f	h	I	☉
8	118 incõpl.	2	3	38	8
756 A.	5	5	18	36 S.	0 A.
764	112 incõpl.	3	9	2	8
Diſtantia Æquin. verni ab Autumnali	186	4	18	30	0 A.
Dies Æquin. Autum.	299	1	3	32	8
Pro 9. Menſibus	273 S.				
Æquinoctii dies eſt Oct. dies	26 f.	1	3	32	8

2. Per Tabulas Æquinoctiorum Calviſii.

Quia Tabulæ hæ in ipſo P. Jæ. anno 765. hoc eſt, in primo anno Mundi incipiunt: ideo idem quæſitum per ſequentem regreſſum venabimur.

	d	f	h	I	☉
Dies Æquinii verni Calv.	112	4	15	33	9
Pro anno P. Jæ. 764	365	0	0	0	0 A.
Summa dierum	477	4	15	33	9
Diſtãtia æquin. autum. â verno	178	3	11	19	1 S.
Dies Æquin. Autum. Anni 764	299	1	4	14	8
Pro 9. Menſibus	273 S.				
Æquinoctii Autum. dies Oct.	26 f.	1	4	14	8

In Tabulis Calviſianis loco 112mæ diei â Cal. Jan. ponitur dies 111ma f. 4, completa nimirum hoc eſt 112ma incompleta, id

quod

quod f. 4tæ quoque character innuit, quia f. 4ta cyclo ☉. 9. non competit diei 111mæ ſed 112mæ. Hæc interpretatio maxime neceſſaria ipſi Calviſio videtur fuiſſe ignota, id quod è ſequenti Paralogiſmo & computo erroneo, quem in c. 34 Iſag. pro hujus ipſius 26ta Oct. f. 1. inventione inſtituit, apparere poterit.

	d	f	h	I	
Dies Æquin Calviſiana	112	4	15	33	
Pro Año 764 qui tame eſt com.	366	0	0	0	A
	d	f	h	I	
Summa dierum	477	4	15	33	
Diſtantia eadem	178	3	11	19	S.
Eadem dies Æquinii Autumn.	299	1	4	14	
Pro 9. Menſibus	273				
Eadem Octob. dies	26	1	4	14	

Eadem quidem dies 26. Oct. provenit, ipſa vero dies æquinoctii verni non eſt dies 111ma f. 4. ſed dies 112ma f. 4.

Præterea Calviſius pro Anno 764. eoque Calviſio ignoto utpote non biſſextili ſed communi non addere debuiſſet 366. dies, ſed ſaltem 365 Indagetur per Regulam Detri dies Æquinoctii verni anni P. J. 765ti, & apparebit eam non eſſe diem à Cal. Jan. 111. f. 4. ſed 112mam f. 4. Porro quod 26. Oct. f. 1. añi P. Jæ. 764ti & prima Tiſri primi añi Mundi ſimul fuerit 22da dies Mechir añi Nabonaſſaræi Proleptici 764 id ſequenti Calculo ſecundum Canonem VIII. Libri primi inſtituto comprobabitur, modo ante omnia Prima Thot añi P. Jæ. 764 cyclo Solis 8vo prædita in certa die & feria Juliana inveniatur.

I.

Numer⁹ P. Jæ. añorũ proximè major ſub A.	1275	
Numerus datus	764	S
	121	Dies
Reſiduum per 4. dividendum	569	127
	444	128
Pro Jan. Feb. Martii & Apr. ſubtrahantur		120 S.
Prima Thot quæſita eſt dies		8. Martii

Nume-

Numerus annorum Nab. prol. ſub. A.	1273	
Reſiduum idem	509	S.
Añus Nab. prolepticus quæſitus	764tus	

3.

8va May eſt dies â Cal. Jan.	128	
Cyclo Solis 8. aſſcribitur f. 4. Addatur	3	A.
	65	
Summa per 7. dividenda	131	18
	77	

8. May E. eſt f. 5.

Si prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 764 eſt 8 May f. 5, erit, prout ex adjuncta operatione apparet, prima Mechir 5. Octobris f. 1 & proinde 22da dies Mechir ejuſdem 764ti anni Nabonaſſaræi proleptici 26. Oct. ſive die a Cal. Jan. 299 f. 1. añi P. Jæ. [illegible] Scal. in l. 5. de Emẽd. T. pag. [illegible] citato huj' 22dæ Mechir loco ponit 23tiũ Mechir ubi tamen ex errore [illegible] 26tæ Oct. diei præponit Deniq; annũ P. Jæ. 765tum eſſe & fuiſſe primũ annũ in Cyclo Sabbathico, & primũ quoq; annũ in Cyclo Jobelæo, id per Can VI. & VII. Libri primi facile evinci poterit, & præterea in hypoth. 2. hujus cap. præſuppoſitum fuit.

		f	
Prima Thot eſt	8. May	5	
Pro Thot	30	2	A.
Prima Paophi	7. Junii	7	
Pro Paophi	30	2	A.
Prima dies Athyr	7. Julii	2	
Pro Athyr	30	2	A.
Prima Chojac	6. Aug.	4	
Pro Chojac	30	2	A.
Prima Tybi	5. Sept.	6.	
Pro Tybi	30	2	A.
Prima Mechir	5. Oct.	1	
21.	21	0	A.
22da Mechir eſt	26. Oct.	f. 1.	

Licet autem præcipuus hujus Epochæ Mundi in anno P. J. 764 locatæ in loco Scal. modo citato pluribus explicata & præ-

præſertim ratione τοῦ ὅλου conſideratæ author ſit Scaliger: tamen Scaliger, prout Nicolaus Mullerius Iſagoges c. 7. p. 10. refert & cenſet, illam Epocham Mundi primus non invenit, ſed à Dionyſio Exiguo repertam, & à Sigeberto uſurpatam, poſtea vero longâ oblivione ſepultam, in lucem revocavit, & in verum uſum, demonſtrationibus additis, convertit. Notat autem Sigebertus in initio Chronologiæ ſe eam exordiri ab anno Adami 4331 ſecundum Dionyſium, anno vero Domini 381 itidem ſecundum Dionyſium. Annus Domini 381. per Hypoth. 4. l. 1 eſt annus Periodi Julianæ 5094, qui P. Jæ. annus eſt annus Mundi Dionyſianus & Sigeberti, & proinde per Axioma 7. hujus cap. 1 primus annus Mundi Dionyſianus & Sigeberti eſt annus P. J. 764 prout Scal. ibidem expreſſe ponit: quod tamen cum grano ſalis ſupra expoſito intelligendum venit. Denique Epochæ Mundi Scaligerianæ in anno P Jæ. 764to ratione initii collocatæ veritatem probat & comprobat non tantum intervalli totalis inter illam & Epocham Chriſtianam intercepti certitudo & conſtantia, verum etiam intervallorum minorum & particularium intervallum illud majus & totale conſtituentium cum eodem & cum hiſtoria tam ſacra quam profana convenientia, ſaltem vel ratione τοῦ ὅτι referenda vel præſupponenda, infra autem demonſtranda. Annis P. Jæ. 763 completis & 9. menſibus ad conditum mundi ſecundum Dionyſium Sigebertum & Scaligerum elapſis ab annis P Jæ. 4713. completis ſubtractis, manent anni completi 3949 & 3. menſes à conditu Mundi ad Epochæ Chriſtianæ initium ſecundum eoſdem Authores elapſi; quod intervallum majus & totale conſtituunt intervalla ſequentia minora eaque hiſtoriæ utrique & præſertim ſacræ ratione veritatis per omnia conſentanea.

	Anni	Menſes
I. A conditu Mundi ad Exodum	2452	6
II. Ab Exodo ad ædificationem Templ. Sal. 2. Chronicorum 3. v. 1.	480	1
III. Ab ædificatione Templi ad Excidiũ prius	427	3
IV. Ab excidio ad Epochæ Chriſtianæ initiũ	589	5
Summa annorum & Menſium	3949	3

quo

[illegible] annos etiam ponunt Euſebius & Beda, prout refert Crentzſemus Obſerv. l. 1. c. 1. p. 5. Ad certitudinē & conſtantiā Scaligeri [illegible] ſequentia Scaligeri verba, quæ extant l. 1. de Emend. temp. p. 169. Deprehensa igitur, inquit, Epocha Exodi in anno P. Jæ. [illegible], levis labor eſt annum conditi Mundi in anno P. Jæ. [illegible] invenire &c. ut & ſequentia e. l. 7. de Emend. Temp. p. [illegible]81 [illegible] Nos non ſemel, inquit, monuimus tria tempora in Sacris Bibliis ſuis characteribus notata eſſe, Exodum, Caſum Joiakim, & Caſum Zedekiæ. Nam Neomenia Niſan Exodici inter alia coincidebat cum æquinoctio, qui eſt alius luculentus Character. Caſus Joiakim eſt annus 26[illegible]s Nabopollaſar (hoc eſt annus 1[illegible] Nab. hiſtoricus, & proinde annus prolepticus 41[illegible] in P. J. 41[illegible] anno [illegible].) Ultimus ãnus Zedekiæ (hoc eſt annus Mundi [illegible]) eſt annus Sabbathicus. His tam nobilibus Characteribus vel mediocriter peritus veram Epocham Mundi ſtatuere poteſt, in anno P. J. 764, ut nos fecimus. Quo minus excuſandi ſunt, qui 15. aut 18. annis majorem Epocham Mundi faciunt. Hactenus Scaligeri verba conſtantiæ & certitudinis Chronologicæ pleniſſima.

Cæterum nihil fere in Diſſertatione mea eſt, ob quod Dn. [illegible] in Vindiciis [illegible], quam quod Scaligeri [illegible] Chronologiam præ aliorum Chronologorum Scriptis laudo & commendo. Nam cum Dn. Haynlinus in Vindic. parte prima p. 8. [illegible] Chronologia Scaligeriana ſententiam in Diſſertationis meæ fine [illegible] adjectam recitaſſet, eamque per paraphraſin menti verborum meorum minime conſentaneam [illegible], quod videlicet Scaligeri Chronologia [illegible] ſit abſolutiſſima, perfectiſſima, veriſſima & certiſſima, [illegible] eos, qui in Chronologia a Scaligero in diverſa abeunt, refutandi rationem, tamque [illegible], ſi Diis placet, [illegible] mihi affingit. At finalia Diſſertationis meæ [illegible] Haynlinus arripere potuit, anteriora autem, quæ in eadem Diſſertatione pag. 2. extant, videre & legere noluit, ubi expreſſe dixi, quod, dum Scaligerum ita extollo, minime tamen [illegible] vel Deum facere vel [illegible], qui errare non poſſit, [illegible] erraverit, ſed quod Chronologiæ Scaligerianæ [illegible] perfectionem tribuam, quam in [illegible]

 Chro-

Chronologorum Libris deeſſe videam. His & ſequentibus verbis in eadem Diſſertatione viſis, lectis, & à benevolo Lectore cum Dn. Haynlini Diſcurſu in Vind. p. 9. inſtituto collatis, totus is diſcurſus in fumum abit & abibit. Qui vero propter has Scaligeri toties à me citati laudes vel τὸ αὐτὸς ἔφα Scaligeri exagitare vel cum Dn. Haynlino Dictatoriam in Chronologia poteſtatem mihi affingere conatur, ille non tantum Scaligerum, verum etiam ejus aſſeclas injuria afficit, quia hoc αὐτὸς ἔφα Scaligeri infirmum foret, niſi ipſius Spiritus Sancti τὸ αὐτὸς ἔφα in ſacris accederet.

CANON II.

Aliorum Chronologorum eorumque μαθηματικωτέρων, quales ſunt Codomañus, Mæſtlinus, W. Langius, Wichmannus, Petavius, Crentzhemius, Buntingus, Haynlinus, Alſtedius, M. Helwigius, &c. Natales Mundi examinare & errorum convincere.

Si Euclidi licet, propoſitione aliquâ ut, exempli gratia, 4tâ L. 1. directè non demonſtrata, diſcipulum ad abſurdum vel impoſſibile deducere, & nihilominus propoſitionis præmiſſæ veritatem ſartam tectam conſervare: licebit etiam Chronologo ipſo Canone primo jam demonſtrato, aliorum Chronologorum Epochæ mundanæ in aliis P. Jul. annis poſitus examinare, iisque [illegible], de ipſius Canonis primi veritate quodammodo triumphare. Id quod in hoc ipſo Canone, temporis ipſius ſervato ductu & ordine, breviter tentandum erit.

1. Epocha mundi conditi Laurentii Codomanni.

Si quis ergo mundum 26. Octobris f. 1. anni P. J. 764. ſecundum Scaligerum conditum eſſe neget: is dicat 1. cum Codomanno eundem conditum tribuendum eſſe anno P. Jul. 5?2. cyclo Solis 12. prædito, ita ut mundus condi cœperit die à Cal. Ian. 11?. 22. Apr. f. [illegible] & Novilunium atque æquinoctium vernum medium inciderint in quartum creationis diem, hoc eſt, in 25. Apr. diem. Videamus jam an & quomodo hæc vera ſint.

1. Quod Mundus in Vere & prima die Niſan ſit conditus, id per A[illegible] capite [illegible].

2. [illegible] per ſequentem duplicem calculum [illegible] in 25. Aprilis f. 4. & diem à Cal. Ian. 115. tamen [illegible]

neque 22. Apr. f. 1. eſt prima dies Niſan utpote Novilunio integro triduo prior, neque 25. Apr. f. 4. prima Niſan cum Mundi conditu inchoata fuit.

Pro 25tæ Aprilis Novilunio

1. Per Tabulas Mullerii Copernicanas.

Anni P. Iæ.		d	h	I	II	pag.
Radix	510.	8	11	28	58	p. 158.
Anni Exp.	62.	24	13	35	26	p. 158.
Aprilis in comm		1	9	47	50	A.p. 166.
Summa	572	34	10	52	14	S.
Novilunium		60	1	28	6	p. 170.
☌. eſt Aprilis dies		25	14	35	52	p. M. N. in Friſ.

2. Per Tabulas Syzygiarum noſtras

P. J. Anni		d	h	I	II	☉	☽
75		90	6	20	8	8	2
497	A.	4	3	23	6	24	0 S.
572		86 incōpl.	2	57	2	12	2
Lunatio		29	12	44	3 A.	0	0
☌. Paſch. dies		115	15	41	5	12	2
Pro 3. Menſ.		90 S.					
☌ Paſch. eſt Ap. di. 25			15	41	5	12	2

2. Pro Æquinoctio Verno Anni P. Jæ. 572.

Per Tabulas æquinoctiorum Petavii.

Anni P. Jæ.		d	f	h	I	☉
68		117	6	16	36	12
504	A.	3	[illegible]	[illegible]	24 S.	0 A.
Dies Æquin. verni		113	2	20	14	12
Pro 3. Menſibus		90 S.				
Æquinoct. incidit in Apr.		23 diem	2 f.	20	14	12

Æquinoctii verni dies eſt 23 Apr f. 2. finiens vel ad ſummum [illegible] Apr. [illegible] non autem 25. Apr. f. 4.

3. Ip[illegible] J[illegible] 5[illegible]dus, 6. & poſtea in additis. & 578

quidem per 7,592 autem per 49 diviſis,per Canonem 6 & 7mum L.1. eſt annus 4tus in cyclo Sabbathico pariter & Iobelæo: id quod eſt contra poſtulatum ſecundum & Axioma ſecundum.

4. Denique Epochæ Mundi Codomannianæ falſitatem facile probabit intervallorum plerorumque particularium abſurditas. A conditu Mundi ad Epochæ Chriſtianæ initium ſecundum Codomannum elapſi ſunt anni Iuliani vel cœleſtes 4141 completi & 254 dies hoc eſt 8. circiter cum ſemiſſe menſes, quod intervallum totale etiam reperitur, ſi 571. P Iæ. anni completi & 3. menſes cum ſemiſſe ad 21. Apr. elapſi ſubtrahantur ab annis P. Iæ. 4713 completis. Primum intervallum partiale a Mundi conditu ad Exodum, quod totale illud conſtituit, ſecundum Codomannum eſt 2514 annorum juſto majus.

Secundum intervallum partiale ab Exodo ad Templum Salomonicum contra expreſſum Scripturæ textum Codomanno eſt 597 annorum loco 480 annorum.

Tertium ab ædificatione Templi ad ejuſdem excidium 422 annorum, loco 427.

Quartum denique 607. annorum loco 589, annorum.

Si hæc & multo plura cum Characteribus & commoditatibus Epochæ mundi Scaligerianæ conferantur, omnino hanc meliorem eſſe, Codomannianam autem falſam eſſe evidenter teſtabuntur.

2 Epocha Mundi conditi Michaelis Mœſtlini p. m.

Dicat hinc aliquis cum Mæſtlino in Tab. Chronolog. p. 50, quod ab initio mundi ad Epochæ Chriſtianæ principium elapſi ſint 4079. anni completi & 3. Menſ hoc eſt, (annis 4079. & 3 menſibus ab annis P. Iæ. 4713. completis ſubtractis, & 633 annis & 9. M. relictis) quod mundus ſit conditus in autumno Anni P. Iæ. 634ti cyclo ☉. 18. & ☽. 7. prædíti, ita ut conditus quidem ipſe 20. Octobr. f. 1. ejuſdem anni cœperit, in 23. autem Octo. diem f. 4tam & Novilunium & æquinoctium autumnale inciderint. Iterum ſequens examen hujus Epochæ eſt inſtituendum.

1. Autumnale anni tempus recte congruit cum Axiomate primo.

2. Etſi autem Novilunium medium per ſequentem duplicem calculum recte incidit in diem â Cal. Ian. 296. 23. Oct. f. 4.

T

Tamen neque hæc 23. Oct. f. 4. neque 20. Oct. f. 1. ſunt commodæ dies Tiſri primæ, quia illa conditi Mundi natalis non eſt, huic vero Novilunium deeſt.

1. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni P. Jul.		d	h	I	II		☉	☽	
25		91	23	16	12		26	7	
609	A.	1	22	41	47	S	20	0	A.
634		91 incōpl.	0	34	25		18	7	
Lunatio		29	12	44	3	A.	0	0	A.
Novil. Paſchale		119	13	18	28		18	7	
6. Lunationes		177	4	24	19	A.	0	0	A.
Novil. Tiſri		296	17	42	47		18	7 p.M	
Pro 9 Menſ.		273 S						(N.Lun.	
Oct. dies		23	17	42	47		18	7.	

2. Per Tabulas Mullerii Copernicianas.

Anni P Iulæ		d	h	I	II	pag.
Radix	610	4	3	15	28	p. 138.
Anni expanſi	24	24	22	40	20	p. 154.
[illegible] in communi		7	5	23	32	p. 166.
Summa	634	36	7	19	20	Subtr.
Novilunium		60	1	28	6	p. 170.

Novil. Tiſri eſt Oct. dies [illegible] 18 8 46 p.M. N. in Fr.

3. Præterea æquinoctium autumnale ſecundum ſubſequentem calculum Petavianum non incidit in 23. Oct. f. 4. ſed in 26. Oct. f. 7.

Anni P. æJ.	d	f	h	I		☉	
46	117	7	[illegible]	40		18	
[illegible] A.	4	4	11	48	S.	0	A.
[illegible] æquin. vern.	112	2	20	52		18	
Diſtantia [illegible]	186	4	18	40		0	A.
Dies [illegible] aut.	229	7	15	22		18	
Pro 9 [illegible]	273 S.	0	0	0		0	S
Octobr. dies	26	7	15	22		18	

p.M. N. Lun.

Etſi ergo 23. Oct. f. 4. fuiſſet prima Tiſri Lunæ-Solaris, tamen non extitiſſet Tropica, qualis ſupra erat prima Tiſri Scaligeriana.

4. Et ſi vel maximè hæc 23. Oct. f. 4. eſſet prima Tiſri tam Lunæ-Solaris quam Tropica, minimè tamen annum primum vel in cyclo Sabbathico, vel in cyclo Iobelæo inchoaſſet. Hic Sabbathicus & Iobelæus Character jam quærendus eſt non in anno P. J. 634. ſed 635. Annis 635. & 6. & annis 635 & 20. additis, & 641. quidem per 7, 655. autem per 49. diviſis, illic quidem 4. hic autem 18 remanebunt: hoc eſt, annus P. J. 635 cum prima Tiſri anni P. J. 634. inchoatus fuit annus 4tus in cyclo Sabbathico & annus 18vus in cyclo Iobelæo, quod eſt contra poſtulatum & Axioma ſecundum.

5. Denique intervalla partialia Mæſtlini pleraque ſunt erronea: verbi cauſa illud, quod ſupra in fine Canonis primi [illegible] ſecundum, quod Mæſtlino non ſine magna abſurditate eſt [illegible] annorum loco 480 annorum. Quis ergo Epocham mundi Scaligerianam non præferat Mæſtlinianæ? Simile Epochæ Mundi Mæſtlinianæ examen poſitum eſt in Diſſertatione, in appendicis §. 2. p. 65. 66. & 67.

3. Epocha Mundi conditi Clariſſ. Dn. W. Langii.

Dicat 3. aliquis cū Clariſſ. & eruditione incomparabili prædicto Dn. W. Langio in Tractatus de Annis Chriſti libro ſecundo capite ſecundo p. 250, Orbis, conditus eſt anno P. J. 672, Apr [illegible], primo die menſis Niſan f. 1. hebdomadis, cyclo ☉. 28 Lunæ VII, Indict. XII, anno Per. CPtæ 1467. Quia in Appendice Diſſertationis in §. 3. & ſeq. p. 68. & ſeq. longum Epochæ Mundi Langianæ examen inſtitui: ideo hic brevitati ſtudebo, &, calculis omiſſis, numeros ſaltem per illos inventos annotabo.

1. Quod Mundus in vere & prima Niſan ſit conditus, id Axiomati primo hujus capitis contrariatur, etſi Dn. Langius vernum tempus autumnali præferre multis argumentis ibidem p. 245. 246. & ſeq. conetur.

2. Novilunium Paſchale anni P. J. 672. & Ep. CPæ 1467. ſecundum Tab. Syzyg. præmiſſas incidit in diem à Cal. Jan. 119, 29. Apr. f. 7. 23. hor. [illegible] II, p. M. N. Lipſiæ, ſecundum Tab. Noviluniorum Petavii itidem in diem à Cal. 119. 29. Apr. f. 7. 22 hor.

22.' hor. 23. I, 22 II, Lutetiæ à M. N, ſecundum Tab. Mulleriana, in 29 Apr. f. 7. 22. hor. 49 I, & 22 II, itidem à M. N. in Friſia numerata. Ex hac 29. Apr. f. 7. Dn. Langius non per obſervationem 3. in Can. V. l. 1. præmiſſam ſed per ſolam Φάσιν in his temporibus à nemine conceſſam facit 30. Apr. f. 1. ubi tamen Novilunii Paſchalis cum Æquinoctio verno in eadem die conjunctio cum magno decoris Chronologici defectu deeſt, ſiquidem æquinoctium vernum ſecundum Tab. Æquin. Petavii, qui calculus ibidem adeſt, in año P. J. 6[illegible]3 incidit in 22 Apr. f. 2. Et hac ratione prima Niſan Langii Lunaris quidem eſt, minime autem Solaris.

3. Ipſis annus P. J. 672, 6 & poſtea 20. additis, & 678. quidem per 7, 692. per 49. diviſis & utrobique 6 relictis, eſt & erit annus 6tus in cyclo tam Sabbathico quã Jobelæo: quod eſt contra ſecundum tam Poſtulatum quam Axioma: qui tamẽ annus 6tus ordine in verſo in vere inchoatur. 4. Major vero intervallorum tam totalis quam quorundam particularium occurrit abſurditas. Annis P. J. 671 completis & 4. Menſibus ab annis P. J. 47[illegible]3. ad Epocham Chriſti elapſis ſubtractis, manent pro intervallo totali 4041. anni completi & 8. menſes, eoque intervallo Scaligeriano 92. annis majore, quem 92 annorum vitioſum Pleonaſmum [illegible] partim 60 anni ætati Tharæ ſuperfluo attributi, & l. 2. [illegible] deſenſi, partim alii 25. añi inter añum Abrahami 75, à quo plerorumque Chronologorum conſenſu 430. illi añi numerantur, & 100. [illegible] Abrahami interjecti. E quibus omnibus apparet, non tantum Epochã hanc Mundi verum etiam totam Cl. Langii Chronologiam licet eruditiſſimè conſcriptam à veritate non parum aberrare.

Dicat 4. aliquis cum Rev. & Clariſſ. Dn. Johanne Wichmanno Mundũ conditũ eſſe in vere ani P. J. 709. & quidem proximo [illegible] Chronologiæ Sacræ p. 259 Epocham ſuam Mundi Dn. Wichmannus deſcribit, & prima Niſan & feria primâ ipſo Æquinoctio verno coincidentis tempore. Merito autem idem Dn. Wichmannus non tantũ certũ P. J. añum, verum etiã certam certi Menſis [illegible] diem pro novo ſuo Natali Mundi exprimere debuiſſet, ſive [illegible] illos eoſque μαθηματικωτάτους Chronologos Scal. Buntingum, Calviſium, Petavium &c. imitari vel

Mo-

Moſen, cujus verba ibidem adducit, per Chronologiam ſuam ſacram rite explicare voluiſſet. Videamus jam an & quomodo hæc vera ſint.

1. Annus Periodi Jul. 709. Natali Mundi asſignatus 55. annorum & 6 menſium prochroniſmũ, 708 P.J. añis & 3 menſibus completis ab annis P. J. 763. & 9. menſibus ſubtractis, infert.

2. Tempus vernum à Wichmanno in parte ſecundaChronologiæ Sacræ ſect. 1. & Quæſt. 1. p. 55. & ſeq. operose defenſum eodem, quo Codomanni & Buntingi Natalis Mundi, vitio laborat.

3. Præterea annus P. J. 709, 6. & 20. additis & 715. quidem per 7, 729 per 49. diviſis, eſt quidem annus primus in cyclo Sab. annus verò 43. in cyclo Job. qui tamen de jure non in vere ſed in Autumno inchoandi erant.

4. Nullus hic Novilunii Paſchalis vel primæ Niſan cum æquinoctio verno concurſus, prout Dn. Wichmannus volebat, cernitur, quia hoc ſecundum Tab æquin. Petavii incidit in diem à Cal. 113. 22. Apr. f. 5. I. hor. 7. 1. poſt M. N. Lutetiæ cyclo ☉. 9. ☽. 6, illud ſecundum Tab. Nov. Petavii in diem à Cal. Jan. 101. 10. Apr. f. 7. 9. hor. 55. I. 34. II. p. M. N. Lutetiæ & ſecundum Tab. Nic Müll. Copernicianas in 10. Apr. f 7. 10. hor. 21. I. 34. II. in Friſia p. M. N. e qua tamen 10. Apr. f. 7 per Φάσιν quam Dn. Wichmannus l. 1. Chronol Sacræ ſect. 2. & 3 ſtatuere videtur, 11. Apr. f. 1 ad conditum mundi commodior facile fieri poſſet. Unde tamen æquinoctii verni â Nov. Paſchali diſtantia ad minimum 11. dierum prodiret.

5. Denique quædam intervalla minora totale 4004. annorum intervallum conſtituentia ſunt erronea: ut quod 1. Dn. Wichmañus à mundi conditu ad Diluviũ nõ 1656. annos 1. Menſem & 16. dies ſed 1655. ſaltẽ annos 1 M. & 16. dies numerat: quod 2. Tharæ, antequã Abrahã genuit, non 70. ſed 130 annos tribuit, quod 3. Abrahamũ nõ año ætatis 75, prout Moſes Gen. 12. v. 5. expreſſe ponit, ſed 70mo ætatis año ex Vr. Chaldæorum egreſſum eſſe ſtatuit, & quod 4. à diluvio ad eundem egreſſum non 367. ſed 423. annos effluxiſſe dicit, quæ, ut plura omittam, omnia Epochæ Mundi Wichmannianæ incommoditatem nedicam falſitatem, & Epochæ contra Scaligerianæ veritatem ſatis comprobant.

Ergo

5. Epocha Mundi conditi Illuſtris Dionyſii Petavii.

Accedendum nunc ad Dn. Petavii Mundi Epocham, qui Vir Maximus, ſi talem affectum, qualé intellectum, in Chronologia conſcribenda adhibuiſſet, niſi omnia Scaligeriana ſine diſcrimine rejicere ſibi propoſuiſſet, facilè Ill. Scaligero palmam eripuiſſet. Dicat jam aliquis cum hoc Petavio, quod mundus conditus ſit die â Cal. Jan. 299. 26. Octob. f. 1. anni P. Jæ. 730. ipſo non Novilunii ſed Plenilunii, ipſoq; æquinoctii autumnalis tempore, etſi tale Plenilunium nullus Chronologus hactenus introduxerit. Iterum videndum eſt, an & quomodo hæc vera ſint.

1. Annis P. Jæ. 729. completis & 299. diebus ſive 9. M. circiter ab annis 4713. ſubtractis, manent pro intervallo totali 3983. anni & 3. M. inter conditum Mundi & Epochæ Chriſtianæ initium intercepti. Si ab hoc intervallo intervallum 3949. annorum & 3. M. Scaligerianum ſubtrahatur, manent 34. anni in intervallo Petaviano πλεονάζοντες.

2. Tempore autumnali ipſi Axiomati primo hujus capitis conſentaneo, in hanc 26. Octob. f. 1. neque Plenilunium neq; Æquinoctium autumnale medium ſecundum ſubſequentes calculos incidit. Illud enim ſecundum Tab. Nic. Müllerii in 27. Oct. f. 2. 8. hor. 1. I. 40. II. p. M. N. in Friſia, & ſecundum Tab. Novil. Petavii inquand. 27. Oct. f. 2. 7. hor. 16. I. 42. II incidit. Cum hæc 26 Oct. f. 1. neq; ☌ neq; ☍ exhibeat, qualis Ergo hæc 1. Tiſri fuit?

Æquinoctium autumnale vero ſecundum Tab. Æquinoctiorum Petavii factum eſt 25. Oct. f. 7. 21. hor. 46. I. p. M. N. Lutetiæ.

3. Si vel maximè hæc 26. Oct. f. 1. eſſet prima Tiſri tam Lunæ Solaris quam Tropica: tamen ea annum primum in Cyclo Sabbathico & Jobelæo minimè inchoaſſet. Hic Character divinus conſiderandus eſt in anno P. Jæ. 731. Annis 731. & 6. & 731. & 20. additis, & 737. quidem per 7, 751. vero per 49. diviſis, illic 2, hic 16. manebunt: hoc eſt, annus P. Jæ. 731. eſt & fuit annus ſecundus in Cyclo Sabbathico & 16tus in Jobelæo inchoatus cum prima Tiſri anni P. J. 730. videl. 12. Oct feria prima.

4. Denique quædam intervalla minora totale intervallum 3983. annorum & 3 M. illud conſtituentia ſunt falſa. Tale eſt intervallum quartum, quod Petavio contra manifeſtum Scripturæ textum eſt 519. loco 480. annorum. Quæ omnia Epo-

M   cham

cham mundi Shaligerianam veràm, Petavianam autem falſam eſſe firmiter concludunt.

6. Dicat aliquis cum Doctisſimo ſui temporis Chronologo Dn. Leonhardo Crentzhemio, cujus Obſervationes Chronologicæ Lignitii Anno 1605. impreſſæ mihi anno 1649. â Præſtantisſimo Juvene ipſiuſque Crentzhemii nepote Dn. Gottfrido Baudiſio oblatæ, & dono datæ ſunt, quod, prout ipſe Crentzhemius l. 1. Obſerv. Chronol. c. 1. p. 1. tradit, mundus conditus ſit die â Cal. Jan. 108. 18. Apr. f. 1. Anni P. Jæ. 743. Cyclo ☉. 15. ☽. 2. & Ind. 8, quod æquinoctium vernum medium factum ſit die â Cal. Jan 111mâ, 21. Apr. f. 4, Novilunium Paſchale die â Cal. Jan. 114. 24. Apr. f. 7, quodque prima Tiſri ſequens fuerit 18. Oct. f. 2, & æquinoctium autumnale inciderit in 25. Oct. f. 2, prout idem Dn. Crentzhemius ipſe addit l. 1. Obſ. c. 2. p. 27, licet idem Chronologus neque Periodum Julianam, quam utpote Scaligerianam l. 2. c. 6. ſummis laudibus exornat, neque cyclorum Solis, Lunæ, & Ind ullam mentionem addat. Videamus jam an & quomodo hæc vera ſint

1. Tempus vernum uti Axiomati primo contrariatur, ita ad natale mundi tempus communi hodiernorum plerorumq; Cronologorum judicio ineptum videtur, ne dicam, quod hac ratione cyclorum Sab. & Job. initium ab autumno inver per vim transfertur.

2. Poſito æquinoctio verno minimè autem conceſſo, conferantur commoditates Natalis mundi Scaligeriani & Calviſiani cum incommoditatibus natalis Crentzhemiani: & apparebit illum commodiorem eſſe, hunc ineptiorem & inertiorem.

3. Prima certè Niſan hæc 18. Apr. f. 1. utpote Novilunio Paſchali deſtituta nihil minus eſt quam prima Niſan utpote non ſolum erronea: verum etiam incommoda, certè primâ Niſan Codomanni & Buntingi, qui Novilunium Paſchale non in ſeptima, ſed in quarta Hexaemeri die figunt, longè incommodior, quia Novilunium tale Paſchale vel in prima vel in quarta creationis die, in qua luminaria creata ſunt, non in f. 7. eſt ponendum; licet negari non posſit, quod Novilunium hujus anni 743. Paſchale ſecundum Calculum Petavianum inciderit in 24. Apr. f. 7. 19. hor. 10. I. & 52. II. Lutetiæ, & ſecundum Tab. Mullerii Coper-

pernicianas in 24. Apr. f. 7. 19. hor. 27. I. & 51. II. in Friſia, & proinde prima Tiſri ſequens fuerit 18. Oct. f. 2. 23. hor. 52. I. 10. II. p. M. N.

4 Ita per Tab. Æquin. Petavii æquinoctium vernum in anno P. J. 743. fit non 21. Apr. f. 4. ſed 22. Apr. f. 5. neque ſequens æquinoctium autumnale 25. Oct. f. 2. ſed 26. Oct. f. 3.

5 Per Canonem 6. & 7. l. 1. Annus P. J. 743, 743 & 6. & 743. & 20 additis, & 749 quidem per 7, 763 vero per 49 diviſis, eſt & fuit annus ſeptimus in Cyclo Sabbathico & 28. in Iobelæo. At primus annus mundi debet eſſe annus primus in utroque cyclo. Neque enim hoc, quod Cyclus Iobelæus non 49. ſed 50. ſolidos annos contineat, prout Dn. Crentzhemius l. 1 obſ c. 14. p. 52. ſtatuit, utpote & hypotheſi ſecundæ & plerorumque Chronologorum ibidem citatorum conſenſui contrarium eſt concedendum.

6. Annis P. Jæ. 742 & tribus cum ſemiſſe menſibus ad conditũ Mundi Crentzhemianũ elapſis ab annis P. J. 4713 ſubtractis, manent pro intervallo totali 3970. añi & 8. cũ ſemiſſe mẽſes quod ita majus Scaligeriano & vero eſt 21. cum ſemiſſe annis, qui Pleonaſm⁹ in Crentzhemianis intervallis partialib⁹ ita invenitur. Intervallũ primũ e 3. compoſitũ Dn. Crentzhemio eſt 2453. añorum completorum, ubi 6 menſes abundant. Intervallũ ſubſequens eidẽ Crentzhemio eſt 431. añorũ, & 2. menſiũ, loco 427. majus verò 4. ſolidis annis. Denique ultimum intervallum Crentzhemianum ponitur 606. annorum loco 589 annorum 4. & 17. añis & 6 menſibus additis, aderunt illi 21. cũ ſemiſſe añi. Ab initio primæ Olympiadis ad Epochæ Chriſtianæ initium omnium conſenſu elapſi ſunt 775. anni & 6. M, quemadmodũ excidiũ Hieroſolymitanum prius incidis in primum quadrantem anni Olympidiaci 187. 186. annis & 3. M. ab annis 775, & 6. M. ſubtractis, manent 589. anni & 3. M.

Dicat ſeptimò aliquis cum Buntingo ab initio Mundi conditi ad Epochæ Chriſtianæ principium elapſos eſſe annos 3967. completos & 9. Menſer, hoc eſt, mundi conditum (3967. annis & 9. M ab annis 4713. completis ſubtractis, & 745. annis & 3. M. reliſtis) verno tempori auni P. Jæ. 746ti Cyclo ☉. 18. & ☽. 5. præditi aſſignandum venire, Natalem Mundi eſſe 21. Apr.

 f. 1. in

f. 1, in hanc verum Novilunium, & medium in 22. Apr. f. 2. inci-diſſe, & deniq; 23tiam Apr. f. 3. Æquinoctio verno vero & 24tam Apr. f 4. Æquinoctio medio inſignem fuiſſe. Iterum videamus, an & quomodo hæc vera, & ſuperioribus cognoſcendi princi-piis ſint conſentanea.

1. Tempus vernum contrariatur Axiomati, primo.

2. Hoc tempore verno erroneo, ipſa quoque prima Niſan eſt erronea Licet enim Novilunium medium non autem verum ſecundum calculum Cæpernicianum incidat in 21. Apr. f. 1. 10 hor. 37 I. 49 II. p. M. N. in Friſ, & per Petavianum in eandem 21. Apr. f. 1. 10. hor. 11. I. 49. II. p. M. N Lutetiæ: tamen æquino-ctium vernum medium ſecundum Tab. Æquin. Petavii non in-cidit in 24 Apr. f 4. ſed in 22 Apr. f. 2. 0. hor. 20. I. qua ratione hæc 21. Apr. f. 1. & prima Niſan fuit quidem Lunæ-Solaris minime autem Tropica, qualis ſupra erat prima Tiſri Scaligeriana.

3. Si vel maximè hæc prima Niſan Buntingi concedatur, tamen ea neque primum annum in cyclo Sabbathico neq; pri-mum annum in cyclo Jobelæo exorditur. Annis enim 746. & 6. & 746. & 20 additis, & 752. quidem per 7, 766. autem per 49 di-viſis, illic 3. hic autem 31 remanebunt, hoc eſt, annus P J. 746. iſque primus annus Buntingi conditi Mundi eſt annus tertius in Cyclo Sabbathico & 31mus in Jobelæo. Hoc primæ concoctio-nis vitium Buntingianum facit, ut omnes annorum Sabbathi-corum & Iobelæorum in tota Buntingi Chronologia annota-tiones ſint vitioſæ.

4. Annis 3949 & 3. M tanquam intervallo totatali Scali-geriano ab intervallo Buntingiano videlicet ab annis 3967. & 9. M. ſubtractis manent 18. anni & 6. M. πλεονάζοντες. Unde fit, ut intervalla quædam minora ſint vitioſa. Intervallum primum Buntingi é 3 compoſitum eſt 2453 annorum completorum, ubi 6. menſes abundant.

Intervallum quintum eidem Buntingo, uti etiam Ubboni Emmio, eſt 428. annorum & 4 M: ubi 13 menſes ſuperſunt.

Sextum denique intervallum partiale eidem Buntingo eſt 606. annorum & 4. menſium, ubi iterum 17. fere annorum completorum πλεονασμὸς occurrit. Unde concluditur, quod Chronologia Buntingi, licet μαθηματικωτάτως conſcripta, ſit erro-

erronea, ipſaque Epocha Mundi Scaligeriana Buntingianæ omnino præferenda. Eruditionis Mathematicæ Buntingianæ teſtimonium inter alia infinita eſt & ſit hoc, quod in Chronologia p 12. facie b. inter alia addit, quod 12. May f. 1. (Anni P.J. 746.) in primo anno Mundi fuerit prima Thot Ægyptica; idque exacte cum Canone 8. Libri I, per quem & annus Nabonaſſaræus prolepticus 746 provenit, convenit.

8. Epocha Mundi conditi in Sole temporum Dn. Haynlini.

De infinitis hujus Solis temporum ſive Chronologiæ myſticæ abſurditatibus, quarum plurimæ in Differt. Chronologica enumeratæ & refutatæ ſunt, alibi dicendum, & hic ſola Epocha Mundi Haynliniana examinanda. Dicat ergo adverſarius octavò cum Haylino, quod mundus conditus ſit in autumno (ipſum enim natalem Mundi Haynlinus nullibi exprimit, neque forſan exprimere potuit) anni P.Jæ. 750 Cyclo ☉. 22 & ☽. 9no præditi: Ubi notandum, quod Haynlinus, nullâ primæ Tiſri diei mentione additâ, lapſum Adami, nullo fundamento præmiſſo, aſſignet 28væ Oct. f. 7, quemadmodum Novilunium medium 30mæ Oct. f 2dæ & æquinoctium autumnale 25tæ Oct. f. 4tæ. Hæc jam breviter ſunt examinanda.

1. Nullus unquam Chronologus de die lapſus Protoplaſtorum ſollicitus fuit, antequam natalem mundi in certa die Juliana expreſſerit, licet ipſum autumnale tempus Axiomati primæ hujus capitis ſit coætaneum.

2. Per ſequentem triplicem calculũ prima Tiſri Moſaica revera eſt dies a Cal Ian 274 prima Oct f 1 Anni P.J. 750. 15ta Tiſri 15. Oct f 1. & ultima & 30ma Tiſri 30. Oct. f. 2. & prima Marcheſan 31 Oct. f. 3.

1. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni P J.		d	h	I	II	☉	☽
65		99	14	42	26	10	9
685	A	2	4	32	0 S.	12	0 A.
750	♂	97 incópl.	10	10	26	22	9
6. Lunationes		177	4	24	19	A	
prima Tiſri		274	14	34	45	22	9

Lunatio	29		12	44	3	A.	
Novil. March.	304		3	18	48	22	9
Pro 9. Menſibus	273	S					
Prima Marcheſ Oct.dies	31		3	18	48	22	9

Diei â Cal. Ian. 97mæ 7 Apr f. 6tæ Novilunium eſt prima Niſan, & proinde dies 274. 1. Oct. f. 1. eſt prima Tiſri, & ſequens Novilunium & prima Marcheſvan eſt 31. Oct. f. 3. non verò 30 Oct. f. 2. Dixerit hic ipſe Haynlinus, quam commoda hæc prima Tiſri videlicet 1. Oct. f. 1. reſpectu 28væ Oct. f. 7mæ, quæ 28va Tiſri extitit, fuerit, & utrum Protoplaſti â 6. Octobr. f. 6. ad 28. Oct. f. 7. per 23. dies ante lapſum in Paradiſo commorati ſint.

Per Tabulas Syzyg. noſtras inveniuntur pro prima Niſan anni P. J. 750. 97. die incompl. 11. hor. 40. I. 21. II. cyclus ☉ 22. ☽ 9. Lipſiæ, pro prima Tiſri 274. die. 16. hor. 4. I. 40. II. & pro prima Marchesvan 304. die 4. hor. 48. I. 43. II. p. M. N, quemadmodum per Tab. Müll. Copernicianas pro prima Tiſri 1. Oct. f. 1. 15. hor. 0. I. 43. II. & pro prima Marcheſvan 31. Oct. f. 3. 3. hor. 44. I. & 46. p. M. in Friſia.

Novilunium ergo non incidit in 30. Oct. f. 2, prout Haynlinus ponit, ſed in 31. Oct. f. 3. Negat hæc omnia Dn. Haynlinus in Vindiciis p. 44, id per calculum Rudolphinum confirmat, & poſtea tamen p. 45. in fine Novilunium Anni P. J. 750. 29. Oct. 16. hor. tempore â Meridie completo, 30. Oct. 16. hor. tempore â Meridie currento, 30. Oct. 4. hor. tempore â M. N. completo & tandem 31. Oct. 4. hor. quæ 4. horæ ſupra etiam provenerunt, tempore â M. N. currente accidiſſe affirmat, hiſque omnibus remtotam in rei veritate manifeſtam non declarat, ſed obſcurat: Unde apparet, quod nova hæc Mundi Epocha Haynlini non tantùm omni arte, verum etiam omni ratione deſtituatur. Nam unde Haynlinus Adamum 28. Oct. f. 7, quæ ad Adæ lapſum quodammodo inepta fuit, & cum præſertim nullam primam Tiſri præmiſerit, lapſum eſſe probabit, niſi ante natalem mundi in certa die Juliana ad Scaligeri, Mæſtlini, & Petavii exemplum expreſſerit? quos Chronologos Haynlinus imitari detrectavit non Chronologiæ melioris afferendæ ſtudio; ſed vel Aſtrono-

miæ

miæ odio, vel operationum inde deſumendarum tædio, licet hoc unicum verum ſit, quod æquinoctium autumnale medium ſecundum calculum Petavianum inciderit in 25.Oct. f.4. 18.hor. & 6. I. p. M. N. Lutetiæ.

3. Etſi verò hæc prima Tiſri dies videlicet 1. Oct. f. 1. quantumvis ab Haynlino omiſſa annum in Cyclo Sabbathico primum inchoat, quod patet, ſi, Charactere Sabbathico non in anno P. Jæ. 750. ſed in 751. quærendo, 751. & 6 addantur, 757. per 7. dividantur, & unitas relinquatur; minimè tamen primum in Cyclo Jobelæo, ſed 36tum inchoat: quia 36 remanebunt, ſi iidem 751. anni & 20. addantur, & 771. per 49. dividantur. Nedicam, quod hæc prima Tiſri tantùm ſit Lunæ Solaris, minimè autem Tropica.

4. Si jam intervalla minora, quæ (749. P. Jæ. annis & 10. M. ab annis P. Jæ. 4713. ſubtractis) 3963. annorum & 2. M. totale intervallum conſtituunt, examinanda forent, plura abſurda Haynliniana proditura eſſent. Ultimum ſaltem intervallum conſideremus. Excidium Hieroſolymitanum Haynlinus contra manifeſtum characterem, quod idem annus fuerit annus Sabbathicus & annus 28vus in Cyclo Jobelæo, qualis ſine dubio eſt annus P. Jæ. 4124tus, attribuit Decembri Anni P. J. 4109, qui eſt annus 2dus in Cyclo Sabbathico, & annus 13tius in Jobelæo. Annis 4108 & 11. M. ab annis 4713. ſubtractis, manent pro intervallo hoc ultimo 604. anni & 1 M, quod intervallum quintum majus vero eſt 14. annis & 10. M. Errorum hic plena ſunt omnia, & propterea Authori ſuo vel relinquenda vel remittenda.

9. Epocha Mundi conditi Alſtedii.

Dicat Adverſarius 9. cum Alſtedio, quod mundus condi cœperit 25ta die Martii añi P. Jæ. 764ti, & quidem, prout Alſtedius in ſectione ſecunda Theſauri Chronologici p. 38. & alibi ſatis inconſiderate addit, f. 1. ipſo æquinoctii verni tempore, quia Alſtedius hanc 25tam Martii primam Niſan fuiſſe dicit.

Hæc jam breviter ſunt perpendenda.

1. Dum Alſtedius conditui Mundi tempus vernum attribuit, eo ipſo & Axiomati primo & Scaligero, e quo pleraque deſumpſit, contradicit.

2. Hæc 25 Martii añi P. Jæ. 764ti neq; eſt feria prima, neq; prima Niſan, ſed potius quidvis aliud. 1.25ta

1. 25ta Martii Cyclo ☉. 8vo año P. Jæ. 764to competente eſt dies â Cal. Jan. 84, & Cyclo ☉. 8. aſſcribitur f. 4. 84. & 3. additis, & 87. per 7. diviſis, manent in reſiduo 3, hoc eſt, hæc 25ta Martii non eſt f. 1 ſed tertia: At Mundus f. 1. condi cæptus eſt.

2. Vera prima Niſan añi 764ti ſupra in Canone V. L 1. erat dies â Cal. Jan. 122. 2. May. f. 6. vel feriæ 6tæ reſpectu ad Natalem Mundi minus commoda: Unde pro una Lunatione ejuſque quadrante, videlicet 36 die. 21 hor. 55 I. 4 II. â 122 die. 19 hor. 25 I. 15 II. ibidem in Calculo Calviſiano inventis ſubtractis, manent 85 die. incompl. 21 hor. 30 I. 21 II, hoc eſt, ultimus quidam Lunæ quadrans incidit in diem â Cal Jan. 85tam finientẽ 26 Martii f. 4. Unde apparet, quam turpiter ſe Alſtedius hic det cum ſuo novo 25tæ Martii f. primæ Natali Mundi.

3. Ita idem Alſtedius in Chronologia Calendariorum & in Calendario primi Anni Mundi dicit, quod 28va Martii f. 4. quæ tamen 28 Martii fuit f. 6, Sol fuerit locatus in Ariete, cum tamen ſecundum operationes ſupra in Canone primo præmiſſas ſol die â Cal. Jan. 112. 22. Apr. f. 3tia demum in Arietem venerit.

4. Hæc prima Niſan Alſtedii ſpuria 25ta Martii f. 3. non inchoat annum primum in Cyclo Sabbathico & Jobelæo, prout ſupra 26. Oct. f. 1. faciebat, ſed ipſum annum Sabbathicum & Jobelæum & quidem prolepticum ultimum mediat, ſive in duas æquales partes ſecat.

5. Denique per hunc integri ſemeſtris prochroniſmum fit, ut in toto Alſtedii Theſauro nulla Epocha nullumque intervallum ſe rectè habere poſſit, quia, annis P. J. 763. completis, & 3. M. ab annis P. Jæ. 4713. ſubtractis, intervallum Scaligerianum totale 3949. annorum & 9. M. loco 3. M. juſto majus evadit.

10. Epocha Mundi conditi M. Andr. Helvvigii.

Dicat denique aliquis adverſarius 10mò cum M. Helvvigio p. m. in Chronologia ſacra, quæ tamen multo magis eſt profana, quod ab initio Mundi ad 25 Dec. vulgarem Chriſti natalem anni P. Jæ. 4713. (quæ tamen P. Ja. Helvvigio eſt inimica) hoc eſt ad Epochæ Chriſtianæ initium anni completi elapſi ſint, 3836 & 98. die. hoc eſt 3. circiter menſes inter 19. Sept. Natalem mundi Helvvigianum & inter 25. Dec. intercepti, quod mundus condi cœpe-

[illegible] 10 Sept. f. 1, quodque hæc 19 Sept f. 1. & prima Tiſri dies [illegible] æquinoctii autumnalis [illegible] erit. Annis 3836 [illegible] M. ab [illegible] P. Jæ. 4713. ſubtractis, [illegible] anni P. Jæ 876. completi, & [illegible] M, hoc eſt, mundi conditu [illegible] us aſſignatur diei [illegible] Cal Jan. 263, tiæ 19 Sept f. 1. Anni P. Jæ. [illegible] 877mi & cyclo Solis 9. gaudentis. Iterum jam ordine videamus, an & quomodo hæc vera ſint.

1. Autumnale quidem anni tempus Axiomatis primi [illegible] [illegible]que placitis eſt conſentaneum.

2. Quod autem Novilunium medium anni P. J. 877mi non in 19 Sept. f. 1. ſed vel in 7. Sept. f. 3, quæ dies tamen minime prima Tiſri ſuit, vel in 7. Oct. f. 5. inciderit, id per ſequentes 3. calculos, ut Helwigius eo fortius conſtringatur, ita demonſtrandum erit.

Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni P. Jæ.	d	h	I	II	☉	☽
4[illegible]	105 cōpl.	15.	50	4	13	3
837 A.	2	16	12	27 S.	24	0 A.
877	103 incōpl.	23	37	37	9	3
[illegible] Lunationes	147	15	40	16	0	0 A
Novil. prius Sept.	251	15	17	53	9	3
Lunatio	[illegible]	12	44	3 A		
Nov post Octob.	281	4	1	56	9	3

Per Tabulas Müllerii Copernicanas invenitur per priores Septembris Novilunio 7. die. 15. hor. [illegible] I. 5[illegible] II, & pro poſteriore 7. Oct. 4 hor. 2[illegible] I. 54. II. in Friſia p. M. N. quemadmodum per Tab. [illegible] noſtras itidē pro poſteriore Novil. 7 Oct. 5 hor. [illegible] [illegible] II. poſt M. N. Lipſiæ numerata. Vera ergo prima Tiſri Anni P. J. [illegible] eſt dies a Cal. Ian. 281. 7. Oct. f. 5: unde hæc prima Tiſri Helwigiana 19 Sept. f. 1. plane incepta eſt. In anno quidem P. J. 877. [illegible] Novilunium quoddam incidit in 19. Sept., quæ tamen [illegible] plane neceſſaria ſed f. 6. exiſtit

Eat nunc [illegible] & cum Helwigio eodem in paraceleuſm[illegible] Stralſundi edito [illegible] paradoxa defendere ſatagat [illegible]

N Altro

Aſtronomia, quà Aſtronomia, non curet mundi antiquitatem, ortum, & interitum, quod non Philoſophi ſed Theologi ſit, in tempora moresq́; mundi inquirere, quod Aſtronomia nihil ad Chronologiam conferat, præter Cyclos Solis & Lunæ, quod è ſolis divinorum librorum hiſtoriis & teſtimoniis años inde ab orbe creato diſcere fas ſit, quod Prophetæ Chronologi minimè autem Aſtronomi fuerint, quod denique Chronologia minimè Mathematicæ curationis ſit, quodque toto genere ab Aſtronomia diſſideat, & experietur ſe cum Helwigio toto cœlo aberrare.

3. Ita per calculum tam Petavianum quam Calviſianum æquinoctium mediũ autumnale nõ incidit in 19. Sept. ſed in die â Cal. Jã. 298. 24. Oct. f. 1. 12. ho. vel 13 hor. p M. N. Lutetiæ & Lipſiæ.

4. Neque verò primus annus Mundi Helwigianus hoc eſt annus P. J. 878 eſt añus primus vel in Cyclo Sabathico vel in Cyclo Iobelæo, ſed 878 & 6, & iiſdem 878 & 20 additis, & 884 quidem per 7, annis verò 898 per 49 diviſis, annus ſecundus quidem in Cyclo Sabbathico, annus 16tus autem in Cyclo Jobelæo, id quod eſt contra ſuperiora principia.

5. Denique Helwigiano 3836. annorum completorum & 3. Menſium intervallo totali â Scaligeriano 3949. añorum & 3. Menſium intervallo totali ſubtracto, manet 113 añorum completorum immanis & hactenus inaudıtus defectus. Omiſſis autem partialibus reliquis defectibus, conſideremus ſaltem tertium & quartum Helwigii intervalla minora. Tertium enim intervallum Helwigio eſt 402 añorum loco 427 añorum, & proinde integris 25 añis juſto minus. Quartum autem intervallum eidem Helwigio eſt 507 añorum loco 589 añoru, & proinde iterũ 82 añis juſto minus: Quibus intervaliis ita poſitis & conceſſis, corruit omnis hiſtoriæ tam ſacræ quam profanæ antiquitatis veritas, & econtra toti Hiſtoriæ profanæ ab Herodoto, Thucydyde, Xenophonte, Polybio, Diodoro Siculo &c conſcriptæ & ab Euſebio, Hieronymo, aliiſque Patribus tanto ſtudio indagatæ inſignis aſſignatur falſitas. Tantæ molis & prolixitatis erit Scaligerianæ imò Moſaicæ & Dionyſianæ Mundi Epochæ veritatem probare & probatã à Codomani, Mæſtlini, Langii, Wichmañi, Petavii, Crentzhemii, Buntingi, Haynlini, Alſtedii, &

Hel-

H[illegible] contradictionibus & objectionibus vindicare. Qua tamen prolixitate hoc ſimul effectum eſſe poterit, ut ad præmiſſorum examinum Aſtronomicorum imitationem reliquorum quorumvis Chronologorum verbi cauſa Philippi Melanch. Funccii, Saliani, Geuebrardi, Buchholtzeri, Schuberti, Landsbergii &c. lapſus & ad Periodum Iulianam tanquam communem menſuram Chronologicam revocare, & expedite examinare cuivis ſit licitum. Si jam mundus 26. Oct. f. 1. Anni P. Jæ. 764 eſt conditus, & Adamus 6to Hexaemeri die hoc eſt 31. Oct. f. 6. â Deo ter Opt. Max creatus, lapſus fuit decimâ Tiſri die, hoc eſt, 4. Novemb. f. 3. Quæ conjectura mea in hoc fundatur, quia feſtum expiationis totius populi Jſraelitici a Moſe, Deo jubentte, decimæ Tiſri diei eâ ipsâ de causâ aſsignari videtur. Alphonſinorũ ſententiã non in ſacris literis, ſed in cœleſtibus ſaltẽ motibus Nicolai Mullerii judicio, quod extat in Tab. Friſicis p. 247. & 248, fundatam lubens omitto. Hi nimirum Alphonſini conditum mundi aſsignant decimæ Maii diei f. 1. Anni P. Jæ. Poſtulatiæ 5709, qui habet Cyclum Solis 25. & Lunæ 9, eſtque & fuit in Cyclo Sabbathico pariter & Iobelæo añus tertius, & hac ratione intervallũ totale 6984. annorum, hoc eſt, 3035. añis juſto m[illegible] faciunt, prout hanc Epocham Mundi Alphonſinam idem Ni[illegible] ibidem pluribus deſcribit. Cum itaque ſi non certi[illegible] longè certius, quam ab aliis Chronologus ſit, jã conſtet, quod ſecundũ Dionyſium Exiguũ, Sigebertum & Scaligerum illorum interpretem mundus. 26. Oct. f. 1. anni P. J. 764 ejuſque aliquot characteribus [illegible] diti ſit conditus, quodque hoc cõditi Mundi tempus neq; Euſebio neq; Bedæ ignot[illegible] facile jam ad Dn. Haynlini quæſtiones, quæ in V[illegible] p. [illegible] extant, reſponderi poſſet: ut, an nulla ab [illegible] condito vel ſaltem ab Ep. Chriſtianæ initio ad Scaligerum [illegible] Emendatores Calviſium, Ubbonem, Behmium, Reinholdum certa Chronologia fuerit &c. reſponderi poſſet, niſi hæc Haynlini abſurda vel omnibus paterent, vel nemini placerent, vel e Sola Chronologia myſtica prodirent.

[illegible] hic vel Myſticum Chronologũ vel quem[illegible] morabor [illegible], inter Scaligeri characteriſtica veritatẽ & certitudinem & inter Haynlini & Petavii myſticam & Sophiſticam

falſitatem & incertitudinem mediam viam invenire ſa[illegible] quoſdā Characteres dubios facit, intervallo totali inter Mun di conditū&EpochæChriſt. initiū intercepto excellentia quandā tribuit,&tandē eo confugit,quod characteresChronologici conjuncti&omnes id,quod ſinguli nō poſſent, præſtare queant. At veritas eſt unica, nulla inter veritatem & falſitatem convenientia,&proinde,ScaligerianâChronologiâ vera exiſtente, aliorūChronologiæ à Scaligeriana diverſæ ſunt erroneæ. Quod tamē non ita intellectum eſſe volo,quaſi omnimodā&infallibilē certitudinē, qualis exempli gratia Verbo divino merito tribuitur,per characteres Chronologicos,quorū verū uſum [illegible] Scaliger introduxit, haberi poſſe ſtatuā, vel omnia,quæ in aliorum Chronologorum Libris traduntur, pro falſis aut etiam Judæos pro mendacibus habeam,prout Dn. Haynlinus ſæpiſſimè mihi objicit. Character vero dubius minimè Character, ſed quidvis aliud exiſtit. Et licet totalis illius 3949. annorum intervalli à Dionyſio Exiguo primò ſecundum Sigebertum & Nicolaum Mullerium inventi quædam præ reliquis characteribus ſit excellentia, tamen id nō totum ſed per 3360. priores ſaltem annos inScriptura eſt fundatum, & ratione poſtremorum 589. annorū e Schola Scaligeri Chronologica oriundum. Is enim principiis & characteribus Chronologicis fretus & rite uſus demonſtravit, & Exodum ſoli anno P. J. 3217. aſſcribendum eſſe, & Excidium Hieroſolymitanum prius ſoli anno P. J. 4124. hoc eſt,anno Olympiadico 186 & 187, & anno Nabon 158. competere, & annum Epochæ Chriſtianæ primum cum ſolo anno P. J. 4714. convenire,& proinde, 4124 ānis ab annis 4714 ſubtractis, intervallum illud ultimum partiale 589 annorum exiſtere.

CANON III.

Characterem Sabbathicum & Jobelæum in primo & omnibus mundi annis Scaligerianis invenire.

Etſi per ſuperiora & libri primi & huius c. 1. principia [illegible] tum eſt & indubitatum, quod primus annus Mundi ſit primus annus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo, quodque proinde [illegible] Charactere Sabbathico & Jobelæo [illegible] mer' ānorum [illegible] do [illegible] : [illegible] ipſum [illegible] demonſtrandum. Annus [illegible] primus per Axioma 5. l. 1. eſt annus P. Jul. 765. At hic per Can. VI. &

VII.

[illegible] eſt annus primus in cyclo Sabbathico & Jobelæo, & proinde per Ax. [illegible] hujus capitis primi primus quoq; añus mundi eſt idem primus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo annus. Hinc E. ſequitur regula: Pro Charactere Sabbathico & Jobelæo in annis mundi Scaligerianis inveniendo numero annorum mundi dato nihil addendum, ſed idem numerus rectà per 7. & 49. eſt dividendus. Hæc regula per ſequentia exempla jam eſt declaranda.

Exemplum primum.

Quæritur quotus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo annus fuerit annus Mundi 2933, in cujus medio templum Salomonicum ædificatum eſt in menſe ſecundo, hoc eſt, ut plerique interpretantur, prima die ſecundi menſis, vel ſecundum Calviſium 6. May. f. 2. Annis 2933. per 7. & 49. diviſis, manent in reſiduo ciphra & 42. hoc eſt, añus Mundi 2933tius eſt annus Sabbathicus, prout Calviſius addit, & annus 42dus in cyclo Jobelæo, cujus rei mentionem Calviſius omittit.

Exemplum ſecundum.

Quæritur, quotus annus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo ſit annus Mundi 3528. Annis 3528 per 7. & 49. diviſis, idem annus 3528. erit annus ſeptimus in Cyclo Sabbathico & annus [illegible] in Cyclo Jobelæo hoc eſt annus Sabbathicus & Jobelæus ſimul [illegible] ultimus, quia annus ſequens Mundi 3529 eſt [illegible] in Cyclo Sabbathico & Jobelæo primo Danielis, hoc eſt, [illegible] de 70 hebdomadibus Danielis. Eodemque modo idem Character Sabbathicus & Jobelæus in omnibus Mundi annis facile inveniri poterit.

CANON IV.

Primum æquinoctium vernum, [illegible] æquinoctium autumnale, & ſolſtitium hybernum, & [illegible] ſolſtitium æſtivum in primo anno Mundi, [illegible] annorum mundi omnium per Tabulas æquinoctiorum Calviſii &, annis Mundi ad [illegible] Petavii quoque [illegible]

[illegible] anno Mundi cyclo [illegible] die æquinoctii [illegible] Calviſ. [illegible] 2. 21. Apr. [illegible] 11. hora 1. [illegible] in Tabula [illegible] Calviſii anno primo Mundi [illegible] Hinc facile [illegible] tempora inveniuntur.

	d	f	h	I	☉
Dies Æquin. V. Calviſiana	112 incópl.	4	15	33	9
Pro anno P. J. 764. Comm.	365 A.				
Summa dierum	477 incópl.	4	15	33	9
Diſtantia æquin Aut. & æſtivi	178	3	11	19	1 S.
Dies æquin. Autumnalis	299	1	4	14	8
Diſtantia æquin â Solſtitio hyb.	89	5	5	20	1 A
Dies Solſtitii eſt dies â Cal. Jan.	388	6	9	34	9
Pro eodem anno 764.	365 S.				
Dies Solſtitii hyberni eſt dies Jan.	23	6	9	34	9
Diſtantia Solſtitiorum	182	7	14	35	A
Dies Solſtitii æſtivi	206	7	0	9	

In primo E. anno Mundi dies æquinoctii autumnalis eſt dies â Cal. Jan. 299. 26. Oct. f.1. anni P. J. 764 Cyclo Solis 8. præditi, dies Solſtitii hyberni eſt dies â Cal Jan. 23 f.6. anni P. J. 765 cyclo ☉ 9 præditi, dies æquinoctii verni dies 112, 21 Apr f.4. ejuſdem anni, & denique dies Solſtitii æſtivi dies 206 24 Julii f.7 Eadem inveniuntur per ſequentem calculum Petavianum.

Pro die æquinoctii verni Anni P. J. 765. per Tab. Æquinoctiorum Petavii.

Anni P. Jæ.	d	f	h	I	☉
9	117 compl.	3	9	27	9
756 A.	5	5	18	36 S.	0 A.
765 Dies Æquin. V.	112 incompl.	4	14	51	9

	d	f	h	I	☉
Dies Æquin. Verni Petavii	112 incópl.	4	14	51	9
Pro anno Præced.	365 A.				
Summa dierum	477 incópl.	4	14	51	9
Diſt. æquin. autúnalis & æſt.	178	3	11	19	1 S
Dies Æquin. Aut. Añi 764	299 incópl.	1	3	32	8

Di-

Diſtantia Æquin à Solſtitio	89		5	5	20	1 A.
Dies Solſtitii hyberni	388		6	8	52	9
Pro anno P. J. 764	365	S.				
Solſtitiũ hyb. incidit in Jã. diẽ	23		6	8	52	9
Diſtantia Solſtitiorum	182		7	14	35	0 A.
Dies Solſtitii æſtivi.	205		6	23	27	9
Pro 6. Menſibus	182	S.				
Solſt. æſt. incidit in Julii die	23		6	23	27	9.

Eodemque modo in omnibus annis M. Scalig. per tabulas æquinoctiorũ Calviſii, &, Mundi añis ad P. Jæ. años reductis, per Petavii quoque Tabulas eadem 4. quæſita inveniri poterunt. Huic ſententiæ, quod æquinoctium autumnale medium Anni P. Jæ. 764 ti inciderit in diem à Cal. Ian. 299. 26. Oct. f. 1, contradicit Nic. Mullerius [illegible] c. 7. p. 16, quia Tabulis ſuis Año 1611. editis, quarum tamen Petavius in ſuo de doctrina temp. Opere Año Chriſti 1627 edito neque meminit, neque ullam rationem [illegible] idem æquinoctium autumnale 22 die Oct. f. 4. attribuit [illegible] major omnino fides habenda eſt Scaligero, Petavio, & Calviſio, quam [illegible] Mullerio, & quidem non de æquinoctio autumnali [illegible] ſaltem locutis.

CANON V.

Ab initio Mundi ad [illegible] Diluvii [illegible] effluxerunt anni completi [illegible] ἐν πα[illegible] 1655.

[illegible] Epocha diluvii non [illegible] Epocham Mundi [illegible] tamen numerus quæſitus & in Canone [illegible] Moſaico tanquam principio [illegible] præſuppoſito, ad Gen. c. 5. ductum hic eſt computandus.

	Anni		
A condito Mundi ad Nativitatem Sethi	130	completi	v. 3.
A nativitate Sethi ad Nativitatem Enos	105	compl.	v. 6.
A nativitate Enos ad Nativitatem Kenan	90	compl.	v. 9.
A nativitate Kenan ad Nativitatem Mahalaleel	70	compl.	v. 12.
A Nativitate Mahalaleel ad Nat. Jared	65	compl.	v. 15.

A Na-

A Nativitate Jared ad Nativitatē Enoch	162	compl.	[illegible]
A Nativ. Enoch ad Nativitatē Mathuſala	65	compl.	[illegible]
A Nat. Mathuſala ad Nativitatē Lamech	187	compl.	[illegible]
A Nat. Lamech ad Nativitatem Noah	182	compl.	[illegible]
A Nat. Noæ ad initiū Diluvii (Gen 7.v.11)	600	copl. 1 M. 16. [illegible]
Summa	1656	1 M [illegible]	

Porro in fine Can. 1. c.1. lib. 2di 4. intervalla poſita ſunt Ex[illegible] primum à conditu mundi ad Exodum Iſraelitarum interce- ptum melioris ordinis ergo in 3. minora intervalla jam eri[illegible] dividendum, quorum primum incipit cum conditu mundi [illegible] ſonit in diluvio: ſecundum inchoatur cum diluvio, & finitur in vocatione Abrahami, hoc eſt in anno 75to ætatis Abraham[illegible] año: tertii terminus à quo eſt idem añus Abrahami 75, termin[illegible] ad quem eſt Exodus Iſraelitarum: quartum initium numer[illegible] nis habet in Exodo finem in anno 4to Salomonis, quo a[illegible] Templum Hieroſolymitanum eſt ædificatum· quintum inter- vallum inter Templum à Salomone ædificatum & inter[illegible] Templum à Nebucatnezare deſtructum intercipitur: [illegible] denique ab Excidio Hieroſolymitano priore ad Epochæ Chri- ſtianæ initium numeratur & continuatur. Intervallis [illegible] ita conſtitutis, antequam ad c.2. accedamus, audiamus jam Dn. Haynlinum primo quidem 3949. annorum & 3. menſium inter- vallum totale Scaligerianum & deinde partia ia quoque & in- ſpecie hoc primum 1656. annorum intervall[illegible] p. 10. & ſeq [illegible] impugnantem. Hæc, inquit, à Dn. [illegible]do Chronologiæ Scaligerianæ deprædicata perfectio & certitudo aut conſi[illegible] in integra ac tota ſumma añorum ab [illegible] condito vel huc u[illegible] vel ad certum intervallum notum præterlapſorum, aut in ſin- gulis intervallis particularibus. Sed neutrum aſſeri poteſt. Non primum. Nuſpiam enim vel in [illegible] vel in exoticis, hiſtori[illegible] tat expreſſa hæc ſumma. Hactenus Haynlinus. Per integram autem annorum ſummam intelligit Dn. Haynlinus inter[illegible] lum totale inter Mundi con[illegible] cujuſque Chronologi & inter Epochæ Chriſtianæ initiū interceptū & ſupra 3949 añorū 3 men- ſium ſecundum Scaligerum conſtitutum. Licet ergo hoc Scalige- rianū totale 3949. añorum intervellū neq; in Sacris neq [illegible]

[illegible]

Google

ticis Hiſtoriis κτ τὸ ῥητὸν nō reperiatur: reperitur tamen in Sacris κτ διάνοιαν hoc modo, ſi intervalla partialia é Sacris literis maximā partem petita ordine, prout in canones. 1. hujus l 1. factum eſt, ſibi addantur. Si quis horum numerorum 2. 3. 4 5. expreſſam 14. ſummam non poneret, numeros autem iſtos partiales apponeret, nonne tacitè 14. illa non omiſiſſet? Simili ratione quia in primo intervallo ab omnib⁹ meliorib⁹ Chronologis 1656 anni è c. 5. & 7. Geneſ. deſumti ponuntur, quia in ſecundo intervallo à diluvio ad 75tum Abrahami annum 367. anni in tertio 430. anni, in quarto 480, in quinto denique 427 anni Scripturæ ductu numerantur, cur non 3360 anni inter conditum Mundi & excidium Hieroſolymitanum primum intercepti κτ διάνοια poſiti videantur? In ſexto quidem intervallo inter idem excidium & Epochæ Chriſtianæ exordiū intercepto vel obſcuritas vel difficultas quædā occurrere videtur: quæ tamē per Characteres Chronologicos à Scaligero e Scriptura deſumtos facile tollitur. Si enim excidium nulli P. Jæ. anno, quam 4124. competit, prout ſupra breviter dictū fuit, & infra in excidii Epocha demonſtrandum erit, etſi primus Chriſtianæ Epochæ annus eſt annus P. J. 4714, & nullus alius, facile & ſine dubitatione intervallum hoc, 589 annorum conſtituitur & conſtituetur. Sed pergit Dn. Haynlinus in intervalli totalis Scaligeriani ejuſque termini à quo examine, & incipit quidem, inquit, in Vind. p. 10. Scaliger curſum mundi cum 26. Octobris Anni P. Jæ. 764, &c. Sed addit: an hic annus primus mundi annus fuerit, id plures non ſine ratione negant &c. In quo examine multa reprehendi poſſent 1. quod primi anni Mundi characteres Chronologicos videlicet f. 1. cū 26. Oct. anni P. J. 764, cum Novilunio item cumq; Æquinoctio conjunctam, eamque anni in cyclo Sabbathico & Jobelæo primi ipſam diē Tiſri primam ſolitari e ſemper conſiderati, cum hi characteres conjungendi ſint. Deinde p. 11. ſubjungit & mihi affingit, quod hi Characteres omnib⁹ aſſenſum extorqueant. Ita idem Haynlinus p 11. non ſine abſurditate Chronologicum calculum non ab hebdomade creationis ſive à feria prima ſed à lapſu protoplaſtorum, cujus tempus peculiari Spiritus Sancti conſilio à Moſe expreſsè non ponitur, derivandum eſſe autumat, quia nullus Chronologus præter D. Haynlinum

eundem Chronologicum calculum à Protoplaſtorum lapſu hoc eſt à 28 Oct deduxit Illud vero non tantum ridiculum eſt, verū etiam tanto Chronologo, qualis Dn. Haynlinus eſſe vult, indignum, quod Dn. Haynlinus eadem p.11. contra 26 Oct. f. 1. anni P.J. 764. Scaligerianū objicit, quod ſingulis hebdomadibus totius anni feria prima recurrat: quo ipſo certe Dn Haynlinus magnam ſuam Chronologicorum Characterum ignorantiam probat. Etſi enim feria prima ſingulis hebdomadibus recurrit, cum 26ta tamen Octobris conjuncta non niſi ſemel in anno recurrit, imo neque præcedentibus 65. annis Iulianis neque totidem ſequentibus annis eadem 26. Oct. f. 1. redit. Anno P Jæ 758. cyclo ⊙ 2. dies à Cal. Jan. 299. 26. Octobris ſemper eſt f. 1, anno v. 759. cyclo ⊙ 3. eadem 26. Octob eſt f. 2, annus 760 cyclo ⊙ 4. f. 3, anno 761. cyclo Solis 5. 26 Oct. & quidem jam dies à Cal. Jan. 300ma eſt f. 5, anno 762. cyclo Solis 6. dies 26. Octob. fuit f. 6, quemadmodum anno 763. cyclo Solis 7. f. 7. Anni v. 764, cyclo Solis 8, in quo mundus ſecundum Scaligerum eſt conditus, adeoque 7. integris annis elapſis, eadem 26. Octobris fit f. 1. Ita etiam in ſequentibus annis hæc feriæ primæ cum 26. Oct. conjunctio non cernitur. Nam anno P. J. 765 cyclo Solis 9. 26. Octobris eſt f. 3. anno 766. f. 4, anno 767 cyclo Solis 11. f 5, anno 768, f. 6, anno P. J. 769 cyclo Solis 13. eadem 26. Oct. eaque dies à Cal. Jan. 300. eſt, & fuit f. 1. Sola E. feriæ mentio & cum certa certi menſis Juliani die conjunctio quemlibet P Jæ annū à 6 & ad minimum à 5. tam præcedentibus quam ſequentibus ejuſdem P. Jæ annis diſcernit, quod quia Dn. Haynlinus vel ignoravit, vel ſcire ſe diſſimulavit, ideo de hac re tam ſiniſtrè pronunciavit. Si vero ſimul ad Novilunium vel ad aliam Lunæ phaſin reſpiciendum ſit, licet Novilunii alicujus ad eandem diem reditus non niſi 19. annis Iulianis hoc eſt integro cyclo Lunari elapſo contingat, tamen eandem feriam non inchoat. Exempli cauſa, 19 poſt Natalem mundi Scaligerianum annis elapſis in anno P. J. 783 cyclo Solis 27 Lunæ 4 Novilunium medium factum quidem eſt die à Cal. Jan. 299 26. Oct. & quidem die itidem ab occaſu Solis inchoato at non f 1, prout in anno P. J. 764, ſed f. 4. Aliis annis 19. Julianis elapſis in anno P. J. 802 cyclo Solis 18. itidem & in anno Mundi Scaligeriano 38. Novilunium medium iti-

itidem fit die à Cal. Jan. 299. 26 Oct. ſed non f. 1. non f 4tæ ſed f. 7ma & quidem hora 3tia matutinâ. Aliis annis 19 additis, iterum in anno P. J. 82. & cyclo Solis 9 & ☽. 4. Novilunium medium incidit iterum in diem à Cal. Jan 300. 26. Oct. ſed neque in f. 1, ut in anno P. J. 764, neque in f. 4. ut in anno P. J. 783, multo minus in f. 7, ut in anno P. Jæ. 802, ſed in f. 3. Eandem feriarum variationem facile demonſtrare poſſem, ſi præcedentes P. Jæ. annos videlicet 745tum, 726tum, 707 &c. eodem modo percurrerem. Unde faciliùs appareret, quod feria hæc vel illa nō tantū cum certa die Iuliana verum & cum Neomenia cœleſti ab Autore aliquo conjuncta nō à 6 vel 5 aññis ſed ad minimum a 76. annis datum P. Jæ. annum evidenter diſcernat. Quemadmodum autem Dn. Haynlinus hoc primi anni Mundi characterum examen in vindiciis p. 15. non ſine vitio ita concludit: Ex his videt, inquit, prudens Lector, quam procul hi à Scaligero & Reinholdo aſſignati Characteres primi anni Mundi à vera Characterum proprietate hoc eſt deſignandi certitudine abſint & deinde ad intervalli primi Scaligeriani conſiderationem p. 16. accedit: ita ego meliori jure præcedentem & intervalli 3949. annorum totalis comprobationem, & Haynlinianam characterum Scaligerianorum Segregationem, & feriæ cum die Iuliana cumque cœleſti Neomenia conjunctionis declarationem ita finire & deinde Haynlinianam intervalli primi Scaligeriani cenſuram, quæ in vindiciis p. 16. & 17. ſequitur ponderare potero. Ex his iiſque cum ſuperioribus collatis videt æquus & Chronologiæ veræ non ignarus Lector, & quam accuratè characteres Chronologici Scaligeriani non tantum à feriarum Noviluniorum & Pleniluniorum vero & Æquinoctiorum & Solſtitiorum in Calendario Juliano ſitu nec non ab annorum Sabbaticorum & Iobelæorum curſu & progreſſu petiti quoſvis P. Jæ. años ab aliis diſtinguant, quam enormiter rationes contra intervallum illud totale ab Haynlino p. 15. ſummarie prolatæ eundem fallant, quod nimirum totale hoc 3949. annorum intervallum nulla probent infallibilia argumenta nullaque certa indicia vel è Scriptura Sacra vel ex alio autore deſumta, & quam vere denique idem Dn. Haynlinus ibidem exiſtimare me referat, quod Ill. Scaliger omnium os in Chronologia obturaverit, nec quis

quam ullam evidentem cauſam vel rationum ab eo diſcedendi, habeat quod nemo item, prout p. 17. ſubſequitur Dictatoriã poteſtatem, qua ego omnes ad annum Diluvii Scaligerianum 1657 amplectendum cogere coner, agnoſcere teneatur. Ad Haynlinianum primi intervalli Scaligeriani examen p. 16. ſubjectum quod attinet ego G. Rullenhagium neque indignis modis excepi neq; profanæ impietatis accuſari, ſed verba D. Behmii Audis fanaticum ingenium cum Moſe congrediens, &c. recitavi, quamvis vos, qui intervallum hoc primum incertitudinis arguunt, reprehenſine dignes eſſe non negem. Quod ſi Spiritus Sanctus, prout Dn Haynlinus ipſe fatetur temporum à mundi conditu ad Diluvium elapſorum cognitionem aliquam per Moſen tradere voluit, minimè certe incertam eam tradidit, ſed unius Patriarchæ exceſſum, qui tamen anni quadrante major minorque non fuit, alterius defectu compenſavit. De anni formã, quâ Patres ante diluvium uſi ſint, ſupra dictum. B. Auguſtini regula, quod Scriptura Sacra annos inchoatos pro completis vel contra, ſæpius uſurpat, non ad hæc tempora Moſaica ſed ad poſteriora & præcipue in annis Regum Juda & Iſraël ad oculum conſpicua eſt extendenda. Falſum deniq; eſt, quod Scaliger per verba illa ex Animadverſionibus in Euſebium deſumta, ab Haynlino ibidem poſita & ad tempora hæc ante diluviana minime extendenda aliquam intervalli hujus primi incertitudinem vel agnoverit vel confeſſus fuerit, & quia à condita rerum ad diluvium annos 1656. eſſe abſolutos ex epilogiſmis annorum, quibus natalis & mors Adami & poſterorum à Moſe ſignata ſunt, tam certum eſſe expreſsè dicit, quam nemo dubitarit. Contra intervallum hoc primum Dn Haynlino in Sole temporum eſt annorum ſaltem 1655. & 188. circiter dierum, quia p. 31. à lapſu Adami ad finem Diluvii annos Julianos 1656 & 198. dies & annos myſticos 1764. completos quorum ultimus ipſi eſt Sabbathicus, elapſos eſſe dicit. Unde ergo hi 188. dies, cum in Moſe Gen. 7. v. 11. 56. ſaltem dies ad diem 17. 2di menſis elapſi ponantur? cur item Dn. Haynlinus intervallum hoc non cum diluvii initio finito ſed cum diluvii fine terminat? Nimirum Dn. Haynlinus annorum myſticorum fundamento præſuppoſito, firmiter ſibi perſuaſit vel omnia vel certe pleraq; tam iræ quam

gra-

gratiæ divinæ operâ, quale Diluvium ſine dubio fuit, annis Sabaticis myſticis aſſcribenda eſſe. Quia ergo in Moſe non 1656. ſed 1655. ſaltem annos extare putavit, ut 1764. illos annos myſticos acquireret, ideo non tantum intervallum hoc ad finē diluvii extendit, cum tamen hoc iræ divinæ opus in Diluvii initio, toto genere humano, Noa excepto, brevi tempore extincto, maxime conſpicuum fuerit: verum etiam diluvii initium & finem contra expreſſum Joſeph teſtimonium verno tempori aſſcripſit. Hinc in anno P. J. 2406. in quo diluvium cæpiſſe ſentit, Æquinoctium vernum 9. Apr. Novilunium Niſan 27 Aprilis f. 3. contigiſſe Dn. Haynlinus in Sole temporum p. 32. dicit, cum tamen, prout in Diſſertatione mea in Scholio pag. 37. & 38. prolixè demonſtravi, prima Niſan tam Moſaica quam Judaica fuerit 30. Martii f. 3. Itaque quam verum eſt ad Diluvium años 1655. ſaltem elapſos, eſſe & Diluvium in annum Sabaticum incidiſſe, tam verum eſt totam Hemmologium Dn. Haynlini myſticum, utut in Vindiciis p. 44. & 45. per Tab. Rudolphinas ſpecioſè videatur defenſum.

Quomodo ab hoc numero è fontibus Moſaicis deſumpto recedant 1. Græca Biblia 2. Joſephus in libro 1. Antiquit. & 3. Euſebius in Chronicis, quomodo item alii non 1656. annos completos ſed 1655. ſaltem numerent, hæc omnia prolixè refert D. Behm. l. 1. Manual. tit. 1. c. 2. & tit. 2. c. 1. Et tantum de Epocha Mundi conditi.

CANON VI. & ultimus.

Ad initium Epochæ Mundi conditi elapſi ſunt.

Anni Nab. Proleptici	763 compl. 6. M.
Anni Per Julæ	763 compl. 10. ferè
Et proinde primus annus Mundi	
eſt annus Nabonaſſaræus prolepticus	763 & 764tus
& annus P. Julæ	765tus

CAPUT II.

De Periodi Judaicæ Epocha.

PEriodus Judaica denotat partim Epocham conditus Mundi Judaici in hoc capite primariò conſiderandam, partim Calendarii Judaici ratione motus Lunaris â Rabbi Hillel, reſpectu Tecupharum autem a Rabbi Adda circa annum Chriſti,

ut Scaliger vult, 344. inventi & primò à Sebaſtiano Munſtero, hinc à Scaligero, Petavio, Calviſio, Nicolao Müllerio in anno Judæorum Lunæ Solari & Paulo Guldino in refutatione Elenchi Calviſiani &c. pluribus expoſiti,& diverſis Tabulis comprehenſi formam, eamque non primario: ſed ſecundario nec ἀκριβῶς ſed ἐν πλάτει, paucis cognoſcendi principiis præmiſſis, hic ſimul breviter ad Calendarii Judaici Calviſiani utpote hac in parte commodiſſimi ductum exhibendam. Hujus nimirum brevitatis ſtudio & ſcrupulorum Judaicorum, quorum 1080. unam horam faciunt, & momentorum, quorum 76. in Tabula Tecupharum Addæ unum ſcrupulum Judaicum efficiunt, definitiones, & ipſarum Tecupharum Addæ conſiderationem Calviſianam & Scaligerianam, cui Mülleriana in eodem anno Lunæ Solari penitus eſt contraria,& rationem denique eam omittemus, quomodo è ſcrupulis Judaicis ſcrupula Logiſtica & Aſtronomica, & ex his viciſſim illa fieri poſſint, quam rationem certis tabulis tradunt Scal. Can. Iſag. l. 1. c. 1. & Dionyſius Petavius l. 7. de doctr. temp. c. 17.

DEFINITIONES.

1. Dies naturalis Judaicus eſt 24 horarum ſive 25920. ſcrupulorum Judaicorum, & 1969920. momentorum ſpatium, quo ſol in Edem, qui locus Hieroſolymâ eſt orientalior, conſideratus â puncto cœli, in quo hora ſexta veſpertina reperitur, digreſſus ad idem punctum motu primo redit.

Hunc locum Eden ſive Paradiſum primus Nicolaus Mullerius in anno Lunæ-Solari c. 2. p. 26. loco Hieroſolimæ ſubſtituit, ubi etiam addit, quod Meridiani Edenſis & Friſici differentia ſint 2. hor. 47. I. 10. II. adeoque 6. horis in cautione ſecunda Canonis ſexti l. 1 præſuppoſitis additis, 8. hor. 47. I. 10. II. Ipſi menſes Judaici in Periodo Judaica contenti ſunt vel Aſtronomici vel Politici.

2. Menſis Lunaris Judaicus Aſtronomicus eſt menſis Lunaris Synodicus non planè accuratus, ſed â Rabbi Hillel Authore 29. di. 12. hor. & 793. I. hoc eſt 44. I. 3. II. & 20. III. conſtitutus, qualis in def. 13. l. 1. erat menſis Synodicus Ptolemaicus.

Secundum Scaligerum & Calviſium Novilunia & Plenilunia Aſtronomica Judaica in 1500. annorum ſpatio una fere hora

vel

vel certè 59. I. unius horæ in §. 8. Scholii quinti in Fundamentis poſitis, quam Novilunia & Plenilunia Tychonica Copernicia-na & Prutenica, tardius contingunt, qui metachroniſmus in 36765. demum annis ad 24. horas excreſcit. Vera autem hujus Metachroniſmi cauſa eſt, quia menſis Lunaris Syvodicus Ptolemaicus & Judaicus major eſt Tychonico &c. 12tiis III. ferè unius horæ. Hinc etiam fit, ut idem dierum, horarum, & ſcrupulorum Judaicorum numerus, qui pro hoc vel illo anno Judaico ejuſque prima die Tiſri per Calendarium Judaicum invenitur, per Tabulas quoque Ptolemaicas Mulleri poſteriores, anno Judaico dato in anno P. Jæ. correſpondente ritè locato, expedite reperiatur, cujus rei exempla manifeſta infra occurrent.

3. Menſis Judaicus Politicus eſt certum & quidem vel 29. dierum, qui ca[illegible]um, vel 30. dierum, qui plenum menſem conſtituunt, ſpatium in omni Judaico anno ita diſpoſitum, ut non tantum Novilunium populare in primam diem menſis & Plenilunium in 15tum ἐν πλάτει incidat, verum etiam & prima dies Niſan & prima Tiſri Novilunium tohu habeant.

Novilunium tohu præcipuè in Tiſri conſideratur, ad quem Menſem unicum in tota anni Judaici conſtitutione reſpicitur, quia per primam Tiſri ſemper prima Niſan, 177. di. 7. f. ſubtractis, & 15ta Niſan ſive Paſcha, 163. di. 2. f. deductis, inveniuntur. Ita in Caoon[illegible] hujus l. 2. prima Tiſri Judaica Tohu erit dies â Cal. Jan. 274. 30. Sept. f. 2. Unde prima Niſan evadit dies 97. 6. Apr. f. 7 & Paſcha ſive [illegible] Niſan dies III. 20. Apr. f. 7, quia prima Tiſri Moſaica & melior eſt dies â Cal. Jan. 273. 29. Sept. f. 1, prima dies Niſan dies 96, 5. Apr. f. 6. & Paſcha dies 110. 19 Apr. f. 6. Talis prima Tiſri Tohu ibidem erat dies â Cal. Jan. 248. 5. Sept. f. 5 anni Judaici 3339, quia prima Tiſri Moſaica anni Mundi [illegible]528 anno illi Judaico reſpondentis melior eſt dies 276. 3. Oct. f. 3. Nomina menſium Judaicorum Politicorum ſunt eadem cum Moſaicis in def. 3. c. 1. hujus ſectionis primæ præmiſſis utrobique ita intelligenda & accipienda, ut, quemadmodum Niſan annum Moſaicum & Judaicum Eccleſiaſticum, ita Tiſri Politicum utrumque inchoet. Alternatum menſium plenorum & cavorum poſitum cauſatur 2. Lunationum quantitas eaque

59. di.

59. d. 1. hor. 18. I. 6. II. Eſt autem Novilunium Tiſri tohu vel Aſtronomicum, vel Eccleſiaſticum & Politicum.

4. Novilunium Tiſri tohu Aſtronomicum eſt id, quod per Calendarium Judaicum primò invenitur. Talia Novilunia Tiſri Aſtronomica Paulo ante erant 30. Sept. f. 2. at in ſecundo exemplo dies â Cal. Jan. 246. 3. Sept. f. 3, quia 246. di. adhærent 18. hor. & 969.

5. Novilunium Tiſri tohu Eccleſiaſticum & Politicum eſt tale Novilunium, quod per Calendarium quidem Iudaicum invenitur, & poſtea tamen vel propter horas 18. adhærentes, vel propter Adu, vel propter gatrad, vel propter batutacphat corrigitur. Tale Novilunium Tiſri in exemplo ſecundo adeſt, ubi è 246ta 3. Sept. f. 3. propter 19. horas & 89. I. Jud. adhærentia fit 4. Sept. f. 4. & ex hac per Adu 5. Sept. f. 5. Hæc regula vocatur JAH.

6. Eſt autem אדו, quando loco feriæ primæ quartæ, & 6tæ per א ד & ו denotatarum prima Tiſri Aſtronomica vel quandoque etiam Eccleſiaſtica transfertur in feriam ſecundam, quintam, & ſeptimam. Exempla Adu in ſequentibus occurrent plurima.

7 Novilunium Tiſri tohu Eccleſiaſticum Gatrad eſt, quando Epilogiſmus Judaicus in anno communi inque feria tertia præter numerum dierum vel 9. horarum & 203. I. præciſè exiſtit vel ab hoc numero ad 15. horas uſque & non ultra excreſcit. Vocabulum Gatrad technicum eſt Hebræum ג f. 3tiam; ט horas 9. & reliquæ literæ 204. denotant.

Exempli cauſa: Annus Judaicus 85. incipit ſecundum calculum Calviſianum infra ſubjiciendum cyclo Solis I. die â Cal. 281. compl. vel. die 282 incompleta f. 3. adhærentibus 12. hor. 91. I. Annus ſequens 86. incipit die 270ma f. 7. propter 20. hor. 967. I. adhærentia die 271. f. 1. & propter Adu die 272. f. 2. 85. diebus ad annum Iudaicum 85. & 271. ad annum 86. pertinentibus additis, fiunt 356 dies, quot dierum annus iſte 85tus ſatis abſurdè fieret, niſi correctio Gatrad interveniret. Hoc nimirùm è die ſuperiore 282. f. 3. facit diem 283. f 4tam, quemadmodum ex hac ipſum Adu diem 284. 10. Octobris f. 5, quæ eſt genuina prima

Tiſri

Tiſri tohu anni Judaici 85. 83 diebus & 271 diebus additis, fiunt 354 dies, hoc eſt annus Judaicus 85 eſt annus communis ordinarius.

8. Novilunium Judaicum Tiſri tohu batutacphad eſt tale Novilunium, quando Epilogiſmus Judaicus poſt annum Embolimæum vel 2 f 15 hor. & 589. I. Judaicorum exiſtit, vel ultra 18 horas non excreſcit.

Etymon batutacphad uti etiam gatrad. adu & badu ponit [illegible] 7 de doctrina temp. c. [illegible] Cur gatrad & batutacphad in Calendario Judaico maxime neceſſaria ſint, cauſas reddunt Calviſius in Iſag. & Paulus Guldinus libro 5. Ref. Elenchi c. 1. Exempla batutacphad in hoc Calendario Judaico habentur pauciſſima. Unicum ſaltem ſit in anno Judaico 75. Incipit is ſecundum Calendarii Judaici Calviſiani tabulam primam Cyclo ☉ 19 die à Cal. Jan. 272 incompl. 2 f. 17. h. 39. I. Judaicis. Videndum ante omnia, an annus Judaicus 74. fuerit annus Embolimæus. Incipit is in eadem tab. prima die à Cal. Jan. 252 incompl. f. 3. 9. hor. 130 I. in Cyclo ☉ 18, propter 19 horas adhærentes die 254. f. 4 & propter adu die 255 12. Sept. f. 5. 111. & 271 additis fiunt 382. ſaltem, quot dierum annus Iud. 74. isque Embolimæus foret, niſi batutacphat ſequenti modo correctionem [illegible]. Quia enim annus idem 74 eſt Embolimæus, f. 2da adeſt, [illegible]arum numerus 15 horis major & 18 minor eſt: Ideo batutacphat [illegible] die à Cal. Jan. 272. f. 2. facit diem 271, 30. Sep. f. 3, quæ eſt [illegible] prima Tiſri anni Judaici 75. Jam 111 & 272. additis, fiunt 383 dies, hoc eſt annus Judaicus 74. evadit annus Embolimæus deficiens. Licet autem in Calendario Judaico prima Niſan præcedentis dependeat â prima Tiſri ſequenti, per quam etiam, 177 diebus [illegible] facile inveniatur, in qua prima ut & 15ta Niſan [illegible] proprie locum habet; tamen Noviluniorum Judaicorum Paſchalium tohu tam Aſtronomicorum quam Eccleſiaſticorum ratio paucis comprehendenda, & his omnibus annorum Judaicorum diviſio in ſequenti Tabula præmittenda eſt.

Anni Judaici ſūt vel

- Aſtronomici iiq; vel
  - Communes è 354 d. + 8 f. 876 h. } compoſiti
  - Emboliſmares è 383. 5. 21 589 }
- Non Aſtronomici, qui ſunt vel
  - Eccleſiaſtici a vere inchoati, & quidem aut
    - comunes vel
      - Extraordinarii iique vel
        - Deficie[illegible]
        - Abunda[illegible] 35[illegible] die[illegible]
      - Ordinarii iiq; ſēp[illegible]
    - Emboliſmares, ſuntque vel
      - Extraordinarii iique vel
        - Deficie[illegible]
        - Abun[illegible] 3[illegible]
      - Ordinarii iiq, ſéper 3[illegible]
  - Politici ab autumno inchoandi, hi iterum ſunt vel
    - Communes diviſi in
      - Extraordinarios vel
        - Deficien[illegible] 353. d.
        - Abund[illegible] 35[illegible]
      - Ordinarios, qui ſunt 3[illegible]
    - Emboliſmæi qui itidem ſunt aut
      - Extraordinarii vel
        - Deficie[illegible] 38[illegible]
        - Abun[illegible]
      - Ordinarii iique 384. [illegible]

Eſt autem Novilunium Judaicum Tohu Paſchale vel Aſtronom[illegible] vel Politicum, & hoc vel propter 18 horas adhærentes, vel per badu[illegible] ctum.

9. Novilunium Paſchale Judaicum Aſtronomicum idqu[illegible] vel [illegible] primum vel hybernum ultimum eſt tale Novilunium, quod per Novil[illegible]um Tiſri Aſtronomicum in def. 4. deſc[illegible],177 d. 4 hor. 4[illegible] I. [illegible] invenitur, diſtans a Novilunio Paſchali Moſaico interdum aliquot [illegible] terdum verò integra Lunatione.

Exempli loco ſit prima Niſan Judaica Anni Judaici 2744. in Ca[illegible] cap. 1. inventa. 177. d. 4. hor. 4[illegible]. I. à 174. d. incompl. 1. hor. 2[illegible]. I. ibi[illegible] prima Tiſri Aſtronomica inventis ſubtractis, manent 96 dies incom[illegible]

[illegible]

[illegible] hoc eſt, prima Niſan Judaica Aſtronomica eſt dies à Cal. Jan. 96. 5. April. f. 6. coincidens cum Moſaica.

d		h	′	
274	Incõpl.	1	231	
177		4	438	S
96		20	873	

10. Novilunium Paſchale Judaicum Politicum propter 18. horas adhærentes correctum eſt, quando propter 18 & plures horas adhærentes numero dierum unitas additur.

Sic in præcedenti Exemplo propter 21. ferè horas adhærentes è die 96. 5. Apr. f. 6. fit dies 97. 6. Apr. f. 7.

11. Novilunium Paſchale Judaicum Politicum vel Eccleſiaſticum per badu correctum eſt, quando Novil. vel Aſtronomicum vel Politicum propter 18. horas correctum & in feria ſecunda, quarta & ſexta per ב ד & ו denotatis inventum transfertur in feriam tertiam, quintam & 7mam.

Exempli cauſa; Prima Niſan Aſtronomica Judaica anni Judaici 2744. eſt dies à Cal. Jan. 96. 5. Apr. f. 6. e qua per badu fit dies 97. 6. Apr. f. 7, in quo exemplo & definitionis 10mæ & 11mæ correctio ſimul occurrit. Hactenus definitiones, quibus plures [illegible] poſſent, niſi brevitati ſtudendum eſſet.

Axiomata.

ſcet quinarius, at 1468. & 42. additis, & 1510. per 49. diviſis, 40 Regulis, quarum beneficio quilibet anni diluvij vel iisdem characteribus ſignari, vel ſignati cum quibuslibet aliarum Epocharum annis concatenari posſint, hic opus non eſt, cum Epocha hæc diluvij in hiſtoria rarisſimè occurrat. Ita vel minus neceſſarium vel nimis prolixum foret, ſi aliorum Chronologorum & præſertim eorum, quorum in c. 1. hujus l. 2. mentio facta eſt, ejusdem Diluvij Epochæ nunc referendæ & examinandæ eſſent. Si enim Codomanni, Mæſtlini, Petavij, Buntingi &c. Epochæ Mundi, pro ut in Canone 2. c. 1. hujus l. ſecundi eſt demonſtratum, ſunt erroneæ, utpote in alienis P. Jæ locis poſitæ: erronea quoque erit Epocha Diluvij & Codomanni in anno P. Jæ 2227. & Mæſtlini in anno P. Jæ 2291., & Petavij in anno P. Jæ 2386. & Buntingi in anno P. J. 2402. &c. quia hæ ipſæ Epochæ omnes in falſis Periodi Julæ annis à viris illis Maximis ſunt collocatæ.

CANON IV.

Annos Patriarcharum, qui poſt diluvium vixerunt, usque ad 75tum ætatis Abrahami annum completus & 430. illorum annorum initium ſecundum Moſaicam veritatem è cap. 11. Gen. maximam partem deſumptam numerare & in 366. annorum & 6. menſium ſummam redigere. Antequam hoc fiat, ante omnia hoc primo præſupponendum eſt, quod Exodus Iſraelitarum ex Ægypto propter characteres infallibiles infra demonſtrandos ſe à vere anni Periodi Jul. 3217mi dimoveri non patiatur, id quod à Scaligero, Ubbone Emmio, Doctore Behmio; & Nicolao Müllerio in Tabulis Friſ. loco principij habetur, quodque proinde, annis P. Jæ 763. completis & M. 9. ad conditum Mundi Scaligerianum elapſis ab annis P. Jæ 3216. itidem completis & 3. Menſibus ſubtractis, intervallum hoc neceſſariò 2452. annorum completorum & 6. M. conſtituatur. Annis 1656. completis ad diluvium & annis 430. à vocatione Abrahami ad Exodum (Exodi 12. v. 40.) elapſis additis, & 2086. annis completis ab annis 2452. & 6. M. ſubtractis, manent anni 366. & 6. M. ab initio diluvij usque ad 430. annorum initium elapſi.

2. No-

2. Notandum eſt, quod reſpectu textus Moſaici & c. 11. Gen. in horum 366. annorum & 6. M. intervallo duo occurrant dubia. Primum eſt de vero anno nati Arphaxad. Secundum eſt, an Abrahamus anno ætatis Tharæ Patris 70. ſecundum τὸ ῥητὸν v.26.c.11. Gen., an verò 130mo natus ſit. Tertium dubium exoritur πρώτως è 70. Interpretum verſione propter Cainan, qui à Spiritu Sancto & Gen.11.c. & 1.Chron.1. v.24. omittitur, & tamen à 70. Interpretibus & Luca c.3.v.35. 70. illos ſecuto inter Arphaxadum & Salam medius ſiſtitur. Porro de anno Arphaxad vero cum anno Mundi 1659. ſecundum Dn. D. Behmium coincidente idem agit l.1. Manud.tit.1. c.4. Si anni ſequentes ita relinquendi ſunt, uti revera ſunt, hac ratione anni 365. proveniunt.

A nato Arphaxad ad Sala	ſunt anni	35.	Gen.11. verſu	12.
A nato Sala ad Eberum		30.		14.
A nato Eber ad Peleg.		34.		16.
A nato Peleg ad Regu		30.		18.
A nato Regu ad Serug.		32.		20.
A nato Serug ad Nahor		30.		22.
A nato Nahor ad Tharam		29.		24.
A nato Thara ad Abraham		70.		26.

A nato Abraham ad vocationem ſunt anni 75. Gen.12.v.5.

Summa horum annorum ſunt 365. completi.

His 365. annis à ſuperioribus 366. annis completis & 6. Menſibus ſubtractis, manent 1. A. & 6. M., ſubintelligendi per verba illa, quæ extant Gen.c.11. v.16. Secundum hanc mediam viam Arphaxad natus eſt 18. Menſibus, hoc eſt, 2. annis incompletis poſt diluvij initium, quod in hujus capitis Epocha terminum à quo ſuppeditat. Porro Abrahamum non 130mo ætatis Tharæ anno natum eſſe, hoc contra Judæos, Beroaldum, Tremellium, & Junium in Biblijs, Temporarium & Paræum breviter evincit idem D.Behm. l.1.Manud. Tit.2. c.6., neque aliter ſe res ipſa vel propter 366.annorum & 6.menſiũ intervalli hujus certitudinem vel propter annorum Sabbathicorum & Jobelæorum, qui per eo horum annorum inſertionem omnes turbarentur, infallibilitatem habere poteſt. Denique quo facto

Cai-

Cainan à D. Luca (ſi modo appoſitus unquam fuit, de quo ibidem meritò dubitat D. Behm.) appoſitus ſit, id dici nequit, & tamen fontes Moſaicos hic ſequi tutisſimum exiſtit, de quibus omnibus ibidem pluribus agit idem D. Behm omnino hic legendus. His breviter præmiſſis, ſequitur jam vera hujus Canonis expeditio, quæ aderit, ſi in ſuperiore Tabula loco duorum annorum à D. Behm è Gen.c.11.v.10. deſumptorum ponatur ſaltem 1. A. & 6. M.: Sic enim absq; errore & ulteriore dubitatione 366. anni completi & 6. M. comparabuntur. Finis horum 366. annorum & 6. M. erit tempus vernum anni M. 2023. & anni P. Jæ 2787., quorum annorum uterque eſt Sabbathicus. Unde Abrahamus circa Paſchale tempus horum annorum forſan & cum anni Sabbathici tam Exodici quam σαιρωσίμυ mentione & agni Paſchalis oblatione conjunctum à DEO vocatus fuit. Scaliger quidem l.2.Can.Iſag.c.1.p.119. dicit, quod à capite P. Julianæ hodiernæ ad annum vocationis Abrahami ſint anni 2786. & 0 M. Sed melius eſt, ut & 3. menſes additi paſchale tempus exhibeant, & anni 430. illi completi maneant. Antequam hoc caput concludatur, aliquid de Monarchiæ primæ initio in Epocham hanc diluvij incidente addendum videtur. Ut de Beati Lutheri, Philippi Melanthonis, Codomanni, Funccij, Buntingi & aliorum Chronologorum maximam partem ab Annio Viterbienſi ſeductorum erroribus, quoto nimirum vel mundi conditi vel diluvij anno Monarchia prima cœperit, jam nihil addatur, Africanus, prout Euſebius in Chronicis & ex Euſebio Joſephus Scaliger in Animadverſionibus alibique habet, primum Monarcham Belum imperare cœpiſſe dicit anno P. J. 2357. hoc circa annum Mundi Scaligerianum 1593., ſive 63. annis ante diluviū, cujus ſententiæ abſurditatem non immeritò carpit Petavius l.9. de doct. temp c. 12. & 13. Neq; melior eſt ipſius Petavij ſententia Monarchiæ primæ initium in anno Mundi 1809. hoc eſt in anno Mundi Scaligeriano 1843. locantis. Melior eſt Scaligeri de hac re deciſio, quam ſequitur & Calviſius in anno Mundi 1718., dum l. 2. Can. Iſag. in Canone Epocharum numer.25. à capite P. Jæ noſtræ ad æram Babyloniorum & initium Nini è tabularis Medorum 2480. completos adeoque annus Mundi 1716. effluxiſſe dicit, quæ ſententia duabus rationibus

ſequeu-

ſequentibus iisque ſufficientibus confirmatur. 1. Diodorus Siculus l. 2 dicit regnum Aſſyriorum ſtetiſſe annis 1360. usque ad Sardanapalum, licet hunc annorum numerum falſitatis & mendacii arguere fruſtra conetur Petavius l. 9. de doctrina temp. c. 13. Inde numerat Cteſias Cnidius apud eundem Diodorum ad Aſtyagem à Cyro victum, hoc eſt, usque ad annum Olympiadicum 217. (& ad annum Mundi 3391.) annos 313. Annis 1360. & 313. additis, & 1673. ab annis 3391. in quorum fine Monarchia prima deſiit, ſublatis, manent anni 1718.

2. Refert è Simplicio Petavius l. 9. de doctrina temp. c. 13., cujus hiſtoriæ meminit quoque Calviſius in Chronologia in anno Mundi 1718. quod, Babylone ab Alexandro Magno (anno Mundi 3620.) capta, Calliſthenes, Philoſophus Ariſtoteli de rerum Chaldaicarum antiquitate quærenti ex eadem Babylone miſerit antiquisſimas obſervationes à Chaldæis per 1903. annos ad Alexandri Magni tempora conſcriptas. Annis 1903. ab annis 3620. ſubtractis, manent anni Mundi 1717., circa quod tempus, Nimrodo ad decus Monarchicum evecto, obſervationes illæ cœleſtes in Babylone cœperunt. Utrum autem Nimrod Scripturæ ſit vel Belus Africani vel Ninus Juſtini, an hi reges diverſi Monarchæ fuerint, utrum confuſio lingvarum eodem, quo Nimrod ſecundum Moſen primus imperare cœpit, tempore facta ſit, & quomodo quilibet anni quorumlibet Patriarcharum Judicum atque Regum Judaicorum cum quibuslibet annis quorumlibet Monarcharum Babyloniorum ad Sardanapalum usque concatenari poſſint, de his inter Chronologos non convenit.

CANON V. & Ultimus.

Ad diluvium elapſi ſunt
Anni Nab. prolept. 2420. ——— 8. menſes
Anni Periodi Jul. 2419. compl. 9. ferè
Anni Mundi 1656. compl. 1. ferè
Anni Judaici 1467. compl. 1.
Unde primus annus diluvii eſt annus P. Jæ 2421.
annus Mundi 1657.
& Annus Judaic. 1468

S CAPUT

CAPUT IV.

De Epocha 430. annorum manſionis Abrahami & poſter[illegible] in Ægypto, quorum fit mentio Exodi 12. v. 40. & ad Gal. 3. v. 17.

CUm horum 430. annorum ſpatio ea contigerint, qu[illegible] tantum in poſterioribus 39. Geneſeos: verum etiam [illegible] prioribus 11. Exodi capitibus à Moſe de Abrahamo, Iſaaco, Jacobo; & Jacobi usquè ad Moſen & Aaronem poſteris referun-tur: ideo horum omnium notitia hic ante omnia vel [illegible] tenenda eſt vel è locis allegatis huc referenda. Princip[illegible] vis præter unam atque alteram hypotheſin hic opus [illegible] modo præcedentia principia pro circumſtantiarum ratione huc transferantur & rectè applicentur. Unde Methodus hu-jus capitis & Canonum hic erit, ut primò anni de his 430. annis primi Characteres tam cœleſtes quam civiles breviter [illegible]mus, & hinc eosdem 430. annos inter Abrahami po[illegible] ætatis annos, interque Iſaaci, Jacobi, Joſephi, ipſiusque Mo-ſis vitas ſecundum Moſis ductum dividamus.

Hypoth. I. In initium horum 430. annorum incidit vocatio Abrahami facta anno ætatis Abrahami 75to completo.

Terminus ad quem horum 430. annorum omnium con-ſenſu eſt Exodus Iſraelitarum ex Ægypto.

Terminus autem à quo alius eſt Paræo videlicet annus ætatis Abrahami [illegible]tus, alius Thaddæo Duno & Genebrardo nimirum deſcenſus Jacobi cum tota familia in Ægyptum fa-ctus anno demum 215to poſt vocationem Abrahami [illegible] de qua diſcrepantia accuratè agit D. Behm l. 1. M[illegible] Pro confirmatione hujus hypotheſeos minimè neceſſaria no-tetur ſaltem ſequens locus Joſephi ibidem a D. Behm [illegible]tatus, qui locus extat l. 2. Antiquit. c. 6 reliquerunt [illegible] Ægyptum anno 430mo, poſtquam Abrahamus Pater [illegible] in Cananæam venit. Ad Cananæam ergo Joſephus, & non ad Ægyptum reſpicit, unde ſcrupulus, quem D. Behm ibidem [illegible] 24. num. 4. propter Codomannum movet. vere eſt nullus. [illegible] etiam D. Paulus ad Galat. 3. v. 17. hos 430. annos ab eo tem-pore inchoat [illegible] Abrahamo bene dictum [illegible] miſit. Plures rationes refert D. Behm l. 1. Man. Tit. 2. c. 7.

Hypoth.

Hypoth.2. Finis horum 430.annorum cohæret cum verno & Paſchali tempore anni P. Jæ.3217. & anni Mundi 2453tij, quo tempore Exodus facta eſt.

Hinc ſequitur, quod, 430. annis ab annis P. Jæ 3216. completis & 3.M. & ab annis Mundi 2452. completis & 6. M. ſubtractis, & annis Periodi Julæ 2486. completis & 3. M., ut & annis Mundi 2022. & 6. Menſ. relictis, initium horum 430. annorum ſit vernum & Paſchale tempus anni Per. Jul. 2787. & anni M.2023.

CANON I.

In anno primo horum 430. annorum dies æquinoctij verni eſt dies à Cal. Jan.97. 7.Apr.f.4. Anni P.J. 2787. Cyclo Solis 15. præditi, eademque 21. dies Chojac anni Nabonaſſaræi prol. 2788., dies Solſtitij æſtivi dies à Cal. 190.9. Julij f.6. ejusdem anni P.Jæ, eaque 24. Phamenot ejusdem anni Nabonaſſaræi prol. 2788., dies æquinoctij autumnalis dies à Cal. Jan. 283. 10.Oct.f.1. vel propter 20. h. ferè adhærentes 11.Oct.f.2., eademque 28va dies Payni ejusdem 2788. anni, & denique dies Solſtitij hyberni dies à Cal. Jan.8.f.7, anni P.J.2788. cyclo ⊙ 16. præditi, eademque 23tia Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 2789.

Demonſtranda hæc ſunt eodem, quo in Canone primo c.3.factum eſt, modo, primò per Tabulas æquinoctiorum Petavij & hinc per Tabulas eorundem æquinoctiorum, Calviſii illic quidem in anno P.J.2787. & 2788., hic autem in anno Mundi 2023. & 2024to.

1. Per Tab. Æquin. Petavij.

Anni P. Jæ	d	f	h	I	⊙	
15	117 incópl.	3	20.	21	15	
2772 A	21	[illegible]	4	12 S	[illegible] A	
2787	96 incópl.	3	16	9	15	
Differ. Mer. Hier. & Par. & dierum			8	55 A		
Dies Æquinoctij Verni	97	4	1	4	15	Hieroſolymæ
Diſtantia	93	2	9	15 A		ab occ.
Dies Solſtitij æſtivi	190 incópl.	6	10	19	15	
Eadem diſtantia	93	2	9	15 A		

Dies Æquin.Autumn.	283 incópl.	1	19	34	15	
Diſtantia	89	5	5	40 A		
Summa dierum	373	7	1	14	15	
Pro anno 2787	365 S				1	
Dies Solſt.hyb.Jan.dies	8	7	1	14	16	Anni P. J. 2787 [illegible]

2. Per Tabulas Æquinoctiorum Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	I	☉
7	112	6	2	27	15
2016	15	2	9	38	0 S
2023	96 incópl.	3	16	49	15
Differ.Mer.& dierum Cal.reſp.Hier.			8	13 A	
Dies æquinoctij verni Hieroſ.	97	4	1	2	1[illegible]
Diſtantia ſuperior	93	2	9	15 A	0
Dies Solſtitij æſtivi	190 incópl.	6	10	17	1[illegible]
Eadem diſtantia	93	2	9	15 A	0
Dies Æquinoctij Autumn.	283 incópl.	1	19	32	15 Anni M. [illegible]
Diſtantia Solſt. hyb. ab æquin.	89	5	5	40	1. A
Summa dierum	373 incópl.	7	1	13	16
Pro anno 2787 utpote com.	365 S				
Dies Solſt.hyb.eſt Jan dies	8	7	1	12	16 ejusdem Anni M.

Hemerologium Ægyptiacum quod attinet, per Canonem [illegible] 8.l.1. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 2788. eſt [illegible] f.6. anni Per J. 2786ti, quemadmodum prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici ſequentis 2789. eadem 18. Dec. f.[illegible] anni P. Jæ 2787. unde reliqui dies Ægyptiaci omnes congruunt.

CANON II

Prima Niſan Moſaica anni P. Jæ 2787. & anni Mundi [illegible] annum hujus Epochæ primum inchoans eſt dies a Cal. Jan. 107. 17 Apr. f.7. & 15. Niſan dies 121. 1. Maji f.7. prima Tiſri Moſaica annum Mundi 2024. inchoans dies 284. 11. Oct. f.2., quæ in[illegible]

præ-

præcedenti Canone ſequebatur diem æquinoctij autumnalis. At prima Niſan Judaica eſt dies à Cal. Jan. 77ma 18. Martij f. 5. 15ta Niſan dies 91. 1. Apr. f. 5. & prima Tiſri Judaica annum Judaicum 1[illegible]5. & annum Mundi 2024. Judaice inchoans dies à Cal. Jan. 254 11. Sept. f. 7.

Dies Ægyptiaci facilè exprimi poſſunt. Iterum hæc tam per Tabulas Noviluniorum quam Calendarium utrumque ſunt demonſtranda.

1. Pro 17 Apr. & 11. Octobris Noviluniis

1. Per Tabulas Mülleri Copernicianas.

	d	h	I	II	
Anni P. Jæ	d	h	I	II	pag.
Radix 2710	1	12	44	2	p.140
Anni expanſi 77	10	21	1	35	p 160
Apr. in Comm.	1	9	47	50	p.166
Summa 2787	13	19	53	27	ſubtr-
Novilunium	20	12	4[illegible]	[illegible]	[illegible]
♂ [illegible]	10	[illegible]	[illegible]	40	[illegible]
Differentia Mülleri		8	27	0	reſpe[illegible] Hieroſ.
[illegible] Apr. dies	7	1	37	30	ab occ. Hieroſ.
6. Lunationes	177	4	[illegible]	[illegible]	A
Prima [illegible]	11	0	1	[illegible]	[illegible]

2. Per Tabulas Noviluniorum Petavij

Anni P. Jæ	d	h	I	II	☉	☽
50	85 incõpl.	[illegible]	8	35	23	13
2737 A.	8	18	8	25	20	0 A.
2787	77 incõpl.	4	[illegible]	[illegible]	15	13
Lunatio	29	12	44	3		
Differentia Petav. reſp. Hieroſol.		8	51	0 A	0	0
Prima Niſan Moſ.	107 incõpl.	1	39	36	15	13
6 Lunationes	177	4	24	19A	0	0
Prima Tiſri Anni Mundi 2024	[illegible]54 incõpl.	6	3	55	15	13

 3. Per

3. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	I	II	⊙	☽
47	83 incõpl.	5	13	15	48	27	13
1976 A	6	7	8	0	3	12	0 S
2023	77 incõpl.	5	5	15	45	15	13
Lunatio	29	1	12	44	3		
Differ. Calv. reſpectu Hieroſ.			8	13	0 A		
Prima Niſã Moſaica	107 incõpl.	7	2	12	48	15	13
6 Lunationes	177	2	4	24	19 A	0	0
Prima Tiſri 2024	284	2	6	37	7	15	13
Pro 9. Menſ.	273 S						
Prima Tiſri Moſ. Oct. dies	11	2	6	37	7	15	13 ab occ. Hier.

2. Pro prima Tiſri & Niſan Judaicis

2. Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Judaici	d	f	h	I
11	260	1	11	543
1824 A	5	7	19	120 S
1835. 1. Tiſri	254 incõpl.	7	16	423 ab oc in Eden
6. Lunationes	177	2	4	438 S
Prima Niſan Judaica	77 incompl.	5	11	1065
Lunatio	29	1	12	793 A
Prima Niſan Moſaica	107 incomp.	7	0	778
6. Lunationes	177	2	4	438 A
Prima Tiſri Moſ. anni Mundi 2024	284	2	5	136 ab occ. in Eden

2. Per Calendarium Judaicum noſtrum.

Anni P.J.	M.	Jud.	d	h	I
11	11	11	260	11	543
2777	2013	1835 A	5	19	120 S

Google

2788	2024	1835	254 f.7	16	423
6 Lunationes			177	4	438 S.
Prima Niſan Judaica			77 incompl.f 5	[illegible]	1065
Lunatio			29	21	793 A.
Prima Niſan Moſaica ut ſupra			107 incomp.f.7.	0	[illegible]8
6 Lunationes Judaicæ			177	4	438 A
Prima Tiſri Moſ. ut ſupra			284 in compl.	5	136

Quod erat demonſtrandum.

CAN. III.

Characteres civiles tam Romanos quam Judaicus anno hujus Epochæ primo competentes invenire & definire.

1. Primus annus hujus Epochæ eſt ratione prioris ſemiſſis annus Mundi 2023., ratione poſterioris autem annus 2024., quemadmodum ratione prioris dodrantis annus P. J. 2787. At hic annus habet Cyclum ☉ 15 ☽ 13. & Ind. 12., qui Characteres competunt anno huj' Epochæ primo ratione priorum 9. menſium, quemadmodum Cyclus Solis 16., Lunæ 14. & Indictionis [illegible] poſtremo quandranti ejusdem anni primi.

2. Reſpectu Characterum Judaicorum idem annus Mundi 2023. eſt annus Sabbathicus & annus 14tus in Cyclo Jobelæo, qualis etiam [illegible] annus P. Jæ 2787., qui duplex Character competit priori ſemiſſi anni hujus Epochæ primi, quemadmodum poſteriori annus 1. in Sabbathico & annus 15tus in Jobelæo Cyclo. Iterum hic regulæ ipſæ omittuntur, quia anni hujus Epochæ in hiſtoria raro occurrunt.

CANON IV.

Horum 430. annorum maximam partem Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi & Moſis vitarum temporibus & rebus geſtis [illegible] ipſius Moſaici textus ductu attribuere & aſſignare.

Ab ingreſſu Abrahami in terram Canaan ad natum Iſaac ſunt anni [illegible] Geneſ. 21. v.5., hinc ad Nativitatem Jacobi elapſi ſunt 60. anni Gen. 25. v. 26 unde Jacobus natus eſt anno horum [illegible]. annorum [illegible]. A nativitate Jacobi usque ad ejusdem in

Ægy

Ægyptum adventum effluxerunt 130. anni Gen. 47. v. 9. Ergo Jacobus in Ægyptum cum tota familia profectus eſt anno hujus Epochæ 215., dimidiâ nimirum parte de 430. annis illis jam elapsâ, cum quo 215to anno hujus Epochæ concurrit annus ſecundus Ægyptiacæ caritatis Gen. 45. v. 6., 39nus annus ætatis Joſephi ibidem & Geneſ. 41. v. 46, & 130mus annus ætatis Jacobi? Unde per axioma 6. & 7mum c. 1. hujus ſectionis & Libri ſecundi ſequitur, quod & primus annus Joſephi ſit & 92dus annus ætatis Jacobi & 177. annus hujus Epochæ, & 17mus annus Joſephi, cujus mentio fit Gen. 37. v. 2, ſit & 180mus annus ætatis Jacobi, & 193tius annus hujus Epochæ. Vixit autem Joſephus 110. annis Gen. 50. v. 26. Ab his 110. annis ſubtrahantur 39. anni Joſephi, qui adventum Jacobi in Ægyptum præceſſerunt, & remanebunt 71. anni. Ergo Joſephus mortuus eſt anno hujus Epochæ 286., quemadmodum Abrahamus mortuus eſt anno ejuſdem hujus Epochæ 100mo Gen. 25. v. 7., Iſaacus anno 205to Geneſ. 35 v. 28. & Jacobus anno 232do Geneſ. 47. v. 28. Moſes natus eſt 80. annis ante Exodum Iſraëlitarum ex Ægypto Exodi 7. v. 7. & ante annum hujus Epochæ 430mum, hoc eſt, anno hujus Epochæ 350mo, à quibus 350. annis ſi 286 anni hujus Epochæ, quorum ultimo Joſephus mortuus eſt, ſubtrahantur, relinqvuntur 64. anni, verum intervallum inter Joſephi mortem & Moſis nativitatem interceptum, quod in libro Exodi quoad literam quidem non invenitur, per infallibilem tamen conſequentiam è locis allegatis colligitur. Hinc Auguſtinus l. 16. de civitate DEI c. 43. à morte Joſephi ad Exodum usque ex Euſebio numerat annos 144., qui comparantur, ſi 64. anni modo inventi & 80. anni ætatis Moſaicæ addantur. Idem teſtatur Joſephus l. 2. Antiquit. c. 6. quando dicit, quod Iſraelitæ Ægyptum reliquerint anno 215to poſt Jacobi migrationem in Ægyptum : hoc eſt 215. annis ante Exodum, ad quorum 215. poſtremorum annorum conſtitutionem pertinent 71. anni poſteriores ætatis Joſephi, 64. anni dicti intervalli & 80. anni ætatis Moſaicæ. Huic ſententiæ, quod inter deſcenſum Jacobi in Ægyptum & Exodum non 430 anni ſed 215. ſaltem anni intercipiantur, inter alia objici ſolet, quod 215. annorum ſpatio Iſraelitæ in 600000. virorum ſummam creſcere & multiplica-

plicari non potuerint, cui objectioni opponit Calviſius ſingulare fœcunditatis in tribu Ephraim exemplum in c. 36. Iſagoges, & D Behm. l. 1. Manud. tit. 2. c. 7. aliud in Judæ progenie. Objicit quidem Thaddæus Dunus locum Exodi 1. v. 6. & 7., ubi dicitur cum Joſepho (anno hujus Epochæ 286. mortuo) obiiſſe totam ætatem ſui temporis, & tum demum (hoc eſt 144. annis) iſtam multiplicationem ſubſecutam. Sed & alius ſenſus iſtius loci exiſtit à D. Behm ibidem additus, & ſi vel maxime multiplicatio iſta non 215. ſed 144. ſaltem annorum ſpatio facta diceretur, impoſſibilis tamen jure non diceretur, prout è diagrammate propagationis hominum, qui à diluvio ad Monarchiæ primæ initium vixerunt, Petavij l. 9. de doctrina temp. c. 14. cernitur, ubi 146. annorum ſpatio longè major, quam 600000, hominum ſumma asſcribitur. Incidunt in hujus Epochæ durationem præter Argivorum, Athenienſium & Trojanorum nova regna duo Ethnicorum diluvia Ogygium nimirum & Deucalionis non tantum in Diodori Siculi, Pauſaniæ, Dionyſii Halicarnasſæi, Varronis & Africani lectione occurrentia, verùm etiam Eccleſiaſticis Patribus paganorum antiquitates ſuas mythologicas jactantium refutationibus & Chriſtianorum Apologiis occupatis videlicet Clementi Alexandrino, Euſebio, Tatiano, Origeni, Epiphanio &c. non ignota: in quorum tamen diluviorum, quoto hujus Epochæ & mundi conditi anno facta ſint, determinationibus in omnibus Chronologicis libris magna occurrit diſcrepantia.

CANON V. & Ultimus.

Ad initium horum 430. annorum elapſi ſunt M.

Anni Periodi Julianæ	2786. completi	3. ferè
A conditu Mundi	2022. completi	6. ferè
Judaici	1834. completi	6. ferè
A diluvio	366.	6. vel 5.

Et proinde primus hujus Epochæ annus eſt annus

Periodi Julianæ	2787.	
A conditu Mundi tam	2023. quam	2024.
Judaicus tam	1835. quam	1836.
A diluvio item tam	367. quam	368.

T SECTIO

SECTIO II.
CAPUT I.
De nobiliſſima Exodi Iſraëlitarum ex Ægypto Epocha non ſaltem Scaligeriana vera, verum etiam aliorum Chronologorum erronea.

HActenus Calendarium Moſaicum & in annis P. Jæ 763 ante conditum Mundi Scaligerianum prolepticè & in añis mundi 2452. ante Exodum hiſtorice elapſis theticè ſæpiſſime uſurpavimus & citavimus. Nunc igitur una cum Exodi Epocha ejusque initio incipit idem Calendarium Moſaicum hiſtoricè, Deo ipſo hoc Calendarium vel introducente, vel jam antea introductum paululum mutante Moſen in omni Ægyptiorum ſapientia adeoque in ſcientiis Mathematicis & Aſtronomicis quoque eruditum & Aaronem idem Calendarium edocente, & hac ratione in populo Iſraëlitico & præſertim in Sacerdotum & Levitarum otio & præmiis poſtea huc invitatorum officio Eccleſiaſtico mediocrem Aſtronomiæ Luni-Solaris cognitionem requirente. Antequam ad ipſos Canones accedamus, aliquot novas definitiones & Hypotheſes præmittemus.

Definitiones.

I. Annus κληρουχίας eſt annus Moſaicus politicus Sabbathicus ſimul & Jobelæus theticus & ab Exodo 46tus, initio nimirum anni ab autumno & prima die Tiſri Moſaicâ ſumpto, in Joſuæ c.14. implicite poſitus, quo anno κληρουχίας Iſraelitæ, incolis terræ Canaan ejectis, non agricolationi, ſed finium & agrorum per ſortem inſtituendæ diſtributioni operam dederunt.

De anno κληρουχίας multa tradunt Scaliger l. 5. de Emend. temp. & in l. 2. & 3 Can. Iſag. in aliquot locis, iisque à Petavio quoque l. 9. de doct. temp. c. 25. citatis & examinatis, & Calviſius Iſag. c. 37., in quibus locis licet Scaliger vel à ſe ipſo aliquo modò diſſentire vel Calviſio contradicere videatur, id quod à Petavio ibidem & animadvertitur, & Scaligero immeritò vitio vertitur: tamen hic diſſenſus ſaltem apparens eſt, contradictio nulla. Diſſenſus indicium eſt, quando Scalig. l. 2. Can. Iſag. num. 33. dicit, quod ab initio P. Jæ ad primum annum

κληρου-

κληρουχίας effluxerint anni 3262. & 9. M. Annis 763. & 9. M. inde deductis, manent anni Mundi completi 2499. Annis 2499. per 7. & 49. diviſis, utrobique manet o, hoc eſt, Annus Mundi 2499. eſt annus Sabbathicus & Jobelæus ſimul, in quibus ipſis annis ſortitio inſtituta eſt, & proinde anni ſaltem 3261. & 9. M. ſunt elapſi, & annus M. 2499. eſt annus κληρουχίας, pro ut & Scaliger l. 5. de Emend. temp. hoc ipſum expreſsè dicit, cum quo Scaligero Calviſius hic planè conſentit. Annorum illorum 46 mentio implicita Joſuæ 14. c. ita habetur. Exploratores è Cades Barnea emiſſi reverſi ſunt in menſe 6to Elul, circa Septembrem circiter anni ſecundum Scaligerum & Calviſium mundi 2454. finientis, elapſis jam ab Exodo 18. ferè menſibus. Hujus ipſius temporis & Hiſtoriæ cum Calebus in eodem c. 14. v 10. meminit, 45. annos completos inde elapſos eſſe dicit. Additis 45. annis & 18. Menſibus, fiunt 46. anni & 6 M. inter id tempus & Exodum intercepti, adeoque 2452. & 6. M. iterum additis, anni Mundi 2499., quorum ultimus eſt annus Sabbathicus & Jobelæus ſimul, & proinde ipſe annus κληρουχίας.

2. Annus γεωργίας Scaligerianus eſt annus proximus poſt annum κληρουχίας itidem annus Moſaicus & Politicus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo Moſaico Phyſico & hiſtorico primo primus, annus 47. ab Exodo & proinde annus Mundi 2500, quo anno Iſraelitæ, terra Canaan in præcedenti κληρουχίας & Mundi 2499. anno ſorte diviſâ, agriculturam primò exercere cœperunt.

Hæc eſt vera Scaligeri, Calviſii, & D. Behmij ſententia. Nam & in hujus γεωργίας anni primi determinatione ἀντιλογία apparens occurrit, dum idem annus ab eodem Scaligero modò 46tus modò 47mus ab Exodo conſtituitur.

Annus γεωργίας proximè ſequitur annum primum κληρουχίας. Si hic eſt annus Mundi 2499., ſequitur neceſſariò, quod annus primus γεωργίας ſit annus Mundi ſequens 2500, qui, 2500. per 7. & 49. diviſis, & utrobique unitate relicta, eſt annus primus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo.

Hypotheſes.

I Deus ter Optimus Maximus novi Calendarij Moſaici Author primam Niſan vel Abib diem non a Φάσει ſive a tem-

gere primæ Lunaris poſt Novilunium apparitionis, ſed ab ipſa Synodo Luminarium media conſtituendam eſſe ſanxit, præſertim cum in anno Exodico, hoc eſt, in anno Periodi Jæ 3[illegible] & Mundi 2453. & Novilunium medium & æquinoctium vernum in eandem 2. Apr. f. 5. inciderint.

Hæc iterum eſt Scaligeri, Calviſii, D. Behmij, Ubbonis Emmij, & quotquot Scaligerum ſeqvuntur, imo ipſius Petavij quoque reſpectu non ſecundæ Apr. ſed συνόδου potiſſimum ſententia, cui ſe Paſchatis συνοδικοῦ occaſione opponunt & loco Synodi Φάσιν defendunt Samuel Petitus l. 1. Ecl. Chron. [illegible] c. 1, Petrus Crugerus in Diatr. Paſch. partis primæ c. 1 propoſ[illegible], uti etiam in Cupediis Aſtroſophicis in Anni Chriſti 1625 prognoſtico quæſt. 1, Dominus Cloppenburgius in eleganti libro contra Dn. Capellum nuper edito, & maximè Cl. Wilh. Langius in Tract. de Annis Chriſti, freti omnes partim librorum Talmudicorum ipſorum judicio hic autenticorum fide partim Clementis Alexandrini, Alfonſi Salmeronis, Riberæ, Cornelij à Lapide, Pauli Mittelburgenſis, Dionyſii Petavij à Crugero & Langio ibidem citatorum teſtimoniis, cum tamen fides Talmudica, in qua illa teſtimonia magnam partem fundantur, non ſit per omnia indubitata & certa. cujus rei vel indicium vel argumentum eſt fabula quædam Æſopica à Scaligero l. 7. de Emend. Temp. p. 630. è Talmud de increpatione Lunæ relata. Licet E in temporibus populi Iſraëlitici turbarum & ἀταξίας plenis, qualia vel Judicum 19. v. 1 innuuntur, vel in 70. annis captivitatis Babylonicæ imò in pluribus quoque annis ad annum ſecundum Darij Nothi elapſis ſubintelliguntur, ipſius motus Lunaris computus accuratus Judæis ita deeſſe potuerit, ut pro inventione primæ Tiſri & Niſan imò omnium neomeniarum ad Lunæ Φάσιν in oculos incurrentem illis confugiendum fuerit: tamen hæc primæ Niſan per Φάσιν facta definitio omnibus temporibus aſcribi nequit, quippe quæ in temporibus dictis aliisque primo quidem fuit neceſſitatis, & poſtea tamen [illegible] caſus & tempora illa per conſvetudinem eatenus retenta fuit, non quidem, ut primam Niſan & Tiſri à Φάσει ſive ab altera à media conjunctione die inchoarent, ſed ut experientiam cum ratione & motu conjungerent & hunc per experientiam à Φάσει deſumptum probarent, & comprobarent. II. In

II. In Paſchatis determinatione non 13. ſed 14. dierum intervallum inter primam & 15tam Niſan interceptorum ſemper eſt uſurpandum.

Hunc 14. dies addendi morem in Calendario Alexandræo & Judaico quoque uſitatum Judæi procul dubio è Calendario Moſaico hauſerunt. In hoc enim ut decima quarta dies Niſan, in cujus fine & agnus Paſchalis mactabatur & azymus panis præparabatur, erat paraſceve· Ita 15ta dies Niſan, 1. & 14. additis, & non 14ta dies, erat Paſcha.

Cæterum valdè neceſſaria eſt hujus hypotheſeos mentio non tantùm propter Calviſium, qui in Capite 20. l. 1. Elenchi aliquoties dicit agnum Paſchalem nulla alia die, quam 14ta Niſan, comedi potuiſſe, & proinde Paſcha ſemper 14ta Niſan celebratum fuiſſe, verum etium propter Buntingum, Alſtedium, & Ubbonem Emmium, qui, ut & alij, quia in Paſchatis celebrandi divino mandato ſæpius 14tæ quam quam 15tæ Niſan mentio fit, primæ Niſan pro determinatione Paſchatis non 14. ſed 13 ſaltem dies addunt, itaq; Paſcha Moſaicum in 14ta die Niſan ſiſtunt. Unde diligenter hic notandū eſt, Paſchatis diem in Sacris, ut & ab aliis Authoribus, ut plurimum per 14tam diem Niſan exprimi, & tamen idem Paſcha non 14tâ Niſan ſed ſolâ decimâ quintâ die Niſan celebrari, 14tâ nimirùm Niſan die illa completâ intellectâ & 15ta incunte & currente ſubintellectâ & ſubintelligendâ, prout hoc ipſum multis multorum præſtanriſsimorum Authorum teſtimoniis probat & comprobat Petrus Crugerus ſupra citatus.

III. Agnus Paſchalis circa horam tertiam pomeridianam decimæ quartæ diei Niſan mactatus & poſtea aſſatus non manducatus fuit ſub initium 15tæ Niſan in loco publico, ſed in privatis ædibus, idque factum eſt non tantum Exodi tempore, quo neque tabernaculum neque templum Hieroſolymitanum extitit, ſed aliis quoque temporibus, quiaidem agnus Paſchalis non tam fuit ſacrificium, quam Chriſti in ara crucis ſuo tempore immolandi ſpeculum typicum.

Hæc hypotheſis opponenda eſt Bruchtonij Angli hypotheſi ſimili quam Cloppenburgius in tractatu ſupra citato fundamenti loco præmittit. Veram hanc hypotheſin eſſe teſtatur

 Joſeph.

Joſeph. Ant. l.3. c.10., ubi dicit Judæos per ſingulas domos celebrare Paſcha deſtinato ſacrificio.

IV. Vigeſima ſecunda dies menſis ſecundi ejusque cavi in anno Exodi fuit feria ſeptima ſive Sabbathum, & proinde prima dies primi menſis Niſan pleni ſive Novilunium Paſchale incidit in feriam quintam.

Antecedens hujus hypotheſeos è textu Moſaico evincunt Scal. l.3. Can. Iſag. p.282. & alibi, Calviſius Iſag. c.37. & D. Behm. l.1. Manud. tit.3. c.3: cujus hypotheſeos veritatem agnoſcunt non tantùm Laur. Codomannus in anno Mundi 2515., verum etiam ipſi Judæi atque Arabes, ut refert Scal. ibidem.

V. Exodus Iſraëlitarum ex Ægypto in tali anno Mundi & P. Jæ locanda, cui 46. addita annum κληρουχίας, & 47. addita ipſum annum γεωργίας producunt, hoc eſt, annus Exodi eſt annus tertius in cyclo Sabbathico pariter & Jobelæo.

Hujus hypotheſeos intellectus dependet ab explicatione definitionis primæ & ſecundæ. Annis Mundi 2453. & 46. additis, fiunt anni 2499. At annis 2453. & 47. additis, fiunt anni 2500. Illi reſpondet annus P. J. 3263. hoc eſt, annus ſeptimus in Cyclo Sabbathico, & 49nus in Jobelæo, qui eſt annus κληρουχίας, huic verò reſpondet annus P. J. 3264. hoc eſt annus primus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo, qui eſt annus primus γεωργίας. Si quis annum Exodi annum Mundi 2453tium & annum P. Jæ 3217. eſſe negare velit, is vi hujus hypotheſeos vel annum Mundi 2[illegible] hoc eſt P. Jæ 3119., vel annum mundi 2404. ſive annum P. Jæ 3168., vel annum mundi 2502. & annum P. J. 3266. vel denique annum mundi 2551. & annum P. Jæ 3315. eidem exodo asſignare neceſſe habebit, quia hi anni omnes ſunt anni tertij tam in Cyclo Sabathico quam Jobelæo ſemper 49. annis à ſe invicem remoti.

CANON I.

In anno Mundi 2453. & Periodi Julianæ 3217. dies æquinoctij verni medij eſt dies à Cal. Jan. 93tia completa 2 Apr. [illegible] eaque 4ta Pharmuti anni Nabonaſſaræi proleptici 3218., unde reliqua 3. cardinalia tempora, prout in Canone 1. capitis 4ti factum, facilè inveniri addique poſſunt.

De-

Demonſtranda hæc ſunt per utrasque Æquinoctiorum Tabulas nec non per Canonem VIII. libri primi.

1. Pro die Æquinoctiorum & Solſtitiorum

1. Per Tabulas Æquin. Petavij.

Anni P. J.	d	f	h	I	☉
25	117 compl.	2	6	31	25
3192 A	24	3	9	12 S	0 A
3217	93incompl.	5	21	19	25
Diſtantia ſuperior	93	2	9	15	0 A
Dies Solſtitij æſtivi	187.5.Julij	1	6	34	25
Eadem diſtantia	93	2	9	15	0 A
Dies Æquin.Autum.	280.6.Oct.	3	15	49	25
Diſtantia ſuperior	89	5	5	40	1 A
Summa dierum	369	1	21	29.	26.
Pro anno 3217	366 S				
Dies Solſtit.hyb.Jan.	3	1	21	29	26 Anni P. J.3218.

2. Per Tabulas æquinoctiorum Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	I	☉
17	111 compl.	3	12	37	25
2436 A	18	4	14	36	0 S
2453	93 incompl.	5	22	1	25.

Cœtera privatâ operâ addi poſſunt.

Differentiam dierum Politicorum & Meridianorum ad Scaligeri, Calvisii & D.Behmij exemplum ſtudiò omitto, quia differentia hæc & quidem ad minimum 8. horarum addita ſine dubio tertiam Apr.f.6 produceret, quam Samuel Petitus propterea l.1.Eclog. Chronol.c.4 ponit.

2. Pro die & annis Nabonaſſaræis.

Quod eadem 2. Apr. f. 5. Anni P. Jæ 3217. ſit 4ta dies Pharmuti anni Nabonaſſaræi proleptici 3218.. id per Ctnonem 8.l.1. ita patebit. Per hunc enim prima Thot ejusdem anni Nabonaſſa-

naſſaræi proleptici 3218. eſt 2.Septemb.f.2. anni Periodi Julianæ 3216., prima Tybi 1. Januarij f. 3. Anni P.Jæ 3217. & proinde 4ta Pharmuti 2.Apr.f.5. eorundem annorum, quemadmodum prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 3219. 1.Sept.f.3tia.

CANON II.

Prima dies Niſan Moſaica anni P. Jæ 3217., anni Mundi Scaligeriani 2453. & Judaici 2264ti eſt eadem 2.Apr.f.5. & quarta Pharmuti anni Nabonaſſaræi proleptici 3218, 15ta Niſan ſive Paſcha Moſaicum 16.Apr.f.5.& 18. Pharmuti, Plenilunium Paſchale 17.Apr.f.6.&19. Pharmuti,& prima Tiſri Moſaica annum mundi 2454. & annum Judaicum 2265. in eodem P.Julæ anno 3217. inchoans dies à Cal.Jan.270.26.Sept.f.7. & 26ta Thot anni Nabonaſſaræi proleptici ſequentis 3219. At prima Tiſri Judaica eundem annum Mundi 2454.& Judaicum 2265.in eodem P.Julianæ anno inchoans prolepticè fuit primo quidem dies à Cal. Jan.270.26. Sept. & Thot f. 7. eorundem annorum, poſtea propter 21. horas adhærentes dies 271. 27. Sept. & Thot f.1. & hinc propter adu dies 272. 28.Sept. & Thot f 2. & proinde prima Niſan Judaica præcedens dies à Cal. Jan.95. 4.Apr. f.7. & 6.Pharmuti, & 15ta Niſan & Paſcha Judaicum 18. Apr. f. 7. & 20. Pharmuti poſtridie plenilunij.

Iterum hæc omnia non ſolum ſunt dicenda: ſed etiam per Tabulas Noviluniorum Petavij & Friſicas & per Can. VIII l. i. demonſtranda.

1. Pro 2. Aprilis & 26. Septembris Noviluniis uti etiam pro 17. Aprilis Plenilunio.

1. Per Tabulas Noviluniorum Petavij.

Anni P. J.	d	h	I	II	☉	☽
24	102 compl.	14	27	34	25	6
3193 A	10	5	9	22 S	28	0 A
3217	93 incompl.	9	18.	12	25	6
Differentia reſp. Hieroſ.		8	55	0	0	0 A
☌ Paſchale Niſā	93 incompl.	18	13	12	25	6 ab occ-
Dimidia Lunat.	14	18	22	2 A	0	0 A Hier-

☍ Pa-

☍ Paſchale	108.17.Apr.	12	35	14	25	6
5. Lun. cum dim.	162	10	2	17	0	0 A
☌ Tiſri Mol.	270.26.Sept.	22	37	42	25	6

2. Per Tabulas Muleri[illegible] Copernicianas.

Anni P. Jæ	d	h	I	II	pag.
Radix 5210.	9	8	20	33	p. 142
Anni exp. 7.	16	8	51	27	p. 152
Aprilis in Biſſext.	[illegible]	9	47	50 A	p. 168
Summa [illegible]	28	[illegible]	39	50 A	Subtrah.
Novilunium	[illegible]	12	44	3	p. [illegible]
☌ Paſc. [illegible]	2	9	44	15	in [illegible] p. M. N.
Differentia reſp. Hier		8	27	0	A
☌ Paſch. Apr. dies	28.[illegible] 18		11	14	[illegible] ab occ.
Dimidia Lunatio	14	18	22	2	A
☍ Paſchale Apr. dies	17.[illegible] 12		57	15	[illegible] ab occ.
5. Lunat. cum dim.	162	10	2	17	A
☌ Tiſri Mol. Sept. D.	26.[illegible] 22		35	42	Hier. ab occ.

Calculo per Tabulas Syzygiarum [illegible] Calviſii quam nu[illegible] [illegible] & pro differentia [illegible] h. & 13. I. addito, invenimuntur [illegible] d. [illegible] h. 43. I. 20. II. quemadmodum per has 97. d. 18. h. 43. I. 20. II. [illegible] conſideranda [illegible] eſt 2. Apr. [illegible]5. Ptolemaicum & Alfonſinum [illegible] epilogiſmum brevitatis ſtudio omitto.

[illegible] Pro 28. Sept. prima Tiſri & quarte Aprilis prima Niſan per Calendaria Judaica

1. Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Judaici	d		h	I
[illegible]	276 compl.	3	23	[illegible]
[illegible] A	7	3	4	[illegible] 5
[illegible]	280 incompl.	7	21	490
6. Lunationes	177	2	4	438 5
Prima Niſ. [illegible]	95 incompl.	5	17	570

V Prima

Prima Niſan Aſtr. Jud.	93 incompl	5	17	552
Dimidia Lunatio	14	0	18	[illegible]96 A
Idem ☍ Paſch. Apr. 17	108 incompl	6	11	94[illegible]

2. Per Calendarium Judaicum noſtrum.

Anni P. J.	M.	Jud.	d	h	
61	61	61	270 compl.	22	[illegible]
3157	2593	2204 A	7	0	[illegible]
3218	2454	2265	270 incõpl.	21	[illegible]
6. Lunationes Jud.			177	4	[illegible]
Prima Niſan Aſtronomica Judaica			93 incompl.	17	[illegible]
Dimidia Lunatio			14	18	[illegible]
☍ Aſtron. Jud. eſt Apr. 17. f. 6.			108 incõpl.	11	[illegible]

Ex hoc duplici calculo perſpicuè apparet, quod [illegible] lunium Paſchale ſit 2 Apr. f. 3tia, Plenilunium 17. Apr. [illegible] ma Tiſri Aſtronomica dies à Cal. Jan. 270. 26. Sept. f. 7, [illegible] ex hac 26. Sept. f. 7. propter 21. horas adhærentes pri[illegible] 27. Sept. f. 1., & ex hac propter adu dies 28. Sept. f. 2. [illegible] prima Niſan Judaica ſit 4. Apr. f. 7., Plenilunium Aſtrono[illegible] cum 17. Apr. f. 6., & Paſcha Judaicum 18. Apr. f. 7. poſt[illegible] lunii, quæ metachroniſmus in Calendario Moſaico [illegible] occurrit: quia in hoc Paſcha quandoque Plenilunium Aſtro[illegible] nomicum uno die antecedit, id quod in hoc Paſchate [illegible] ſit, interdum cum Plenilunio in unam & eandem diem [illegible] dit cujus rei exemplum exhibit in Paſchate [illegible] f. 6. anni Chriſti 33tij, nunquam autem Plenilunio poſt[illegible] cernitur. Hemerologij Ægyptiaci ratio in præcedenti Ca[illegible] ne e Can. 8. l. 1. eſt exhibita.

CAN. III.

Exodus Iſraelitarum ex Ægypto facta eſt in [illegible] media 16. Apr. [illegible] anni P. Julianæ [illegible] & anni Mundi 245[illegible] [illegible] anni Nabonaſſar [illegible] 218, [illegible] Plenilunium [illegible] [illegible] anni tertij in cyclo Sabbathico & Jubilæo [illegible] anni Mundi 2453 [illegible] prima Niſan Moſaica [illegible]

Digitized by Google

anni [illegible] prima Niſan die à Cal. Jan. 82. 23 Martij f. 3 tia 355. diebus [illegible] & cum æquinoctio [illegible] conjuncta eſt dies à Cal. Jan. [illegible] Apr. f. 5, & quarta dies [illegible] ejusdem anni Nabonaſſarei proleptici, Cyclo Solis 5, [illegible], & Indictionis [illegible].

Pleraque hujus Canonis membra jam antea fuerunt demonſtrata, exceptâ primâ Niſan anni Mundi 2454. & P. J. 3218.

1. Per Tabulas Mülleri Copernicianas.

	d	h	I	II	
Anni P. Jul.	d	h	I	II	pag
Radix 3210	9	8	20	33	p. 142
Anni exp. 8	78	0	2	49	p. 152
Martius incomm.	29	11	15	57 A	p. 166
Summa 3218	66	19	39	19	Subtr.
Novilunium	89	14	12	10	p. 170
[illegible] Martij	22	18	22	[illegible]	[illegible] p. M. N.
Differentia Mülleri reſp. & Hieroſ.		8	27	0	A.
Prima Niſa Moſ. añi M. 2454 23 Mart	[illegible]	59	51		Hier. ab occ.

2. Per Tabulas Noviluniorum Petavij.

Anni Per. Jul.	d	h	I	II	☉	☽	
25	[illegible]	23	16	12	26	7	
3193 A	10	[illegible]	9	22 S	28	0 A	
3218	81 incompl.	18	6	56	26	7	in [illegible] p. M. N.
Differ. Petav. reſp. Hier.		8	55	0 A			
Prima Niſan Moſ. 82 incompl. 2454. Anni		[illegible]	[illegible]	[illegible]	26	7	Hier. ab occ.
[illegible] meridiano	59 S						
Martij dies	23 [illegible]	3	1	[illegible]	26	7	

[illegible] diebus [illegible] diebus anni P. J. [illegible] tempore biſſextilis ſubtractis [illegible] cum 81. diebus [illegible], hoc eſt [illegible] Niſan [illegible]

[illegible]

abundans, qui Character cœleſtis itidem annum Exodi a p[illegible] cedentibus & ſequentibus annis evidenter diſtinguit.

CANON IV.

Calviſii, Codomanni, Crentzhemij, Buntingi, Pet[illegible] Mæſtlini, W. Langij, Helvvigij, Haynlini, Samuel[illegible] & Alſtedij Epochas Exodicas conſiderare & errorum [illegible] cere.

Calviſium quod primò attinet, rectè quidem [illegible] Iſag. Novilunium medium 2. Apr. f. quintam eſſe, & [illegible] ipſa die Niſan factam in 16tam Apr. f. 5. incidiſſe a[illegible] dum P. Jæ mentionem ipſumq; calculum Aſtronomi[illegible] tit, dumq; in ipſa Chronologia & in anno Mundi 245[illegible] comeſum eſſe addit 14ta Apr. Sole occidente & feria [illegible] ineunte, obſcurè rem hanc proponit, niſi ſphalma in [illegible] rioribus verbis ſubſit.

2. Si quis præcedentem Canonem neget, is di[illegible] cum Codomanno Exodum factam eſſe in vere anni P. J[illegible] (licet Codomannus annis P. Jæ nullibi utatur) cyclo [illegible] næ 8, & Indictionis 11, qui annus 3086. tus eſt annus [illegible] Sabbathico & 19. annus in Cyclo Jobelæo. Prima Niſan [illegible] manno non ad Φάσιν ſed partim ad ἔνην καὶ νέαν Solon[illegible] cienti partim Bedæ conſilium, quod l. 2. Chronol. [illegible] undecima exponit, ſequenti non eſt dies ipſa Synodi [illegible] dies a Cal. Jan. 101. 11. Apr. f. 4. ſed 12 Apr. f. 5. ejuſdem [illegible]

Pro 11. Apr. Novilunio per Tabulas Mulerij Copernicanas.

	d	h	I	II	
Anni P. Jul					pag
Radix 3010	18	0	47	34	[illegible]
Anni exp. 76	0	5	50	[illegible]	p. 160
Aprilis in comm.	1	9	47	50 A	p. 160
Summa [illegible]	19	16	25	37	ſubtr.
Novilunium	10	12	44	3	[illegible]
☌ [illegible] Aprilis	10	[illegible]	18	20	[illegible]
Differentia [illegible] reſp. [illegible]		8	27	0	A. [illegible]
[illegible] Novilunii Aprilis	11	4	45	26	[illegible]

Apr

Per Tabulas [illegible] nostras.

Ann. P. J.	M.	Jud.	d	h	I	II	☉	☽
3	5	5	113	7	14	[illegible]	22	8
3081	3217	2128 A	12	10	9	[illegible]	[illegible]	0 S
3086	2332	2153	1 [illegible] incipl. [illegible]		5	31	6	8
Differentia Caleriana resp. Hierosol.				8	13	0 A	0	0
Dies Novilun. Pasch. Mos. in incipl.				5	18	31	6	8
Prior Mensibus			905					
Aprilis dies			11 f. 4.	5	8	31	6	8 Hierosol. ab occ.

Ex hoc calculo duplici ad oculum apparet, quod [illegible] prima Niſan anni Exodi Codomanni ſit 11. Apr. f. 4. non [illegible] Apr. f. [illegible] quodque hac ratione Exodus per [illegible] 131 annorum [illegible] in antecedentia [illegible], [illegible] praeterea in [illegible] P. J. [illegible] anno loc[illegible]tur. Prima Niſan anni [illegible] per [illegible] unicum calculum eſt dies a Cal. Jan. [illegible] Martij [illegible]

Per Tabulas [illegible] Copernicanas.

	d	h	I	II	pag.
Anni P. J. [illegible]					
Radix [illegible]	19	0	47	44	p. 340
Anni exp. 77	10	21	1	15	p. [illegible]
Martius in comm.	[illegible]	[illegible]	15	[illegible] A	p. 166
Summa 4087	[illegible]	9	[illegible]	[illegible]	Subtr.
[illegible]	80	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible] Mart. [illegible]	31 [illegible]	5	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible] resp. Hierosol.		[illegible]	[illegible]	0	6 [illegible]
Prima Niſan Moſaica anni [illegible] Martij	31 f. 1. 31	[illegible]	24	+	

[illegible] & 80, addita, fiunt 3[illegible] d. hoc eſt annu[illegible] Codomanni [illegible] communis ordinarius [illegible] prima Niſan [illegible] 11. Apr. [illegible] Niſan fuit 25. Apr. [illegible] non [illegible] Apr. [illegible] quam Codomannus ponit. Deeſt [illegible] communis [illegible] dantis [illegible] Sabbathi[illegible] & Jobelæo[illegible] denique Novilunio [illegible] Paſchalia cum æquinoctio verno con-

 ſonâſ

juncti character, quia hoc circa hoc tempus reper[illegible]
Cal. Jan. 94. 4. Apr. f. 4. Annis P. Julæ 572, in quorum [illegible]
ultimo mundus ſecundum Codomannum eſt condit[illegible]
nis 3086. ſubtractis, manent anni 251.4. ad exodum elap[illegible]
intervallum & juſto majus eſt nimirum 60. annis æta[illegible]
tributis, & ratione terminorum à quo & ad quem falſ[illegible]
roneum. Quid negotij Moſi eſſe potuit cum [illegible] via [illegible]

Dicat 2. aliquis cum Crentzhemio, quod Ex[illegible]
petat [illegible]o tempori Anni Per. J. 3196. Cyclo Solis [illegible]
& Indictionis 1. præditi, quodque æquinoctium v[illegible]
derit in 3. Apr. f. 7. Novilunium Paſchale in 25. Martij [illegible]
lunium in 9. Apr. f. 6, Neomenia Niſan juxta calculum [illegible]
rum in f. 6. Hor. 18. 652. I, Luna 15ta ſive ☍ in f. 7, quem [illegible]
14ta menſis primi in f. 6., cujus initium fuit veſpera [illegible]
juxta Romanos. Videamus jam an & quomodo hæc v[illegible]

1, Numerat Crentzhemius à conditu mundi ad [illegible]
dum revera annos completos 2453, licet dicto loco [illegible]
ponat qui 2453. anni prodeunt, ſi 742 P. Jæ anni [illegible]
3. M ſubtrahantur ab annis P. J. 3195. & 3. M. ad Exodum [illegible]
hamij elapſis, de quorum 6. menſium pleonaſmo uti [illegible]
rum 2453. annorum termini à quo falſo in Periodo [illegible]
dictum eſt in Can. 2. c. 1. l. 2.

2. Numerat Dn. Crentzhemius à conditu m[illegible]
luvij finem 1657. annos, & poſtea nihilominus ad [illegible]
Abrahami 292 loco 291. annumerat.

3. Præterea terminus ad quem horum 241[illegible]
falſus eſt nimirum annus P. J. 3196. Etſi enim hic ſit a[illegible]
in cyclo Sabbathico; tamen eſt annu[illegible] in Jobe[illegible]

4. Si Aſtronomica Dn. Crentzhemij ratiocinia [illegible]
nentur, non omnia vera deprehendentur.

1. Æquinoctium [illegible] medium [illegible]
quentem unicum calculum [illegible] factum eſt [illegible]

Anni P. J.	d	f	h	[illegible]	[illegible]
4	[illegible] pl	4	[illegible]	[illegible]	[illegible]
3792 A	24	3	9	[illegible]	[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

[illegible]	93	7	19	10	4
Pro [illegible] menſibus	90 S				
Æquinoct. vern. fit Apr. d. 6	3	7	19	10	4

[illegible] 25. Martij f. 5. Novil. & 9. Apr. f. 6. Plenilunium.

E ſequentibus 3. calculis ad oculum apparebit, quod Novilunium Paſchale non incidat in 25. Martij f. 5. ſed in 26. Martij f. 6, nec Plenilunium ſequens in 9. Apr. f. 6. ſed in 10 Apr. f. 7.

1 Per Tabulas Mediorum Copernicanas.

	d	h	I	II	
Anni p. Juliane					pag.
Radix 3[illegible]	13	15	34	4	p. 140
Anni exp. 86.	19	23	31	43	p. 162
Martius in communi	[illegible]	[illegible]	15	57 A	p. 166
Summa 3196	[illegible]	3	21	44	Subtr.
Novilunium	[illegible]	[illegible]	15	16	p. 170
Nov. Paſ. habent Mart. die	[illegible]	[illegible]	[illegible]	26	p. M. N.
Dimid. Lun.	14	18	22	4	A
[illegible] Apr. die	10 f. 7. 5		22	20	in I [illegible] p. M. N.

2 Per Tabulas Noviluniorum Petavij.

	d	h	I	II	☉	☽
Anni [illegible]						
5	[illegible]	15	32	48	4	4
[illegible]3 A	[illegible]	5	[illegible]	22 S	28	0 A
3196	8, [illegible]	[illegible]	24	26	4	4
Dimidia Lunatio	14	18	22	2 A	0	0
Plenil. [illegible] die [illegible] Cal. J.	100	4	40	28	4	4
Pro [illegible] menſibus	90 S					
[illegible] Apr. d.	10 f. 7.	4	46	28	4	4 p. M. N.

3 Per Tabulas Syzygiarum eaſdem.

Per. Jul.	Mundi	Jul.	d	h	I	II	☉	☽
[illegible]	[illegible]	[illegible]	28	3	36	50	28	4
[illegible]	[illegible]	[illegible] A	22	16	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

3190	2472	2243	85 f.6.	11	36	54	4
Dimidia Lunatio			14	18	22	2 A	0
Medium Plenilunium			100	5	58	5[illegible]	4
Pro 3. Menſibus			90 S				
Plenilunium fit Apr. die			10 f. 7.	5	58	56	4

Si prima Niſan eſt dies à Cal. Jan. 85. 26. Mart. [illegible] Niſan & Paſcha Exodicum fuit 9. Apr. f. 6, & 10. Apr. f. [illegible] de 14ta Niſan 8. Apr. f. 5. non 6ta. Deeſt E. f. 5tæ in prima [illegible] Niſan Character & proinde hic annus Crentzhemi[illegible] eſt falſus.

5. Pro Neomenia N[illegible]n f.6. h.18 652. I & 15ta Luna [illegible] Plenilunio & f.7.

Per Calendarium Judaicum noſtrum.

P. Jæ	Mundi	Judaici	d	h	I
40	40	40	269	23	[illegible]
3157	2393	2204 A	7	0	[illegible] S
3197	[illegible]433	2244. 1. Tiſri	262 f. 1.	23	[illegible]
6. Lunationes Judaicæ			177	4	[illegible]
Prima Niſan Judaica Aſtronomica			85 incompl. f.6.	18	[illegible]
			14	[illegible]	[illegible] A
Dies Plenilunij			100	12	[illegible]

Prima Tiſri Judaica Anni Judaici 2244. & anni [illegible] Scaligeriani 2473. eſt dies a Cal. Jan. 2[illegible] 9. Sept. f. 1. [illegible] propter adu partim propter 3. hor. adhærentes [illegible] f. 2. Prima Niſan Judaica Aſtronomica Anni Jud. [illegible] Cal. Jan. 85. 26. Martij f. 6. Politica [illegible] d. 2 [illegible] & f. 2. deductis, dies a Cal. Ja[illegible]. 27. Martij f. [illegible] & [illegible] Niſan & Paſcha Judaicum [illegible] Cal. Jan. [illegible] Apr. [illegible] ſimul Plenilunij dies, & 15ta Niſan [illegible] Apr. f. 6. At in Calendar[illegible] Moſai[illegible] prima Niſan [illegible] a Cal. Jan. 85. 26 Mart. [illegible] Niſan & Paſcha Moſaicum [illegible] 99. 9. Apr. [illegible] [illegible] prius, 14ta Niſan [illegible] Apr. f. [illegible] [illegible]

Digitized by Google

non 6ta. Non videtur hæc diſcrimina Dn. Crentzhemius vel intellexiſſe vel obſervaſſe. Quis enim dicat tempore Moſis in hemerologio primi anni Exodici conſtituendo Calendarium Judaicum, quod 300. demum poſt Chriſtum natum annis fuit excogitatum & introductum, fuiſſe adhibitum? Igitur concludo Epocham Exodi Scaligerianam eſſe veramꝫ Crentzhemiam autem falſam.

Dicat 3. Adverſarius cum Buntingo Exodum aſſignandam eſſe verno tempori anni P. J. 3199. cyclo Solis & Lunæ 7. præditi, quos Cyclos Buntingus anno Exodi, hoc eſt, anno Mundi ſuo 2454. apponit, & tamen Periodi Julianæ mentionem omittit. Hic annus P. Jæ 3199. eſt annus ſextus in Cyclo Sabbathico & 34.tus in Jobelæo. Primam Niſan Moſaicam Buntingus non in calculo lapſus, ſed Bedæ conſilium ſecutus conſtituit diem à Cal. Jan. 83. 24. Martij f. 1., licet Novilunium Paſchale ſecundum ſequentem unicum catulum Petavianam cadat in diem à Cal. Jan. 82. dam 23. Martlj f. 7. Anni P. J. 3199 ni.

	d	h	I	II	☉	☽
6	92 incompl.	6	43	45	7	7
3193 A	10	5	9	22 S	28	o A
3199	82 incompl.	1	35	23	7	7
Differentia ſuperior		8	55.	o	o	o A
Prima Niſan Moſaica	82 incompl.	10	29	23	7	7
Pro 2. Menſibus	59 S					
Martij dies	23 f. 7.	10	29*	23	7	7.

Vera prima Niſan Moſaica eſt dies à Cal. Jan. 82. 23. Martij f. 7., Paſcha & 15. Niſan 6. Apr. f. 7, quam Buntingus quidem ponit, ſed è falſo 13. diſr. additamento ponit. Deeſt E feriæ quintæ deeſt Novilunij Paſchalis cum æquinoctio verno, quod Buntingus ipſe in 5. Apr. conjicit, conjunctio, deeſt character Sabbathicus & Jobelæus debitus, deeſt denique anni communis abundantis Character, quia prima Niſan ſequentis anni Mundi 2455. ſecundum ipſum Buntingum eſt dies à Cal. Jan. 102. 12. Apr. f. 7.

X unde

unde 284. & 101. diebus additis, hic annus Buntingi Exodicus evadit 385. dierum, fuitque annus Embolimæus abundans, falſus eſt terminus à quo 2453. annorum completorum inter mundi conditum Buntingianum ipſamque Exodum interceptorum videlicet annus P. Julanæ 746, falſus terminus ad quem nimirum annus ejusdem P. J. 3199., falſi characteres anni Buntingi Exodici tam civiles Romani pariter & Judaici, quam cœleſtes. Verus proinde eſt annus Exodi Scaligerianus videlicet annus Mundi 2453. & annus P. J 3217.


III. Si 2. vel 3. Eccipſes in duobus vel tribus annis Olympiadicis eorumque certis menſibus ab hiſtorico inveniuntur annotatæ: non latet Chronologum, & in quos P. Jæ. annos eædem ecclipſes cadant, & in quo P. J. anno Olympiades primò incipiant.

IV. Si anni Olympiadici in æſtate ſemper inchoandi cum annis Julianis in bruma cœptis, vel Cyclis Romanis concatenentur: tunc vel poſterior ſemiſſis anni Juliani cum priore ſemiſſe anni Olympiadici, id quod in Chronologia Scaligerana uſitarius eſt, vel poſterior ſemiſſis Olympiadici anni cum priore ſemiſſe anni Juliani comparatur.

Exempli gratia, annus primus Olympiadicus, prout infra demonſtrabitur, cœpit in æſtate anni P. Jæ. 3938. Cyclo Solis 18, Lunæ 5, & Indictionis 8. prædíti. Secundum priorem Axiomatis caſum annus primus Olympiaticus eſt annus P. J. 3938 habetque Cyclum Solis 18, Lunæ 5. & Indictionis 8. ſecundum poſteriorem verò eſt & eſſe poteſt, annus P. J. 3939. Cyclo Solis 19. Lunæ 6, & indictionis 9. præditus.

V. Si anni Olympiadici cum annis Mundi Judaicis, Sabathicis, Jobelæis, & Alexandræis in autumno inchoandis ſunt concatenandi; tunc poſterior dodrans anni Olympiadici comparandus eſt cum priore dodrante prædictorum annorum.

Fundamentum hujus axiomatis ſpecialis eſt axioma quintum l. 1. generale. Vi hujus Axiomatis annus primus Olympiadicus non eſt, prout Calviſius ponit, annus Mundi 3174, in cujus fine cœpis, ſed annus Mundi 3175.

Hyppotheſes.

Hyp. I. Annus excidii Hieroſolymitani prioris, hoc eſt annus Mundi, prout infra demonſtrabitur 3360 & annus P. Jæ. 4124. eſt annus Olympiadicus 186tus completus.

Quod excidium hoc in annum hunc Olympiadicum inciderit, teſtatur Euſebius in Chronicis, cum quo Euſebio hac in parte conſentiunt Clemens l. 1. Strom. Hieronymus. Proſper, Beda, Vigornienſis, Hermannus Contractus, Schafnaburgenſis &c.

Hypoht.

Hypoth. II. Ab initio P. Jæ. ad mundi conditum elapſi ſunt anni completi 763. & 9. vel 10. menſes. Demonſtravimus hoc eſt in cap. 1. ſectionis primæ.

Hypoth. III. A principio Periodi Jæ. ad Epochæ Chriſtianæ initium elapſi ſunt anni completi 4713.

Hypoth. IV. Ab eodem Periodi Julianæ initio ad Calendas Januarii primi anni Juliani â Julio Cæſare primo introducti elapſi ſunt anni completi 4668.

De certitudine hujus hypotheſeos non dubitant Scal. Petavius, Ubbo Emmius, Nicolaus Müllerius, D Behm &c. Ipſæ Tabulæ Prutenicæ inter Julii Cæſaris & Epochæ Chriſti DEI initium 45 annos ſolidos interponunt. Annis 45. ab annis 4713. ſubtractis, manent anni 4668.

Hypoth. V. Annus Olympiadicus 1014. eſt annus Julii Cæſaris vel Julianus 283, hoc eſt, annus P. Jæ. 4951. & annus Epochæ Chriſtianæ 238, & quidem ſecundum priorem Axiomatis tertii caſum intellectus.

Quod annus Olympiadicus 1014. ſit annus Julianus 283, teſtatur Cenſorinus â Calviſio quoque Iſag. c. 8. allegatus. Si ab annis correſpondentibus 4951. & 1014, æqualis 1013. numerus ſubtrahatur: erit per Axioma ſeptimum c. 1 ſectionis primæ annus primus Olympiadicus annus Periodi Julianæ 3938 in ejus ætate inchoatus.

Hypoth. VI. Si annus primus Olympiadicus hoc eſt annus primæ Olympiadis & Tetracteridis primus cœpit in æſtate anni Periodi J. 3938. & cycli Solaris 18vi, ideo ſequentes Olympiades ſemper inchoantur in annis Periodi J. 3942 3946. 3950. 3954. 3958. 3962. 3966. 3970. 3974. 3978. 3982. 3986. 3990. 3994. 3998. 4002. 4006. 4010. 4014. 4018. 4022. 4026. 4030. 4034. & ita conſequenter in reliquis Periodi Jul. centenariis, nec non in Cyclo ☉ 22. 26. 2. 6. 10. 14. & 18vo.

Quod Olympiades ſemper his Solis Ciclis incipiant, demonſtrat Calviſius Iſag. c. 41. Annos vero hos Periodi J ponit Nicolaus Müllerius Iſag in Calendarium c. 9. p. 19. & 20. Annis P. Jæ. 763 & 9. M ab annis 3937 & 6. Menſ. ſubtractis manent anni mundi completi 3174. & 9. M. hoc eſt annus primus Olympiadicus & prima Olympias cœpit cum ultimo quadrante

anni

anni Mundi 3174. proinde ſequentes Olympiades incipiunt in annis Mundi 3178. 3182. 3186. 3190. 3194. 3198. 3202. 3206. 3210. 3214. 3218. 3222. 3226. 3230. 3234. 3238. 3242. & conſequenter in reliquis Mundi annis, prout Calviſius quoque in Chronologia ita Olympiades inchoat.

Hypoth. VII. Radices Aſtronomicæ æqualium mutuum ad Olympiadis primæ initium in Tabulis Prutenicis conſtitutæ integri anni metachroniſmo aberrant, cum Copernico, Eraſmo Reinholdo, & Mercatori quoque non exactè conſtiterit, quo Mundi anno prima Olympias acta ſit.

Hæc verba magnam partem ponit Calviſius in anno Mundi 3174. cum quo Calviſio hac in parte conſentiunt Scaliger, Petavius, & Nicolaus Mullerius.

Hypoth. VIII. Eodem modo intervalla quoque ab initio Olympiadum ad annorum Nabonaſſaris, obitus Alexandri Magni, Julii Cæſaris, & Chriſti Dei in iiſdem Tabulis poſita non omni ex parte ſe rectè habent, ſed cum judicio Chronologico legenda ſunt & accipienda.

Veritatẽ hujus hypotheſeos iterũ agnoſcunt non tantũ Calviſius dicto loco minimè Periodi Julianæ adminiculo & Compendio uſus, Scaliger & Nic. Mullerius: verũ etiã Dionyſius Petavius l. 9. de doctr. temp. c. 43. ubi refert Nicolaũ Copernicũ l. 3. Revol. c. 19. Eraſmum Reinholdũ in Tabulis Prutenicis & ipſum Mercatorem á prima Olympiade ad Aeram Chriſtianam numerare annos Julianos 774. & 187 dies, quibus Tabulæ Prutenicæ 12. horas adjungunt, neomeniam primæ Olympiadis â Copernico conſtitui 28vam Junii diem anni Periodi Jul. 3939. Cyclo Solis 19. & Lunæ 6. præditi. Deinde alteram illorum ſectam ſubjungit, qui Olympiadum caput uno anno anteverſunt, idque in annum P. Jx. 3938 conjiciunt, hanc Scaligeri, Johannis Lucidi Buntingi, Mullerii, Temporarii, Chriſtmanni, Calviſii & aliorum ſententiam eſſe, eique ſe libenter ſubſcribere dicit, & tandem addit huic ſententiæ & hiſtoricam ejus veritatem & priſcorum authoritatem, & Aſtronomicorum obſervationes fidem conciliare.

Hypoth. 9. [illegible] τροπὴ θερινὴ vel ſolſtitium æſtivum populare græcorum tempore primæ Olympiadis fuit

octava dies Julii ante quam octavam Julii nulla Olympias nulluſque annus Olympiadicus cœpit.

Ratione octavæ Julii & primi membri conſentiunt Scaliger, Petavius, Calviſius, Nicolaus Mullerius, & Samuel Petitus, at non ratione ſecundi membri. Sic Samuel Petitus & Nicolaus Mullerius Olimpiadem ſecundam, prout è Tabula in de[illegible] poſita videre eſt, inchoant non 24 & 25 Julii, ut Scaliger & Calviſius: ſed 17. Junii, 3tiam non 10. aut 11. Julii, ſed 26 Junii, 4tam non 26 & 27 Julii, ſed 5 Julii &c. cum tamen in dies Petitianos nulla Novilunia cadant.

Hypoth. X. & ultima. Meridianus Atticus in præſenti Olympiadum conſideratione uſurpandus orientalior eſt Lipſienſi Meridiano 1 hor. 8 I. Friſico 1 hor. 24 I. & Pariſienſi 1. hor. 50 I. At idem Meridianus Atticus occidentalior eſt Hieroſolymitano 1. hor. 5 I. & Edenſi 1 hor. 23 I.

CANONES.

CAN. I. Quod Olympias prima in æſtate & medio anni P. J. 3938. cumque ultimo quadrante anni Mundi 3174. & Judaici 2985. Cyclo Solis 18 & nullis aliis cœperit, per Ecclipſes aliquot demonſtrare.

Fieri hoc poteſt ad ductum Petavii & quidem in ſequentibus 3. membris, qui ductus extat l. 9. de doct. temp. cap. 41.

Membrum primum.

Thucydides anno primo belli Pelo poñeſiaci æſtivo tempore ſolem ita defeciſſe l 2. hiſtoriæ ſuæ notat, ut ſtellæ aliquot de die apparuerint. Annus is primus belli Pel. cœpit cum ineunte vere anni Olympiadici 345ti finientis vel anni primi Olympiadis 87mæ, id quod Petavius ibidem erudité probat, ecclipſi hac ſolari in initium anni Olympiadici ſequentis 346ti incidente, qui annus Olympiadicus 346, 346 per 76. diviſis, eſt annus 42dus Periodi Olympicæ ſextæ, inchoatus ſecundum ſuperiorem tabulam ſecundum Scaligerum 13 Julii ſecundum Calviſium verò 14. Julii. Hæc eclipſis horribilis in nullo alio, quam 4283. P. Julianæ anno reperitur, & quidem in Auguſti die tertia ſ. 3. facta hora quarta pomeridiana in gradu ſole in 5. g[illegible] I. Leonis verſante, & quidem 9. fere digitorum Cyclo So-

lis

lis 27 & Lunæ 8, quam ecclipſin iiſdem ferè circumſtantiis deſcribunt Petavius l. 8. de doctrina temp p. 791, Buntingus in anno Mundi 3538. & in eodem anno olympiadico, iiſdemque cyclis Romanis, & Calviſius in anno Mundi 3519 Ipſum 3. Aug. Novilunium medium per ſequentes calculos ita inveſtigatur.

1. Per Tabulas Mullerii Copernicianas pro Novilunio Auguſti Anni 4283.

Anni P. Jæ.		d	h	I	II	pag.
Radix	4210	24	23	33	37	pag. 142.
Anni exp.	73	26	9	44	14	p. 160.
Auguſtus in comm.		5	6	51	38	p. 166.
Summa 4283.		56	16	9	29	Subtr.
Novilunium		60	1	28	6	p. 170.
Auguſti dies		3	9	18	37	in Friſ. p. M. N.
Differentia meridianorum		1	24	0 A.		
Eadem Aug. dies		3	10	42	37	in Græcia p. M. N.

2. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni P. Jæ.	d	h	I	II	☉	☽	
26	110	20	48	54	27	8	
4257 A	13	14	52	29 S	28	0 A	
4283	97 incompl.	5	56	25	27	8	
4. Lunationes	118	2	56	13			
Differentia Merid.		1	50	0 A			
Novil. Auguſti	215 f. 4.	10	42	38	27	8	Ath. p. M. N.
Pro 7. menſib.	212 S						
Auguſti dies	3 f. 4.	10	42	38	29	8	

3 Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

An. P. J.	M	Jud.	d	h	I	II	☉	☽
62	62	62	83	20	7	43	23	8

4221	3457	3268	A.16	1	50	54	24	0	S.
4285	3519	3330	67 incõpl.	18	16	49	27	8	
5 Lunationes			147	15	40	16			
Differentia Meridianorum				1	8	0	A.		
Idẽ Aug 3. Novil.	215		f.4.	11	5	5	27	8	Ath.p.M.N.

Calculo Judaico, Alphonſino, & Calviſiano omiſſis, placet idem Novilunium in 28. Pharmuti anni Nabonaſſaræi hiſtorici 317. hoc eſt proleptici 4285. per Tabulas Mullerii Ptolemaicas priores eaſque ad annos Nabonaſſaræos hiſtoricos accomodatas ſequenti ratione invenire. Per Canonẽ IIX. l. [illegible] prima Thot. anni Nabonaſſaræi proleptici 4285. & hiſtorici 317. [illegible] 9. Decemb. f. 5 Anni Periodi Jul. 4283. Cyclo Solis 26. prædicti, & proinde 3. Aug. f. 4. anni Periodi J. ſequentis 42[illegible] [illegible] Pharmuti ejuſdem anni Nabonaſſaræi hiſtorici 317, in qua 29. Pharmuti itidem per ſequentem calculum Ptolemaicum Mullerianum medium reperitur Movilunium.

Anni Nabonaſſaræi		d	h	I	II	pag.
Radix	301	5	20	23	15	p. 50.
Anni expanſi	16	22	11	21	3	p. 64
Pharmuti		3	6	51	37 A.	p. 68.
Summa	317	31	14	35	55	Subtr.
Novilunium		60	1	28	7	p. 70.
Novil. fit Pharm. die		28	10	52	12	in Eriſ. p. M. M.
Differ. Meridianorum			1	24	0	A.
Pharm dies		28 f. 4.	12	16	12	Ath. p. M. N.

Eandem diem Ægyptiacam huic Novilunio Ecliptico aſſignat Buntingus p. 108. Sed quod hanc 3. Auguſti f. 4 cum 30. ma die Hecatombæonis comparat, errat. Nam, prima Hecatombæonis ſecundum Scaligerum tertia Julii f. 4 conſtituta, 3. Aug. f. 4 eſt & fuit 22da Hecatomb. Diſtantia hujus [illegible] & veri Novilunii ſunt 4. vel 5. horæ, Si ab annis P. Ju[illegible] completis & 7. menſibus ab annis Mundi Scaligerianis [illegible] completis & 10. M. ex operatione 3. deſumptis, & denique [illegible]

ao-

annis Judaicis 3329. & 10. M. ad hanc eclipſin elapſis ſubtrahantur anni Olympiadici completi 345. & 1. M. ad eandem eclipſin elapſi, manebunt ſine dubio anni P. Jæ 3937. completi & 6. M anni Mundi completi 3173 & 9. M. & anni Judaici completi 2984. & 9. M. omnes ad Olympiadem primam elapſi, hoc eſt, prima Olympias cœpit in medio & æſtate anni P. J. 3938. & eum quarto quadrante anni Mundi 3174ti & anni Judaici 2985ti. Hæc demonſtratio ſimplex in axiomate ſecundo fundata Petavio ibidem non ſufficit, ideo ad membrum 2. pergit.

Membrum ſecundum.

Anno octavo belli Pelopen : eodem Thucydide teſtante, & quidem in vere ineunte, hoc eſt, in anno Olympiadico 352. quoad dodrantem elapſo contigit Solis Eclipſis magna ſecundum Petavium quidem 9, ſecundum Calviſium in anno Mundi 3526to 5. cũ ſemiſſe & ſecundum Buntingum 7. digitorum. Hæc Eclipſis Solis in nullo alio P. J. anno quam 4290. Cyclo Solis 6, & Lunæ 15. prædito, (quos Characteres & Calviſius & Buntingus hic apponunt) reperitur ut & in anno Mundi Scaligeriano 3526 & Judaico 3337 facta 21 Martii f. 4. Ipſum 21. Martii f. 4. Novilunium per ſequentes 4. calculos ita invenitur.

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	I	II	☉	☽
30	91	6	3	4	49	10	15
3496 A.	11	2	4	55	28	4	0 S.
3526	79	3	22	9	21	6	15
Differ. Merid			1	8	0	0	0 A.
Novil. quæſitum	79	3	23	17	21	6	15
Pro 2. menſibus	59 S.						
Martii dies	20 f.	3	23	17	21	6	15

Novilunium hoc fit 20. Martii f. 2. completâ vel potius, 6. horis præſentium additis, 21. Martii f 4. ineunte. Facta eſt eclipſis Athenis ſecundum Calviſium hora 11ma, ſecundum

Buntingum hora nona & ſecundum Petavium hora octava poſt M.N,& proinde medii &veri Novilunii intervallum fuit 12. 10. vel 9. horarum.

2. Per Tabulas Mullerii Alphonſinas.

Anni P. J.	d	h	I	II	pag.
Radix 4210	24	22	38	40	p.314.
Anni expanſi 80.	14	5	53	44	p. 220.
Martius in comm.	29	11	15	57 A.	p.222.
Summa 4290.	68	15	48	21	Subtr.
Novilunium	89	14	12	9	p 226.
Novil. fit Martii	20	22	23	48	in Friſ.p.M.N.
Differ. Merid.		1	24	0 A.	
Martii dies	20	23	47	48	Athenis.

Iterum, reliquis calculis brevitatis ſtudio omisſis, placet idem Novilunium Eclipticum per Can IIX.l.1 perque ſequentem calculum Ptolemaico-Mullerianum in 15ta Chojac anni Nabonaſſaræi hiſtorici 324. hoc eſt proleptici 4292. invenire. Per Canonem E. IIX. l. 1. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4292 & hiſtorici 324. eſt 7. Decemb. f. 5. Anni P J.4[illegible] Cyclo Solis quinto & Lunæ decimo quarto præditi, & proinde 21. Martii f. 4. Anni Periodi J. 4290. 15ta Chojac eorundem annorum Nabonaſſaræorum, in qua 15ta die Chojac ſecundum ſequentem calculum medium reperitur Novilunium.

3. Per Tab. Mulleris Ptolemaicas priores.

Anni Nab. hiſt.	d	h	I	II	pag.
Radix 301	5	20	23	15	p. 50.
Anni expanſi 23	8	7	28	13	p. 66.
Chojac.	1	9	47	50 A.	p. 68.
Summa 324	15	13	39	18	Subt.
Novilunium	30	12	44	3	p. 70.
Novil. fit Chojac die	14	23	4	45	in Friſ p.M.N.
Diff. Meridianorum		1	24	0 A.	
Chojac dies	15 f. 4.	0	28	45	

4. Per

4. Per Calendarium Judaicum noſtrum.

P. J.	Mundi	Jud.	d		h	I	
70	70	70	267		19	555	
4221	3457	3268 A.	10		9	260	S.
4291	3527	3338	257	incompl.	10	275	
6 Lunationes Judaicæ			177		4	438	S.
Novil. Martii Judaicũ			80	incomp.	5	917	in Eden ab occ.
Diff. Meridianorum & dierum					7	414	S.
Idem Novilunium			79	incomp.	22	503	Ath. p. M. N.

Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3526. & Judaici 3337. eſt dies á Cal. Jan 79. 20. Martii f. 3. & propter 22 horas adhærentes 21. Martii f. 4 Anni P. J. 4290. Si ab annis P. Jæ. 4289. completis & 3. M. ab annis Mundi 3525. completis & 6. M. & ab annis denique Judaicis completis 3337. & 6. M. ad hanc Eclipſin elapſis ſubtrahantur anni Olympiadici 351. compl. & 9. M. itidem ad hanc Eclipſin elapſi, manebunt anni P. Jæ. 3937 & 6. M. anni Mundi 3173 & 9. M & anni Judaici 2985 & 9 M. hoc eſt, prima Olympias cœpit in æſtate & medio anni P. J. 3938 cum quarto quadrante anni Mundi 3174 & anni Judaici 2986.

Membrum tertium.

Tertia eclipſis eaque Lunæ totalis, eodem Thucydide teſte, contigit anno belli Pel. 19no in media nocte & quidem in medio ferè anni illius 19ni, hoc eſt, anno Olympiadico 364. ineunte, cujus eclipſeos Lunaris & Plutarchus in Nicia & Diodorus Siculus meminerunt. Hæc eclipſis in nullo P. Jæ. anno, quam 4301, invenitur in nocte, quæ ſecuta eſt 27. Aug. hoc eſt, in 28. Aug. f. 3. Cyclo Solis 17, & Lunæ 7, 4. horis duravit, & 15. digitorum fuit. Ipſum Plenilunium medium ſequentibus duobus calculis ita invenitur.

1. Per Tab. Syzyg. noſtras.

Anni P. J.	M.	Jud.	d		h	I	II	☉	☽	
4	4	4	94		9	42	9	21	7	
4297	3533	3344	16		7	41	40	4	0	S.
4301	3537	3348	79	incõpl.	2	0	29	17	7	
Scũ dimidi Lunation.			162		10	2	18	A.		

Ple-

Pleniluniū quæſitū 241 incōpl. 12 2 47 17 7
Pro 7. Menſ. Julianis 213 S.

Auguſti dies 28 f. 3. 12 2 47 17 7 p. M. N. Lipſiæ

2. Per Calendarium Judaicum noſtrum.

Anni P. J.	M.	Jud.		d	h	I
5	5	5		266	5	181
4297	3533	3344	A.	10	15	40 S.
4302	3538	3349		256	14	141
Dimidia Lunatio Judaica				14	18	396 S.
Idem Plenil. in Eden ab Occ. num.				241	19	8[illegible]

Dionyſius Petavius l. 8. p. 794. idem Plenilunium hoc factum eſſe dicit Lutetiæ quidem 28. Aug. f. 3. 10. hor. 58. I. [illegible] II. p M. N, Syracuſis autem 12 hor. 1 I. 27 II. Si jam ab annis P. J. 4300. & 8. M, ab annis Mundi 3536. & 11 M. & ab annis Judaicis 3347. & 11. M. ſubtrahantur anni Olympiadici 363. completi & 2 M, remanebunt iterum, ut ſupra bis factum eſt, anni P. J. 3937. & 6 M, anni M. 3173. & 9. M. & anni Jud. 2984. & 9. M. ad primam Olympiadem elapſi, quæ demonſtratio eſt tertia ex Axiomate ſecundo deſumpta. Sed firmior demonſtratio [illegible] ſecundum Axioma tertium tres hæ Eclipſes ſimul ſumptæ in [illegible] ctis P. J Mundi Judaicis & Olympiadicis annis conſiderentur. Ita per Hypotheſin primam ad excidium Hieroſolymitanum elapſi ſunt anni Olympiadici 186. completi & 1. M. anni Mundi 3359. & 10. M. & anni P. J. 4123. & 7. M. Ab his ſi anni Olympiadici 186. & 1. M. ſubtrahantur, manent anni M. 3173. completi & 9. M. & anni P. J. 3937 & 6 M. ad primam Olympiadem elapſi.

Similem calculum habuimus in hypotheſi quinta. Deniquè quod prima Olympias in anni P. Jæ. 3938vi medio & [illegible] te cœperit, demonſtrari poſſet triplici modo per annos Nabonaſſaræos. Sumatur ſaltem è primo membro prima [illegible] idque ante omnia definiatur, quod per Canonem IIX. [illegible] Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 3940. ſit & fuerit 5. [illegible] f. 3. anni Periodi Jul. 3938, & proinde 3. Julii f. 4 [illegible] & ſeptima Tybi 9. Julii f. 3. Jam 345. anni Olympiadici [illegible] faciunt annos Nab 345 & 4 menſes ferè, At ad [illegible]

[illegible]

quam elapſi ſunt anni Nabonaſſaræi hiſtorici 316 completi & 4 M. hoc eſt anni Nabonaſſaræi prol. 4284. & 8.M. Superioribus 316 annis Nabonaſſaræis & 4 M. ab annis his 4284. & 8.M. ſubductis, manent ſine dubio anni Nabonaſſaræi proleptici 39[illegible] completi & 4 M. hoc eſt Olympias prima iniit cum quinto menſe Tybi anni Nabonaſſaræi prol. 3940mi currentis. At hæc prout paulo ante dictum, cœpit in Martio anni P.J. 3938vi. Patet Ex his apodictice, quod prima Olympias in nullo alio P.Jc. anno, quam 3938, in nullaque alia anni parte, quam in æſtate cœperit quod erat demonſtrandum. Eraſmus Reinholdus, Copernicus, Mercator, & alii primam Olympiadem cœpiſſe volunt 28 Junii f.7 Anni P.J 3939 Cyclo Solis 19. & Lunæ 6. prædicti, hoc eſt, anni Mundi Scaligeriani 3175 & anni Jud. 2987. Etſi vero Novilunium medium per ſequentem duplicem calculum in hanc 28. Junii f. 7. incidit:

1 Per Tab. Mulleri Copernicianas.

Anni P. Jæ,		d	h	I	II	pag.
Radix	3910	8	11	30	5	p 142.
Anni exp	29	20	1	9	2	p 154.
Junius in comm.		3	8	19	44	A. p.166.
Summa	[illegible]	[illegible]	20	58	51	Subtr.
Novilunium		[illegible]	1	28	6	p.170.
Junii dies		28	4	29	15	inſtruſ.p.M.N.
Differ. dierum & Merid.			7	24	0	A.
Eadem Junii dies		28	11	53	15	Ath. ab occ.

2. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	I	II	☉	☽	
19	100	2	14	39	37	11	6	
3[illegible]6	9	6	23	41	37	20	0	S.
3175	90 incomp.	2	14	58	0	19	6	
— Lunationes	88	4	14	12	10			
Differentia dierum & Meridian.			7	8	0 A.			
Novilun. med. Junii.	79	7	12	18	10	19	6	

Cc Pro

Pro 5. menſibus	151 S.						
Junii dies	28	7	12	18	10	19	6

tamen huic ſententiæ omnes demonſtrationes a[illegible] pro-
latæ contradicunt & adverſantur.

CANON III.

Olympias prima cœpit 9. Julii f.3. anni P.J.3939, [illegible]
ſuit prima Tamutz Moſaici anni Mundi 3174, ultima [illegible]
dies Tamutz anni Judaici 2985, licet neomenia cœleſt[illegible]
daici teſte Scal. l.1. de Emend. temp. p.37. fuerit 9. Julii [illegible]
Character è ſequenti calculo conſpicuus fuit, ut addi[illegible]
& ſeptima Tybi anni Nabonaſſaræi proleptici 3940.

Non dicenda hæc ſolum ſunt, ſed & demonſtranda

1. Pro 9. Julii Anni P. J. 3938. Novilunio.

1. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni P. J.	d	h	I	II	☉	☽
61	84	1	59	46	6	[illegible]
3877	12	9	41	21 S.	12	[illegible]
3938	71 incompl.	16	18	24	18	[illegible]
Diff dier. & Merid.		7	50	0 A.		
♂ Martii	72	0	8	24	18	[illegible]
4 Lunationes	118	2	56	13 A.		
Prima Hecatomb.	190	3	4	37	18	[illegible]
Pro 6. Menſibus	181 S.					
Julii dies	9 f. 3.	3	4	37	18	[illegible]

2. Per Tabulas Mulleri Copernicanas.

Anni P. J.		d	h	I	II	pag.
Radix	3910	8	11	30	5	p.142.
Anni exp.	28	9	9	57	41	p.154.
Julius in comm.		3	19	35	41 A.	p.166.
Summa	3938	21	17	3	27	Subtr.
Novilunium		30	12	44	3	p.170.
Julii dies		8	19	40	36	in Friſ. [illegible]

Die

Digitized by Google

Diff. dierum & Mer.			7	24	0 A.		
Juli dies	9 f.3.		3	4	36	Ath. ab occ.	

Petavius l.7. de doctr. temp. c.11. p.6[illegible]8. ponit 8 diem Julii [illegible] hor. 45 I. 37 II. á media nocte, quia 6. hor. omittit. In [illegible]torum ſcholii 8vi §. 3. habetur triplex calculus per Tabulas Calviſii, noſtras, & Calendarium Judaicum inſtitutus, [illegible] eandem 9. Juli f. 3. cum 3. horis adhærentibus invenitur. Sa[illegible], differentia omiſſa, primam Hecatomb. Attici [illegible] 8. Julii f. 2. in eodem Scholio octavo ſufficienter refu[illegible].

2. Pro prima Tamutz Moſaica

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	I	II	☉	☽
58	81	3	17	6	56	10	5
[illegible] A.	9	6	23	41	37	20	0 S.
[illegible]	71	3	17	25	19	18	5
Lunatio	29	1	12	44	3		
Differentia			7	8	0 A.		
Prima Nisan Moſ. 101 incompl.		5	13	17	22	18	5

Prima Niſan Moſaica eſt 11. Apr. f.5. prima Jiar 11. Maij f.7. prima Sivan 9. Junii f. [illegible] & proinde prima Tamutz Moſaici. 9. Julii f. 3.

2. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

Anni P.J.	M.	Jud.	d incóp	h	I	II	☉	☽
11	21	21	86	19	53	9	10	5
[illegible]7	3153	2964 A.	15	2	27	48	20	0 S.
[illegible]	3174	2985	71 incópl.	17	25	21	18	5
Lunatio			29	12	44	3		
Differentia eadem				7	8	0	A.	
Prima Niſan Moſaica			101	13	17	24	18	5
[illegible] mensibus			90 S.					
[illegible] dies			11 f.3.	13	17	24	18	5

3. Pro 1. Tamutz Anni Judaici 2985.

[illegible] prima Tiſri anni ſequentis 2986. quærenda eſt.

 1. Per

1. Per Calendarium Judaicum noſtrum.

P. J.	Mundi	Jud.		d	h	I
22	22	22		258	15	391
3917	3153	3964	A.	9	10	60 S.
3939	3175	2986		249 incompl.	5	331
2. Lunationes Judaicæ				59	1	508 S.
Neomenia Ab cœleſtis				190	3	905

Prima Tiſri civilis anni Jud. 2986. eſt dies â Cal Jan. 249. 6. Sept f 6. & propter Adu 7 Sept. f. 7. & proinde 177. dictum de f. a 50 die. 7. f. ſubtractis, prima Niſan civilis Judaica anni Judaici 2985 & anni Mundi 3174 ti eſt dies â Cal. Jan. 73. 14 Martii f. 5. anni Per. Jul. 3938 integrâ Lunatione prima Niſan Moſaicâ prior, & prima Jiar Judaica 13. Apr. f. 7. prima Sivan 12 Maii f. 1. prima Tamutz 11. Junii f. 3. & 29na & ultima Tamutz cavi 9. Julii f. 3..

2. Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	I
22	258	6	15	391
2664	9	7	10	60 S.
2986	249	6	5	331
2. Lun. Jud.	59	3	1	508 S.
Novil. Julii Judaicum	190	3	3	905
Pro 6 menſibus	181 S.			
Julii dies	9	3	3	905

Quod eadem 9. Julii f. 3. Anni P. J. 3938. ſit ſeptima Tybi anni Nabonaſſarei proleptici 3940. id per Canonem VIII. 14. patet..

CAN. III.

Olympias ſecunda cœpit non 25 Julii f. 2. anni Mundi 3179 hoc eſt anni P. J. 3942. ſecundum Calviſium, nec 17. Junii f. 7. ſecundum Samuelem Petitum in Eclogis Chronologicis lib.

ſolâ 24. Julii f 2. eorundem annorum, nec Olympias tertia iniit 19. Julii f. 1. anni Mundi 3182. & anni Periodi Julianæ 3946. ſecundum Calviſium, aut 26. Junii f. 7. ſecundum eundem Samuelem Petitum, ſed ſolâ 10mâ Julii f. 7. eorundem annorum, multò minus quarta Olympius inchoanda eſt 27. Julii f 1. Anni Mundi 3186. & anni P. J. 3950. cyclo Solis ſecundo prædi͡ti, ſecundum Calviſium, vel 5. Julii f. 7. eorundem annorum ſecundum eundem Samuelem Petitum, ſed ſola 26. Julii f. 7. & ſic conſequenter in 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 16. 17. 18. & 19na Olympiadibus idem error â Calviſio & Samuele Petito committitur, quia Novilunium medium non in prioribus, ſed in poſtremis diebus reperitur.

Calviſium annium poſtremarum in unaquaque Periodo Olympica 18. Olympiadum dies initiales per unius diei metachroniſmũ immutare patet è Tabul. in definitione 5ta præmiſſa. Quanquam Calviſius ſimilem immutationem in reliquis quoque 56 annis Olympiadicis inſinuat. Idemque ferè facit Samuel Petitus per 40. annorum Periodum, â quo hac in parte non diſſentit Nicolaus Mullerius in Tabulis Friſicis. Unde vera ſententia non ſolum tenenda eſt, verùm etiam demonſtranda.

1. Per Tabulas Novilun. Petavianas.

Anni P. J.	d	h	I	II	☉	☽
65	99	14	42	26	10	9
3877 A.	12	9	41	22 S.	12	0 A.
3942 ☌ Paſch	87 incompl.	5	1	4	22	9
4. Lunationes	118	2	56	13		
Differentia dier. & Merid.		7	50	0 A.		
☌ Julii quæſitũ	205 incompl.	15	47	17	22	9
Pro 6. Menſib.	181 S.					
Julii dies	24 f. 4.	15	47	17	22	9

Prima Niſan Moſaica eſt dies 87. 28 Martii f. 3. & proinde 1 Ab = 24 Jul. f. 2.

2. Per Tabulas Mülleri Copernicianas.

Anni Per. Jul.	d	h	I	II	pag.
Radix 3920.	8	11	30	5	p. 142.
Anni exp. 32	23	9	59	5	p. 154.
Julius in comm.	3	19	35	41	A. p. 1[illegible]6.
Summa 3942	35	17	4	51	Subtr.
Novilunium	60	1	28	6	p 120.
Julii dies	24	8	23	15	inſtru. p [illegible]
Differentia Mülleriana		7	24	0	A.
1. Hecat. Julii dies	24 f. 2.	15	47	15	Ath. ab O[illegible]

In 25. Julii f. 3. incidit Φάσις Lunæ, quemadmodum [illegible] dum ſubſequentem Calculum Novilunium præcedens in [illegible] Junii f. 1. & ultimus Lunæ quadrans in 27. Junii f. 7.

	d		h	I	II
Dies Novil. Petaviana	205	incompl.	15	47	[illegible]
Lunatio	29		12	44	3
Novil. Junii præcedens	176	incompl.	3	3	14
Pro 5. menſibus Julianis	151	S.			
Junii dies	25	f. 1.	3	3	14
Quadrans Lunationis	7		9	11	1 [illegible]
Ult. quadrans Junii dies	17	f. 7.	17	52	13

Si Olympias ſecunda cœpit 17. Iunii f. 7, 17. & 14. a[illegible] Olympicum certamen habitum fuit 1. Iulii f. 7, primo [illegible] quadrante 2. Iulii f. 1. ſubſequente. At certamen Olympi[illegible] celebrabatur in Plenilunio 1. quod Scaligerum ſolus [illegible] Pindarus.

2. Pro 10. Iunii f. 7. Novilunio Anni M. 3[illegible]8[illegible] & P. J. 3[illegible]46.

1. Per Tabulas [illegible]arum Calviſii.

Anni Mundi	d		f	h	I	II	☉	☽	
66	83		1	5	48	7	18	13	
3116	9		6	[illegible]	41	37	20	[illegible]	S.
4182	73	incomp.	1	6	6	30	26	13	

4 Lunation. 118			6	2	56	13		
Differentia Calviſiana				7	8	0		
☌ Julii	191 incompl.	7	16	10	43	26	13	
Prod. Menſ.	181 S.							
Iulii dies	10	f. 7	16	10	43	26	13	Ath. p. occ.

2. *Per Calendarium Judaicum noſtrum.*

Anni P. J.	Mundi	Jud.		d	h	I	
30	30	30		260	4	58	
3917	3153	2964	A.	9	10	60	
3947	3183	2994		250 f. 3	17	1078	
2. Lunationes Judaicæ				59	1	506	S.
Novilunium Julii quæſitum				191	16	572	in Eden ab occ.

Prima Tiſri anni Iud. 2994. & Mundi 3183 eſt dies à Cal. Jan. 250. 7. Sept f. 3. anni P. J. 3946. & proinde, 177. diebus & 2 feriis à 250. die f. 3. ſubtractis prima Niſan tam Moſaica quam Iudaica anni Iud. 2993. & Mundi 3182. eſt dies 73. 14. Martii f. 1. prima Ijar 13. Apr. f. 3, prima Sivan 12. Maij f. 4, prima Tamutz 11. Iunii f. 6. & denique Ab 10. Iulii f. 7. Unde manifeſte apparet, Scaligerum in Periodi Olympicæ conſtitutione Calendarium tam Iudaicum quam Moſaicum præcipuè tamen Moſaicum ſecutum eſſe. In 11 Iulii f. 1. incidit Φάσις, quemadmodum ſecundum ſubſequentem calculum in 26. Junii primam Hecatomb. Petitianam Plenilunium

	d	f	h	I	II	
☌ Calviſianum	191	7	16	10	43	
Lunatio dim. id.	14	0	18	22	3	S.
☍ Iunii	176	6	21	48	40	
Pro 5 menſibus	151	S.				
☍ incidit in Iunii die 25		6	21	48	40	

& propter 22 horas adhærentes in 26. Junii f. 7. Si Olympias ſexta cœpit cum Plenilunio, certe agon Olympicus, 26. Junii

& 14.

& 14 additu, celebratus fuit 10. Julii f 7. in ipſo Novilunio [illegible] tali Novatore dignum, niſi quis græcos cæcos fuiſſe crediderit.

3. Pro 26 Julii f. 7. Anni P. J. 3950, Mundi 3186. & Judaici 2997. Novilunio.

1. Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	I
34	275	3	16	828
2961 A	9	7	10	60 S.
2998	266 incompl.	3	6	768
2 Lunationes	59	3	1	506 S.
Novilun. Julii	207	7	5	262
6. Menſes	181 S.			
Julii dies	26	7	5	262 prima Hecatomb[illegible]

Prima Tiſri anni Iudaici 2998. eſt dies a Cal. Ian [illegible] Sept. f. 3. anni P. J. 3950. Cyclo Solis 2 præditi, & proinde [illegible] f. 2 â 266. dic. f. 3. ſubtractis, prima Niſan tam Iudaica [illegible] ut è ſeq. calculo apparebit Moſaica anni Iudaici 2997. [illegible] Mundi 3186. dies 89. 30 Martii f. 1, prima Jiar 29. Apr. f. 3, prima Sivan 28. Maij f. 4 prima Tamutz 27. Iunii f. 6. & denique prima Ab, ut in præcedenti exemplo, 26. Iulii f. 7.

2. Per Tabulas S[illegible]zygiarum noſtras.

P. J.	M.	Jud.	d	h	I	II	☉	☽
33	33	33	103	21	16	57	22	[illegible]
3917	3153	2964 A.	15	2	27	48	20	[illegible] S.
3950	3186	2997	88	18	4[illegible]	9	[illegible]	[illegible]
4. Lunationes			118	2	56	13		
Differentia Calv.				7	8	0 A.		
Novil. Iulii			207	4	53	22	[illegible]	[illegible]
6. Menſes			181 S.					
Julii dies 26 f 7.			26	4	53	22	[illegible]	[illegible]

Quæ erant demonſtranda. Eodem modo Calviſius [illegible] ter & [illegible] Petitus contra veritatem Aſtronomicam [illegible] tium [illegible] Olympiadum initiales dies mutarunt.

Nam

Nam in Olympiade 4ta 26. Julii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 5ta 12. Julii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 6ta 27. Julii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 7tima 13 Iulii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 8va 29. Iulii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 9na 29 Iulii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 10ma 31. Iulii eſt 1. Ab Iud.
30. Iulii Moſ.
In Olympiade 11ma 16. Iulii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 12ma 1. Aug. eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 13tia 18. Iulii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 14ta 3. Aug. eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 15ta 20. Iulii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 16ta 4. Aug. eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 17ta 21. Iulii eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 18va 6. Aug. eſt 1. Ab Moſ.
In Olympiade 19na 23. Iulii eſt 1. Ab Moſ.

CANON IV.

Primum æquinoctium autumnale & reliqua 3. Cardinalia tempora in primo & omnibus annis Olympiadicis per Tabulas æquinoctiorum Calviſii & Petavii invenire.

1 Per Tabulas Æquinoctiorum Petavii.

Anni Per. Jul	d		f	h	I	⊙	
74	117		7	3	32	18	
3864 A.	29		1	12	24 S.	0 A.	
3938	87	incomp.	5	15	8	18	
Diſtantia	186		4	18	30		
Differentia				7	50	A.	
Æqv. Aut. dies	274	1. Oct.	3	17	28	18	
Diſtantia	89		5	5	40	A.	
Solſt hyb. dies	363	29. Dec.	1	23	8	18	vel propter 23.
Diſtantia	89		5	5	40		hor. 30 Dec. f. 2.
Dies Æqu. verni	88	29. Mart.	7	4	48	19	

 Diſtan-

Diſtantia	93		2	9	15 A.	
Dies Solſtitii æſtivi	181	30. Junii	2	14	3	19

2. Per Tabulas Æquinoctiorem Calviſii.

Anni M.	d		f	h	I	⊙
66	111		1	9	38	18
3118 A.	23		2	17	48	0 S.
3174	87 incompl.		5	15	50	18
Diſtantia	186		4	18	30	
Differ dier. & Mer.				7	50 A.	
Dies Æquin. Aut.	274	1. Oct.	3	18	10	18
Diſtantia	89		5	5	40 A.	
Dies Solſtitii hyb.	363	29. Dec.	1	23	50	18
Diſtantia	89		5	5	40 A.	
Dies Æquin. verni	88	29. Marc.	7	5	30	19
Diſtantia	93		2	9	15 A.	
Dies Solſtitii æſtivi	181	30 Jun.	2	14	45	19

Per hunc duplicem calculum primum in anno primo Olympiadico æquinoctium autumnale factum eſt 1. Oct f. 3. Anni P. J. 3938 & anni Mundi 3174, primum Solſtitium hybernum 30. Dec. f. 2. ejuſdem quidem P. Jæ. anni, aſt anni Mundi 3175, primum æquinoctium vernum 29 Martii f. 7. anni P. Jæ 3939 Cyclo Solis 19. præditi & anni Mundi 3175, & denique primum Solſtitium æſtivum 30. Iunii f. 2. eorundem annorum. Quod erat demonſtrandum. Ipſum v. ſolſtitium æſtivum populare ſive καῖρον θερινὸν fuit in 8. Iulii, quod ipſum græci forſan ab Ægyptiis habuerunt, quia tempore Abrahami in Ægypto aliquoties verſati dies ſolſtiti æſtivi fuit 8. Iulii.

C●NON V.

Characteres civiles Romanos puta Cyclum ⊙ ☽ & Indictionis in primo & omnibus annis Olympiadicis invanigare.

Hanc

Hunc Canonem non ſine pluribus ambagibus & obſcuritatibus pertractat Calviſius in c. 20. Iſag. utpote P. Jæ. artificio vel deſtitutus vel uti veritus, cum tamen per artificium hoc res tota ſit planisſima & facillima. Primus annus Olympiadicus ratione prioris ſemisſis concurrit cum poſteriore ſemiſſe anni P. J. 3938 Cyclo Solis 18 Lunæ 5 & Indictionis 8 præditi. Hoc reſpectu retento, ſequens oritur regula: Pro inventione Cycli Solis, Lunæ & Indictionis in annis Olympiadicis reſpectu prioris ſemisſis conſideratis numero annorum Olympiadicorum dato addantur 17. 4. & 7, aggregata per 28. 19. & 15 dividantur, & reſidua exhibebunt Cyclos Romanos quæſitos ſemper priori anni Olympiadici dati ſemiſſi accommodandos. Exempli loco ſit annus Olympiadicus 187. in cujus initium incidit excidium Hieroſolymitanum factum in medio ferè anni P. J. 4124. Cyclo Solis octavo, Lunæ primo, & Indictionis decimo quarto præditi: unde annus Olympiadicus idem 187. in eodem reſpectu eſt annus P. J. 4124. Additis 187. & 17, hinc 187. & 4, & tandem 187. & 7. & 204. quidem per 28, 191. per 19, & denique 194. per 15. diviſis, remanebunt 8. 1. & 14, hoc eſt, annus Olympiadicus 187 habet itidem, ut annus P. Jæ. 4124tus, ratione prioris ſemisſis cyclum Solis octavum, Lunæ primum, & Indictionis decimum quartum.

Ita exempli ſecundi loco ſupra ſecundum Cenſorinum annus Olympiadicus 1014. erat annus Epochæ Chriſtianæ 238. hoc eſt, P. Jæ. 4951. Cyclo Solis 23. Lunæ 11. eſt Indictionis 1. præditus, quod exemplum in c. eodem 20. habet Calviſius. Videamus an annus Olympiadicus 1014. ſecundum hanc regulam eoſdem Characteres Romanos obtineat. Additione ritè peracta, & 1031. per 28. 1018. per 19. & 1021. per 15. diviſis, remanebunt in reſiduo 23. 11. & 1, hoc eſt, annus Olympiadicus 1014 obtinet ratione prioris ſemisſis Cyclum Solis 23. Lunæ 11. & Indictionis 1. propterea cum anno Chriſti 238 Juliano 283tio & cyclos Periodi Jul. 4951. anno jure concatenatus.

CANON VI.

Characteres Judaicos hoc eſt Sabbathicum & Jobelæum cyclos in primo & omnibus annis Olympiadicis invenire.

 An-

Annus Olympiadicus primus, priore dodrante mundano cum poſteriore dodrante Olympiadico collato, eſt annus Mundi non 3174. ut ponit Calviſius. ſed 3175. At hic annus 3175. per 7. & 49. diviſis, eſt & erit annus quartus in Cyclo Sabbathico & 39nus in Jobelæo: unde & annus Olympiadicus primus ratione poſtremi dodrantis ſive poſteriorum 9. menſium eoſdem characteres Judaicos vel Moſaicos obtinet. Hinc oritur regula: Pro inventione Characteris Sabbathici & Jobelæi in annis Olympiadicis ratione poſtremi dodrantis conſideratis, numero annorum Olympiadicorum dato addantur 3. & 38, aggregata per 7. & 49. dividantur, & reſidua exhibebunt Characterem quæſitum, eumque poſtremis 9. menſibus anni Olympiadici dati competentem: Exempli primi loco ſit annus Olympiadicus 186, in cujus fine idem excidium Hieroſolymitanum factum eſt, qui annus Olympiadicus 186 ſecundum poſteriorem Axiomatis caſum itidem eſt annus P. Jul. 4124. 186. & 3. & hinc 186. & 38. additis, & 189. quidem per 7, at 224. per 49. diviſis, illic quidem 7. hic autem 28. remanebunt: hoc eſt annus Olympiadicus 186. ratione 9. menſium poſtremorum eſt annus ſeptimus in Sabbathico & 28vus in Cyclo Jobelæo. Ita pro exemplo ſecundo annus olympiadicus 1014. ratione prioris ſemisſis eſt quidem annus Periodi Julianæ 4951. at reſpectu poſterioris 4952. At hic eſt ſecundus in Sabbathico & 23tius in Jobelæo Cyclo. Annis Olympiadicis 1014. & 3. & iiſdem 1014. & 38. additis, & 1017. quidem per 7, annis 1052. verò per 49. diviſis, hic 23 quidem, illic autem 2. remanebunt, hoc eſt, annus Olympiadicus 1014. ratione poſtremi dodrantis eſt annus ſecundus in Sabbathico eſt 23tius in Jobelæo cyclo. Denique exempli tertii loco annus Olympiadicus 808, in quo Chriſtus ſecundum Phlegontem paſſus, omnium Scaligerianorum confesſione eſt annus Epochæ Chriſtianæ 33. & annus Periodi J. 4746. & quidem ſecundum poſteriorem Axiomatis tertii caſum, qui annus P. J. 4746. 6. & 20. additis, eſt annus 6tus in Cyclo Sabbathico & 13tius in Jobelæo, qualis etiam eſt annus Mundi 3982. Annis Olympiadicis 808 & 3. & 808 & 38. additis. & 811. quidem per 7. at 846. per 49. diviſis, illic quidem 6. & hic 13 remanebunt, hoc eſt, annus Olympiadicus 808 eſt ratio-

ratione poſtremi dodrantis annus 6tus inSabbathico &annus nonus in Jobelæo cyclo. Eodemq; modo in aliis quoque annis Olympiadicis omnibus hi Characteres Moſaici inveniri poſſunt. Plura de hac nobilisſima Olympiadū Epocha hic ſubjicere propter brevitatis ſtudium non licet, ſed hoc ſaltem addere placet, quod, quemadmodum primus cujuſque Olympiadis añus ſemper cum Novilunio vel Judaico & Tychonico in prioribus 3. & 4. Periodis Olympicis, hoc eſt, 300. circiter annis, vel Calippico in ſequentib⁹ Periodis Olympicis inchoatus fuit, ita ſecundus cujuſq; Olympiadis añis ἐν πλάτει cum primo Lunæ quadrante inierit, tertius cum ipſo Plenilunio, & quartus cum Secundo Lunæ quadrante. Ratione Plenilunii experiamur id in anno Olympiadico tertio, qui in ſuperiore tabula cœpit 1. Aug. anni P. Jæ. 3940. Cyclo Solis 20.

Per Tabulas Noviluniorum Petavianas.

Anni P. J.	d	h	I	II	☉	☽
63	92	8	21	6	8	7
3877 A.	12	9	41	22 S.	12	0 A.
3940	79	22	39	44	20	7
4. Lunationes	118	2	56	13	0	0
Dimidia Lunatio	14	18	22	2	0	0
Differentia Petav.		7	50	0 A.	0	0 A.
☍ Aug.	213	3	47	59	20	7
Pro 7. Menſibus	212 S.					
Dies Aug.	1	3	47	59	20	7

Plenilunium Aſtronomicum incidit in 1. Aug. ſ. 7 & populare in 2. Aug. ſ. 1. ſed accuratius Plenilunium cum 18. Julii conveniet in anno Ol. 7. in anno P. J. 3944.

Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P. J.	M.	Jud.	d	h	I	II	☉	☽
27	27	27	110	14	57	5	16	11
3917	3153	2964 A.	15	2	27	48 S.	20	0 S.
3944	3180	2991	95 incompl.	12	29	17	24	11
3 cu dimid. Lunationes			103	8	34	12		
Differentia Calviſiana				7	8	0 A.		

☍ Julii	199 incompl. 4	11	29	24	11
Pro 6 Menſ.	181 S.				
Julii d. 18 va Hec. prima 18	4	11	29	24	11

Præterea hæc 18. Julii f. 5. anni Periodi Julianæ 3944. ſimul eſt 15. dies Tamutz anni Judaici 2991.

Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	I
28	282	2	10	466
2964	9	7	10	60 S
2992	273	2	0	406
2. cum dim. Lunationes	73	3	19	902 S.
☍ Judaicum Julii	199 incompl. 5		4	584

Prima Tiſri anni Judaici 2992. & Mundi 3181. eſt dies Cal. Jan. 273. 30: Sept. f. 5. anni P. J. 3944, prima Niſan præcedens annorum præcedentium, 177 dic. 2 f. â 273 dic. & 2 f. ſubtractis, dies 96. 6. Apr. f. 7, prima Jiar 6. Maij f. 2, prima Sivan 4. Junii f. 3, prima Tamutz 4. Julii f. 5. & proinde 15ta Tamutz 18. Julii f. 5, quæ eſt ipſa prima Hecatombæonis anni Olympiadici 7mi Plenilunio tam Aſtronomico quam Politico prædita.

CANON VII. & ultimus.

Ad primam Olympiadem elapſi ſunt	Anni	M.
Anni Nabonaſſaræi proleptici	3939	6. ferè
Anni Per. Jul.	3937	6. ferè
Anni Mundi	3173	9. ferè
Anni Judaici	2984	9. ferè
Anni â Diluvio	1517	9. ferè
Anni ἐπαγγελίας Abrahami	1151	3. ferè
Anni ab Exodo Iſraelitarum	721	3. ferè
Et deniq; ab ædificio templi Salom.	241	2. ferè

Ideoque primus annus primæ Olympiadis ſive annus primus Olympiadicus.

eſt annus	P. Julæ	3938	& ſequens
	Mundi	3175	
	Judaicus	2986	

Ad-

A diluvio	1519
ἐπαγγελίας	1152
Ab Exodo	722
A templ. Sal.	242

CAPUT IV.

De Epocha Urbis Romæ conditæ.

CUm Epocha hæc ſuo & aliquo modo ſit anaſtronomica, ideo multis Canonibus, prout in Mundi, Judaica, Exodica, & Olympiadum æris factum eſt, illam explicare opus non eſt, multo minus commemorare opus eſt, qualem anni formam Romulus primus Rex Romanus, qualem ſecundus Rex Pompilius inſtituerint, quomodo Pontifices Romani pagani partim donis corrupti partim Solaris anni quantitate deſtituti perverſa intercalatione Pompilianum annum corruperint, & quomodo denique ad ſimilem, qui in Can. primo c. 3tii præcedentis inſtitutus & ab ipſo Petavio l. 9. de doctr. temp. c. 5. jam antea demonſtratus eſt, ductum, primus hujus Epochæ annus in certo Periodi Julæ anno, eclipſium aliquot in certis annis Urbis â Livio, Plutarcho, Diodoro Siculo &c. annotatarum beneficio apodicticè locari & collocari poſſit. Romulæi ergo & Pompiliani annorum ad Julium uſque Cæſarem Romæ uſitatorum formâ jam omiſſâ, canonibus præmittenda ſunt pauca Axiomata & Hypotheſes.

Axiomata.

I. Quia Authores quidam ſecundum Catonem uno anno ſerius & ſecundum Varronem uno anno citius annos Urbis in Periodo Juliana inchoant: ideo diſcrepantia hæc diligenter obſervanda, &, ne confuſio & error committatur, conciliianda.

Cato nimirum, ut infra ſubſequetur, urbis Romæ conditum conjicit in ver anni Olympiadici 24, hoc eſt, ut in ſuperiore tabula habetur, anni Periodi Jæ. 3962, quem Catonem hac in numeratione ſequitur Dionyſius Halicarnaſſæus, quemadmodum Varro in vernum tempus anni Olympiadici 23tii hoc eſt anni Periodi J. 3961. Et quemadmodum Varronem plures Authores puta Livius, Cornelius Tacitus, Cenſorinus Euſebius,

ſebius &c. quam Catonem ſubſequuntur: Ita Varroniana hæc numeratio in Chronologia eſt uſitatisſima.

2. Anni Urbis á 21. Apr, quaRoma condita,&in vere inchoati cum annis Judæorum eccleſiaſticis,abExodo,ab ædificatione Salomonici templi numerandis ratione initii, medii & finis ferè conveniunt.

3. Anni iidem Urbis ſecundum quoſdam Authores â Calendis Jan. inchoati optimè cum Periodi Julianæ, Julii Cæſaris & Chriſti annis conveniunt.

Hypotheſes.

I. Anni urbis propriè incipiunt 21. Apr. impropriè â Calendis Januarii.

II. Annus Urbis Varronianus *991* eſt annus Olympiadicus 1014. & annus Periodi Julæ 4951.

Hypotheſis hæc deſumpta eſt partim è Cenſorini loco ſupra citato, partim è Canone quinto præcedentis capitis tertii itaque uſurpanda, ut & poſterior dodrans Urbanus cum priore dodrante Olympadico,& prior dodrans Urbanus cum poſteriore dodrante Juliano conferantur.

III. Diem Politicum Romani olim, quemadmodum & hodie Chriſtiani, inceperunt, â media nocte.

Hanc Hypotheſis non tantum verſus vulgaris, in quo media nox Auſoniis perplacet, confirmat: verùm etiam Plinius l. 2. c. 77. his verbis explicat: Ipſum diem alii aliter obſervant: Babilonii inter duos Solis exortus: Athenienſes inter duos occaſus: Umbri â meridie in meridiem, vulgus omne â luce ad tenebras: Sacerdotes Romani & qui diem definivere civilem, item Ægyptii & Hipparchus â media nocte in mediam noctem.

CANON I.

Annum Periodi Julæ, Mundi Judaicum & Olympiadicum, quibus Roma ſecundum Varronem & Catonem condita eſt proſthaphæretico ſaltem modo invenire.

Calculo ab Eclipſibus deſumpto jam omiſſo, ſufficiet præſens potisſimum in Hypoth 2. fundatus. Annus Urbis Varronianus 991. eſt annus Periodi Julæ 4951. 990. tanquam æquali numero ab utroque numero ſubtracto, manent anni corre-

ſpon-

ſpondentes annus primus Urbis & annus P. Julæ 3961, in cujus vere Roma condita eſt. Ita idem annus V. 991. ſecundum eandem Hypotheſin 2. eſt añus Olympiadicus 1014. 990. ab utroq; numero detractis, manent anni correſpondentes annus primus Urbis & annus Olympiadicus 24. ita, prout in Hypoth. 2. [illegible], accipiendi: unde Roma condita eſt in vere & fine anni Olympiadici 23tii: At ab initio Periodi Julianæ ad initium Olympiadicum, prout in præcedenti Capite demonſtratum eſt, elapſi ſunt anni Periodi Julianæ 3937. & 6. M, anni Mundi [illegible] & 9. M. & anni Judaici 39[illegible] & 9. M. Si his numeris addantur conditi anni Olympiadici completi 22. & 9. M. prodibunt anni P. J. [illegible]. completi & 3. M, anni Mundi completi 3196, 6. M. & anni Judaici 3007. & 6. M, hoc eſt, Urbs Roma ſecundum Varronem condita eſt in Vere anni Periodi Julæ 3961. anni Mundi [illegible], pro quo Calviſius nullam inter Catonianam & Varronianam numerationem diſcrepantiam eſſe arbitratus ponit annum ſequentem, & anni Judaici 3008vi. At ſecundum Catonem Roma uno anno ſerius condita eſt nimirum in vere anni P. Julianæ [illegible]2, anni Mundi 3198, anni Judaici 3009. & anni Olympiadici 24ti, quo conceſſo añus primus Urbis revera eſt annus Olympiadicus 25tus, & annus Urbis 991. Cenſorini [illegible] annus Olympiadicus 1015tus. Calviſius in Chronologia Conditum Urbis [illegible] annum mundi 3198. revera Catonem hac in parte ſecutus, rationes [illegible] inventionis quidem ad conditu Varronianum reſpicit, at reſpectu executionis conditum Catonianum invenit, & in c. 10. Iſag. probare ſatagit, quod Varroniana annorum Urbis numeratio a Catoniana non differat, & conciliatio earundem haberi queat. Sed revera [illegible], & contra Scaligeri, Petavii, Ubbonis [illegible] calcitrat.

CANON II.

Primum Novilunium & Plenilunium, quod ſecundum Varronem 21. [illegible] Apr. Anni Periodi Julæ 3961. & ſecundum Catonem eundem [illegible] anni P. J 3962. proxime ſequitur, per Tabulas Aſtronomicas invenire.

Hic Canon propter Plutarchum potiſſimum & Antimachum Poetam addendus, [illegible] ille dicit in Romulo, quod [illegible] die Romæ hoc eſt 21. Apr. veteribus Palilia dicta fuerit

ſimul ἔνη καὶ νέα hoc eſt 30ma dies alicujus menſis Attici [illegible] Olympiadico 23tio. Annus Olympiadicus 23tius ſec[illegible] Tabulam in præcedenti capite præmiſſam incipit 21. J[illegible] A[illegible]ni P. Jæ. 3960, quæ eſt prima Hecatomb. Attici, und[illegible] Munychionis noni Menſis, omnibus menſibus Attici[illegible] θημέροις factis, erit 16 Apr. f. 4. anni P. J. 3961 & 6ta Mun[illegible]nis 21. Apr. f. 2. At in hanc 21. Apr. ſecundum Plutarch[illegible] Antimachum incidit Conjunctio Solis & Lunæ eclipti[illegible] Videamus an & quomodo hoc verum ſit.

1. Pro Novilunio Apr. Anni Periodi J 3961. Varroniani per Tabulas Mülleri Copernicianas.

Anni P. J.		d	h	I	II	pag.
Radix	3910	8	11	30	5	p.142.
Anni expanſi	51	22	17	26	38	p.158.
Apr. in Biſſext.		2	9	47	50	p.168.
Summa	3961	33	14	44	33	Subtr.
Novilunium		60	1	28	6	p.1[illegible]
Novil. Apr. dies		26 f.7	10	43	33	in Fri[illegible]

2. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni Per. J.	d	h	I	II	☉	☽
8	99 compl.	13	5	5	9	[illegible]
3953 A.	12	15	31	36 S.	4	[illegible]
3961 ☌ Paſch.	87	21	33	29	13	9
Lunatio	29	12	44	3 A.		
☌ Aprilis	117	10	17	32	13	9
Pro 3. Menſibus	91 S.					
Apr. dies	26 f. 7.	10	17	32	13	9

Videamus jam, in quamnam diem Aprilis N[illegible] aliquod medium in primo anno Urbis Catoniano ho[illegible] anno P. J. 3962. & in anno M. 3198. cadat.

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	I	II	☉	☽
6	86	6	13	1	15	14	10
3192 A.	10[illegible]	3	5	32	23	[illegible]	[illegible] S.
3198 ☌ Paſch	76	3	7	28	52	14	[illegible]

Luna-

Lunario	29	1	12	44	3	A.	
Novil. Apr.	105	4	20	12	55	14	10
Dimidia Lun.	14	7	18	22	2	A.	
Plenilunii Apr.	120	4	14	34	57	14	10
Pro 3. Menſ.	90	S.					
☉ Apr. dies	30	4	14	34	57	14	10

2. Per Tabulas Mülleris Ptolemaicas.

Anni P. J.	d	h	I	II	pag.
Radix 3901	27	22	22	43	p.96.
Anni exp. 61	14	22	22	8	p.108.
Apr. in comm.	1	9	47	50	p.116.
Summa 3962	44	6	32	41	Subtr.
Novilunium	60	1	28	7	p.120.
☌ Apr. dies	15	18	55	26	
Dimidia Lun.	14	18	22	2	A.
☍ Apr. dies	30	13	17	28	

Cum E. neque 21 Apr. anni Periodi. Jul. vel 3961. vel 3962 [illegible] ſit, neque in 21. Apr. utramq; ullum Novilunium medium nedum Eclipticum inciderit, erravit Plutarchus, erravit Antimachus Poëta. Ubbo Emmius Palilia 26tæ Apr. f. 7mæ Anni P. Jæ. [illegible] Novilunio inſigni tribuit, quemadmodum & Scaliger l.5. de Em. temp. p. 388. & Petavius l. 9. de doctr. temp. c. 48. Nicolaus Müllerus in Examine temp. p. 68. dicit credibile eſſe, quod Romulus â 28. Martii anni P. J. 3961, in quam & Novilunium & Æquinoctium vernum inciderint, annum ſuum inchoaverit. Quoad Novilunium res plana eſt ex operatione ſecunda Petaviana, ubi pro Novilunio Paſchali anni 3961. [illegible] incompl. 21. hor. 33. I. hoc eſt, [illegible] & 28. Martii f. 6. in[illegible]bantur.

Pro Æquinoctio verno anni P. J. 3961. per Tab. Æquinoctiorum Petavii.

Anni P. J.		d		f	h	I		☉	
[illegible]		117	compl.	1	8	43		13	
[illegible]	A.	[illegible]		2	3	48	S.	[illegible]	A.
3961		88	incompl.	6	4	55		13	

Pro 2 menſ.	60	S.			
Martii dies	28	6	4	55	[illegible]

Sed cum græci ſolſtitium æſtivum loco 30. Junii in 8. Julii in initio Olympiadum conſtituerint: quomodo Romulus, qui ſecundum Ovidiũ arma magis, quam ſydera, novit, vel 24. aut Martii ſ. 6. elegerit, vel in hoc delectu ad Novilunium & æquinoctium reſpexerit? Verus Natalis Romæ eſt 21. Apr. anni P. J. 3961. ſecundum Varronem vel 3962. ſecundum Catonem.

CANON III.

Characteres civiles tam Romanos quam Judaicos in primo anno Urbis Varroniano & in ſequentibus annis omnibus invenire.

Primus annus Urbis Varronianus, initiali die 21. Apr. contentâ, ratione poſtremi dodrantis eſt annus P. J. 3961, habens Cyclum ☉ 13, Lunæ 9, & Indictionis primum. Hinc oritur Regula: pro inventione Characterum horum Rom. in annis Urbis Varronianis a vere inchoatis & ratione poſtremi[illegible] menſium conſideratis numero annorum Varronianorum [illegible] to addantur 12. 8 & 0, aggregata per 28 19 & 15. dividantur [illegible] reſidua exhibebunt Characteres Romanos quæſitos.

Exempli loco ſit annus Urbis Varronianus 754. Additione & diviſione rite peractis, habebit hic annus Urbis [illegible] Cyclum Solis 10 Lunæ 2 & Indictionis quartum, quos Characteres habent etiam annus P. Julianæ 4714, annus Julii Cæſaris 46tus & annus primus Chriſti propterea à D. Behm [illegible] rectè concatenati Si verò annorum Urbis initium ſit [illegible] Calendæ Jan, concatenatio expeditior erit. Pro iiſdem [illegible] Characteribus in annis Urbis Catonianis non 12 8 & 0. ſed [illegible] addenda erunt.

Characteres Judaicos vel Moſaicos quod attinet, [illegible] tium añorum Varronianum incidat in medietatem ferè anni Mundi 3197 qui [illegible] annus quintus in Sabbathico & [illegible] Jobelæo cyclo patet quod primus annus Urbis Varronianus ratione prioris ſemiſſis talis annus extiterit: Hinc oritur [illegible] regula. Pro inventione Characterum Moſ. in annis Urbis Varronianis ratione prioris ſemiſſis conſideratis numero anno-

rum

[illegible] Varr. addenda ſunt 4. & 11. aggregata per 7. & 49. dividenda [illegible] Exempli loco ſit annus V. Varr. 754. Additione & diviſione [illegible] peractis, erit hic annus 754. annus ſecundus in Sabbatico & 30mus in Cyclo Jobelæo, quos Characteres itidem habet [illegible] ratione prioris dodrantis annus P. J. 4714, annus Ju[illegible]laris 46. & annus primus Chriſti, prout in iiſdem Ep. Tabulis expreſſe habetur. Pro annis autem Catonianis non 4. & [illegible] 5. & 12. addenda erunt.

CANON IV. & ultimus.

Ad initium annorum Urbis Varronianum elapſi ſunt.

		M.
Anni P. J.	3960	4. ferè
Mundi	3196	7. ferè
Judaici	3007	7. ferè
A diluvio	1540	6. ferè
Manſ. in Ægypt.	1174	4. ferè
Ab Exodo	744	1. ferè
A Templo Sal.	264	1. ferè
Ab initio Olymp.	22	9 ferè

Ideoque primus annus Urbis Varronianus eſt

Annus P. J.	3961
Mundi	3197 & ſequens
Judaicus	3008 & ſequens
â Diluvio	1541
Manſionis in Ægypto	1175
Ab Exodo	745
A Templo Salom.	265
Olympiadicus	24

Si verò de annis Urbis Catonianis ſit ſermo & quæſtio, tunc numeri annorum omnes in Canone poſiti unitate erunt augendi.

CAPUT V.

De Epocha annorum Nabonaſſaræorum hiſtoricorum.

ſtyagem avum maternum è ſolio dejecit, & in Perſia imperare cœpit anno primo Olympiadis 55tæ ſive anno Olympiadis 217 hoc eſt anno Mundi circiter 3391. Annis 3391 ab annis 3419 deductis, manent illi 28 anni. Minimè certè Cyrus, Aſtyage ſolo ſuperato, nondum autem Cræſo, nondum Dario Medo ultimo Monarcha Babylonico, nondum aliis Regibus victis & ſubactis, verè gloriari potuit, quod Dominus Cœli & Terræ ipſi omnia regna dederit. Sciendum enim hic eſt Monarchiam primam Babyloniorum, Chaldæorum, & Aſſyriorum ab Arbace Medo ipſi Sardanaplo tempore Jonæ & circa annum Mundi 3076 ereptam â ſolo Arbace ejusque filiis & nepotibus ſucceſſoribus, quorum ultimus fuit Aſtyages, totam non ſemper fuiſſe retentam, ſed partem ejusdem Monarchiæ primæ quidem ab Aſſyriacis Regibus Phulaſſare, Teglatpillaſſare, Salmanaſſare, Sennacheribo, & ultimo Aſſarhabdone, partem verò maximam â Nabonaſſaris ſucceſſoribus Mardocempado, Nabopollaſſare, Nebucadnezare, Evilmerodacho, Balthaſare & ultimo Dario Medo fuiſſe occupatum.

Hyp. IV. Cambyſes ſecundus Perſarũ Monarcha im̃ediatè ſuccesſit Patri Cyro. At ſeptimus annus Cambyſis apud Ptolomæum & Nicolaum Müllerium in Tab. Friſ. p. 82. Scaligerum, Calv. D. Behm, Ubbonem Emmium &c. eſt annus Nabonaſſaræus 225, in quo facta eſt Eclipſis Lunæ Phamenot die 17. horis ... à meridie hoc eſt unâ ferè hora ante Mediam noctem & quidem 16. Julii f. 4. anni P. J. 4191. & anni Mundi 3427, in quo Calviſius hunc defectum ponit. Ipſum Plenilunium medium ſecundum ſequentes 3. calculos ita inquiritur.

1. Pro 17ma Phamenot Plenilunio per Tabulas Müllerii Ptolematicas priores.

Anni Nabon.		d	h	/	//	pag.
Radix	201	5	15	55	55	p. 50.
Anni expanſi	24	18	22	39	33	p. 64.
Menſis Phamenot		2	19	35	40 A.	p. 68.
Summa	225	27	10	11	8	Subtr.
Plenilunium		45	7	6	5	p. 70.
Plenil. mediũ fit Pham die		17	20	54	57	

2. Per

Pro 16. Julii Plenilunio per Tab. Syzygiarum noſtras.

E.C.	P.J.	M.	Jud.	d	h	′	″	☉	☽
46	46	46	46	110	7	29	24	7	11
4940	4145	3381	3192	A. 15	20	0	7	16	0 S.
4986	4191	3427	3238	94 inc.	11	29	17	19	11
5. cum dimid. Lunationes				103 com.	8	34	12 A.		
Plenilunium medium Julii				197	20	3	29	19	11
Pro 6. menſibus Julianis				181 S.					
Julii dies				16 f. 4.	20	3	29	19	11

3. Per Tabulas Müllerii Copernicianas.

Anni P. J.		d	h	′	″	pag.
Radix	4110	29	7	47	7	p. 142.
Anni Exp.	81	24	21	3	0	p.162.
Julius in comm.		3	19	35	41 A.	p.167.
Summa	4191	58	0	25	48	Subtr.
Plenilunium		74	19	50	8	p.170.
Plenil. eſt Julii dies		16	19	24	20	

Conſtat ergo ex hoc Ptolemæi teſtimonio, quod ultimus Cyri annus profanus ſit annus Nabonaſſaræus 218, pro quo D. Behm in Manud. p. 133. ponit 217 hoc eſt, 3419. annum Mundi.

Hypoth. V.

Ultimus Monarcha Babylonicus fuit Darius Medus, cujus mentio fit Dan. c. 6. v. 1. & 2. non autem Balthaſar ſucceſſor Evilmerodachi isque à Cyro & Dario Medo prout Annius Viterbienſis finxit, Babylone capta, conjunctis viribus debellatus, ſed, rixâ in convivio illo (Dan. 5. v. 1.) obortâ, ἀποτυμπανισθεὶς, hoc eſt fuſtibus cæſus, ut Scal. in Can. Iſag. l. 3. pag. 290 & 291. addit, quia Darius idem Medus, prout in Daniele habetur, regnum ἀπέλαβε traditum ſcilicet â proceribus, Balthaſare interfecto, non autem vi armatâ occupatum.

His quinque Hypotheſibus præmiſſis & conceſſis, ſequitur jam & addendum eſt breviter, quomodo Monarchia prima partim in Aſtyage ratione Medorum & Arbacis ſucceſſo-

Ii rum,

•rum partim in Dario Medo, ratione Babyloniorum Regum Nabonaſſarem ſubſecutorum ſit finita, & ſecunda Monarchia Perſarum in Cyro inchoata, & per Cambyſen ejuſque ſucceſſores continuata.

Reges & Monarchas Medicos ab Arbace oriundos ordine recenſet Diodorus Siculus l. 3. cap. 9. & ex hoc Joſephus Scaliger Can Iſag. l 2. c. 2. p. 132 Ex his ſeptimus eſt Phraortes ſecundum Scaligerum anno Periodi Jæ. 4061, 8vus Cyaxares anno Periodi Jæ. 4083, & nonus atque ultimus Aſtyages anno ejuſdem Periodi Jæ. 4123. regnare orſus, & â Cyro, è Mandane filia nepote, anno Olympiadico 217. imperio privatus, quo Aſtyage victo & in ordinem redacto, Cyrus Mediæ quidem & Perſiæ Rex evaſit, Monarcha autem nondum fuit. Nabonaſſaris verò ſucceſſores exactè uſque ad Darium Medum recenſet Canon Ptolemæi â Scaligero, Petavio, Calviſio, & D. Behm variis in locis exhibitus â Scaligero præſertim l. 2. Can. Iſag c. 2. p. 134. accuratè explicatus, & tamen reſpectu annorum imperii, qui ibidem adduntur, cum grano ſalis cumque judicio Chronologico legendus Ex his 16tus eſt Nabopollaſſar Nebucadnezaris Pater, cujus anni 30mi implicita mentio ſecundum Scal extat Ezech. 1. Hic Nabo pollaſſar Ptolemæo Nabulaſſar anno Imperii 18vo filium Nebucadnezar ad rebelles in ordinem redigendos in Syriam miſit, quod ipſum non obſcurè fragmenta è Beroſo & Megaſthene â Scaligero, Calviſio, & D. Behm relata edocent. 17mus eſt Nabuchdonoſor ſive Nebucadnezar Scripturæ, qui una cum Patre per 12. vel 13. annos, ſolus poſt mortem Patris 32. annis & in univerſum 44. annis imperavit. 18vus Evilmerodach, cujus anni primi ejuſque de 70. illis annis 36ti mentio fit 2. Reg. 25 in fine. 19nus ſecundum Ptolemæum & Scaligerum Nerigliſſororus Balthaſaris tutor, revera autem Balthaſar, rixâ in convivio obortâ, â conjuratis, quorum Dux Darius Medus fuit, occiſus, & XX. atque ultimus Nabonidus vel Darius Medus iſque, 17. annis in imperio & Babylone exactis, â Cyro, Babylone captâ, circa annum Mundi 3412, prout Calviſius è Scaligero ponit, regno privatus, & Caramaniæ præfectus. Etſi verò Cyrus, jam Aſtyage, Cræſo, & Dario Medo victis, Monarcha extitit: tamen, 70. annis captivitati Babylonicæ nondum finitis, annus primus Monarchiæ

Cyri

Cyri & ultimus de 70. annis illis cum anno demum Mundi 3419. biennio ante mortem Cyri incipit, quo tempore Cyrus Judæis captivitatem quidem laxavit, reditumque in patriam edicto publico conceſſit, ipſe tamen in expeditione Maſſagetica â Tomyri regina victus, & cæſus miſerè periit, cujus morte templi ædificatio cœpta deinde impedita & interdicta fuit. Annus ergo primus captivitatis Babylonicæ eſt annus Mundi 3350 annus 26tus Nabopollaſſaris, annus nonus Nebucadnezaris, annus trigeſimus quintus Cyaxaris, annus Olympiadicus 176. & annus Nabonaſſaræus 148.

Annus quintus captivitatis Babylonicæ eſt annus Mundi 3354, annus Nabopollaſſaris 30mus & ultimus, utut Canon Ptolematicus 21. ſaltem annos Nabopollaſſari tribuat, annus Nebucadnezaris poſt mortem patris primus, annus Cyaxaris trigeſimus nonus, annus Olympiadicus 180. & annus Nabonaſſaræus 152. Annus undecimus captivitatis Babylonicæ eſt annus Mundi 3360. annus ſeptimus vel octavus Nebucadnezaris imperii puri & 19nus mixti, licet pater jam dudum mortuus fuerit, annus quintus Aſtyagis, annus Olympiadicus 186. vel 187. & annus Nabonaſſaræus 158 Annus 37mus captivitatis Babylonicæ eſt annus Mundi 3386, annus Evilmerodachi primus, annus Aſtyagis 31mus. annus Olympiadicus 212. & annus Nabonaſſaræus 184. Annus captivitatis Babylonicæ 43tius eſt annus Mundi 3392, annus primus Balthaſaris, quem Nerigliſſorori Tutorium Imperium paucis annis præceſſit, annus ſecundus Cyri in Perſia & Media, annus Olympiadicus 218. & annus Nabonaſſaræus 190mus. Annus 46tus captivitatis Babylonicæ eſt annus Mundi 3395, annus quintus Cyri vulgaris, annus primus Darii Medi, annus Olympiadicus 221. & Nabonaſſaræus 193. Annus 62dus captivitatis Babylonicæ eſt annus Mundi 3411, annus 17mus & ultimus Darii Medi, annus 21mus Cyri imperii vulgaris, annus Olympiadicus 237. & annus Nabonaſſaræus 209. Annus ſeptuageſimus & ultimus captivitatis Babylonicæ eſt annus Mundi 3419, annus 29. Cyri imperii vulgaris & annus primus ejuſdem Cyri Biblicus & Monarchicus, annus Olympiadicus 245. & annus Nabonaſſaræus 217 Denique annus 72dus Captivitatis Babylonicæ ante biennium ſolutæ, eſt

annus Mundi 3421, annus trigeſimus primus Cyri vulgaris imperii, & annus tertius Cyri Monarchicus, cujus mentio fit Dan. 10. v. 1, ſimulque annus primus Cambyſis, Cyro in bello Maſſagetico victo & interfecto, annus Olympiadicus 247. & annus Nabonaſſaræus 219, qua ratione annus ſeptimus Cambyſis fit annus Nabonaſſaræus 225, prout hypotheſis quarta volebat. Cambyſi ſecundo Monarchæ Perſico tribuuntur 8. anni, incluſo eo tempore, quo Magi poſt Cambyſen brevi ſpatio imperarunt. In numero Regum & Monarcharum Perſicorum, qui Cambyſi ſucceſſerunt, non conſentiunt Autores. Alii enim quatuordecim numerant, ut Euſebius Cteſiam ſecutus, alii tredecim, ut Sulpitius Severus, qui Artabanum omittit, alii duodecim, alii undecim. Xerxem Daniel. c. 11. v. 1. expreſſè quartum conſtituit â Cyro. Primus enim eſt Cambyſes, ſecundus Smerdes Magus, Tertius Darius Hyſtaſpis, quartus Xerxes. Smerdes tamen hic, ut & Artabanus, Xerxes ſecundus, & Sogdianus â pleriſque omittuntur, & proinde 10. tantummodo Monarchæ Perſici numerantur. Primus Cyrus per 30. completos & 33 incompletos vulgares annos, perque duos completos & 3. incompletos Monarchicos. Secundus Cambyſes per 8. annos. Tertius Darius Hiſtaſpis per 37. annos. Quartus Xerxes per 21. annos. Quintus Artaxerxes Longimanus per 40. annos, Sextus Darius Nothus per 19. annos, cujus anno ſecundo templum Hieroſolymitanum ædificari cæptum, & anno ſexto abſolutum. Inter Artaxerxem Longimanum, & Darium Nothum interponuntur â Diodoro Siculo 2. vel Spurii vel aliquot menſium Reges nimirum Xerxes ſecundus & Sogdianus. Septimus Artaxerxes Memor per 43. annos. Octavus Ochus per 23 annos. Nonus Arſames vel Arſes per 3. vel 4. annos. Et decimus atque ultimus Darius Codomannus anno imperii ſexto currente & anno Olympiadico 446. ab Alexandro Magno victus. Summa annorum, quibus Monarchia ſecunda floruit, ſunt 201 anni, qui numerus etiam acquiritur, ſi 245. anni Olympiadici â 446. annis ſubtrahantur.

CAPUT III.

De Epocha Regifugii & primorum Romanorum Conſulum.

Epocham hanc in hoc capite ideò breviter conſiderabimus, ne vel Romanorum Regum, qui poſt Romulum floruerunt,

runt, ordinem, vel Romanorum Conſulum originem penitus omittamus. Româ ergò in vere anni Periodi Julianæ ſecundum Varronem 3961 & ſecundum Catonem anni ſequentis, prout in capite IV. Sectionis ſecundæ dictum, ædificatâ, deinceps 7. Reges Romæ per 244. annos regnarunt, quorum ſeriem è Livio deſumptam, accuratè ponit Scaliger l.2. Can. Iſag. c.ult p.165. Primus Rex fuit Romulus per 37. annos. Hunc excepit unius anni interregnum. Secundus Numa Pompilius, per 43. annos. Tertius Tullius Hoſtilius per 32. annos. Quartus Ancus Martius per 24 annos. Quintus Tarquinius Priſcus per 38. annos. Sextus Servius Tullius per 44. annos. Et Septimus atque ultimus Tarquinius Superbus per 25. annos, cujus Filius Sextus Tarquinius ſtupravit Lucretiam invitam, eoque facto Romanorum animos ita irritavit, ut Romani Tarquinio Superbo imperium abrogaverint, eum ab obſidione Ardeæ reverſum & Romam ingreſſurum non admiſerint, loco Regum duos Conſulos annuos habuerunt, Conſulare hoc imperium, quod partim Democraticum partim Ariſtocraticum erat, usque ad Imperatorum Romanorum initium maximam partem continuarint, niſi quando vel in ſummo periculo Dictatorem conſtituerunt, vel circa annum Mundi 3500 Decemviros 12. Tabularum Authores habuerunt, vel Tribunos militum conſulari poteſtate præditos 75 annis poſt introduxerunt, de quibus omnibus pluribus agunt Livius l. 3. & 4. Decadis primæ, Dionyſius Halicarnaſſæus l.10. & 11. Plutarchus & alii.

CAPUT IV.

De Epocha Metonis & belli Peloponneſiaci.

Etſi ſecundum Periodum Olympicam Scaligeri in capite 3. Sect. ſecundæ præmiſſam Olympiades quæque & præſertim priores 86. earumque anni certis diebus cœperint: certum tamen eſt, magnam in Olympiadum initiis determinandis varietatẽ, quæ adeò certo definiri nequit, ſimul occurriſſe, quam varietatem auxit inter alia Harpali & Cleoſtrati, qui 240. annis poſt primam Olympiadem vixerunt, vitioſus menſis Lunaris Synodicus videlicet 29. dierum 12. hor. 50. 54. .& 30 , ipſaque Octaeteris ab illis inventa & ſupra à Samuele Petito Moſi afficta. Hujus Octaeteridis vitium Meton primus

 ani-

animadvertit, & primò quidem una cum Euctemone ſolſtitium æſtivum in 27. Junii f. 1. anni Periodi Iulæ 4282, ſive in 21. Phamenot anni Nabonaſſaræi hiſtorici 316. per obſervationem deprehendit, hinc reſpectu menſis Lunaris Synodici Cleoſtratæi meliorem videlicet 29. d. 12. h. 45./. 57.//. 26.///. & 48. /V. invenit, & ad hujus ductum & normam Enneadecaeteridem ſuam propoſuit. Ante omnia ſequentia præmittemus principia.

Definitiones.

I. Menſis Lunaris Synodicus Metonicus eſt 29.d.12.ho. 45./.57.//.26.///.&48./V.hoc eſt 29.d.31./.54.//.53.///.37./V.1.V & 16.V/.Syſtema, quibus elapſis, Luna una cum ſole in eodem Zodiaci puncto, â quo digreſſa eſt, ſecundum Metonis ratiocinia conjungi putabatur,

Numeros hos habet Petavius l.2. de doctr.Temp.c 13. Nicolaus Müllerius in Tab. Friſ. p.262. menſi Lunari Tychonico attribuit 29.d.12 h.44./ 3 //. 9.///. unde menſis Metonicus major eſt Tychonico 1./.54.//.18.///. Accuratior quidem hic menſis eſt Cleoſtratæo, deterior tamen Tychonico, licet in Periodo Olympica per περίληψιν â Scaligero poſitus & adhibitus ſit menſis Lunaris Calippicus. Numero 29.d. 12.hor. 45./. 57.//. 26.///. & 48. quartorum per 12. multiplicato, annus Lunaris communis Aſtronomicus Metonicus evadit 354.d 9.hor. 11./. 29.//.21.///.36./V, quemadmodum annus Lunaris Metonicus embolismaris, unâ Lunatione Metonicâ additâ, 383.d. 21.ho.57. /. 26.//. 48.///.24./V. At communis Tychonicus ſecundum eundem Nicolaum Müllerium ibidem eſt 354.d.8 hor. 48./.37. //. 44.//. quemadmodum Emboliſmaris 383.d. 21.hor. 32./.40. //.53.///.

II. Enneadecaeteris Metonis ſive Cyclus tam civilis quam Aſtronomicus Metonis 19. annis & 235. Lunationibus Synodicis Metonicis comprehenſus eſt 6940. dierum ab occaſu Solis inchoatorum hoc eſt 19. annorum Julianorum & unius diei vel etiam, ſi 5. anni biſſextiles in uno Cyclo occurrant, 19. ſaltem annorum Julianorum ſyſtema, quibus elapſis Meton juſto majore menſe Lunari uſus Solem cum Luna paria facere, & ad idem Zodiaci punctum redire falſo putavit.

Si 29

Si 29.d.31./.54.//.53.///.37./V.1.V.& 16.V/.per 235.Lunationes hoc eſt per 3./æ.55.0. multiplicētur,prodibunt 1.2æ.dierum 55./æ.39.d.59./.59.//.59.///.59./V.57.V.& 48.V/. hoc eſt, 6939.d.59./.59.//.&c.hoc eſt,6940.dies ferè. At 235.Lunationes Tychonicæ continent 1.2æ. dierum 55.1æ.39.d.41./. ſaltem 20.//.46.///.5./V.5.V.& 45.V/. Unde Enneadecaeteridis Aſtronomicæ Metonicæ & Tychonicæ differentia ſunt & erunt 18./.diaria 39.//.13.///.54./V.52.V.& 3.V/.hoc eſt 7.horæ.27./.4.//.33.///.56./V.49.V.& 12.V/. pro quibus Scaliger l 2 de Emend. temp p.75.7.hor.26./.56.//.&40.///.hoc eſt 447./.horaria ponit,quæ per 19 diviſa uni anno pro exceſſu tribuunt 23./.horaria 31.//.7.///. ſecundum Scaligerum, cum ſecundum priorem calculum 23./.& 32.//.fere proveniant. Contra 19.anni tropici, 365.diebus 5.h.49./.pro uno anno computatis, faciunt 6939.dies,14.ſaltem horas & 31./. Unde ſi hic Cyclus Metonis longo tempore in uſu civili permanſiſſet, & niſi poſt 102.annos abrogatus fuiſſet, omnia confuſiones plena evaſiſſent.

Hypotheſes.

I. Nulla Neomenia civilis vel prima Hecatombœonis dies in Calendario Juliano expreſſa prior fuit 27. Junii, ſed ſemper poſterior.

Hæc Hypotheſis merum eſt Scaligeri principium, idquo non tantum in bona ratione,verùm etiam in experientia fundatum. Petavius quidem, qui huic Hypotheſi manifeſtè contradicit,in anno Metonico 11mo, & Calviſius, ut plura exempla omittam, in anno Metonico 8vo 27mæ Junii diei utpote ἡλιοτροπίῳ θερινῷ neomenias civiles Metonicas aſcribunt,& tamen id ipſum nō tantùm ſine ratione, verùm etiā contra omnē rationem Aſtronomicam faciunt, quia in neutra ullum Novilunium oſtendere poſſunt. Ut Exemplum Calviſianum omittam, annus 11mus Metonicus incipit in anno Periodi Julæ 4292, Cyclo Solis octavo, ſecundum Scaligerum & Calviſium die à Cal. Jan.206, 25.Julii f.6, at ſecundum Petavium die à Cal Jan. 178, 27. Junii f. 6,cum tamen ſecundum ſequentem duplicem calculum Novilunium medium reperiatur in 26. Junii f.5.

t.Per.

1. Per Tabulas Müllerii Ptolem. poſteriores.

Anni Per. Jul.		d	h	'	''	pag.
Radix	4201	14	21	32	33	p. 96.
Anni exp.	91	16	1	57	30	p. 112.
Junius in comm.		3	8	19	43 A	p. 116.
Summa	4292	34	7	49	46	Subtr.
Novilunium		60	1	28	7	p. 120.
Junii dies		25	17	38	21	in Friſ. p. M. N.
Differentia Müllerii			8	47	10	
Exceſſus in 10. annis			3	55	20	A.
Junii dies		26 f.5. 6	20	51		in Eden p. occ.
Lunatio		29 1 12	44	3		A.
Julii dies		25 f 6.10	4	54		1ma Hecat. Scal.

2. Per Tabulas Syzygiarum noſtras. (& Calv.

Anni p. J.	M.	Jud.	d		h	'	''	☉	☽
71	71	71	104	incomp.	6	11	34	4	17
4221	3457	3268	16		1	50	54	24	0 S.
4292	3528	3339 A.	88	incomp.	4	20	40	8	17
3 Lunationes			88		14	12	10		
Differentia dier. & Merid.					8	13	0		
Exceſſus idem					3	55	20 A.		
Dies Novil. eſt dies a Cal.			177	f.5.	6	41	10	8	17
Pro 5 Menſibus			151	S.					
Novil. fit Junii die			26	f.6.	6	41	10	8	17
Lunatio			29	1	12	44	3 A.		
Novil. fit Julii die			25	f.6.	19	25	13	8	17 pro- (ut Scaliger poſuit.

II. Prima dies Hecatombæonis in anno primo Metonico eoque anno Olympiadico 345. ineunte fuit 13tia dies Scirrophorionis ultimi menſis Attici in anno Olympiadico finiente 344.

Hypotheſis hæc deſumpta eſt ê libro duodecimo Diodori Siculi. Quomodo autem hæc decimatertia Scirrophorionis conveniat cum 15. Julii, quæ annnm prímum Metonicum ſecun-

eundum Scaligerum inchoat, hac in parte neque Scaligerianus calculus cum Calviſiano, neque Petavianus cum utrovis convenit. Secundum Periodum Olympicam Scaligeri decimatertia hæc dies Scirrophorionis eſt 26. Julii, ſecundum Calviſium in cap 9. Iſag. 14. Julii, prout etiam Calviſius in anno Mundi 3518. ponit. Samueli Petito verò l. 4. Eclog. Chron. c. 12. p. 256. per Octaeteridem Harpalæam ibidem præpoſitam, & alibi examinandam, quemadmodum & Scaligero l. 2. de Emend. Temp. p. 76. decimatertia Scirrophorionis Attici præcisè eſt decimaquinta Julii f. 5. anni Mundi 3518 vi ipſa prima dies Hecatombæonis Metonici.

III. Solſtitium æſtivum Meton per obſervationem deprehendit in 17ma die Phamenot anni Nabonaſſaræi hiſtorici 316ti, 19. diebus ante Novilunium medium, quod ſecundum ſequentem calculum incidit in 9. diem Pharmuti ejusdem anni Nabonaſſaræi 316.

Per Tabulas Mülleri Ptolem. priores.

Anni Nabon.		d	h	/	//		pag.
Radix	301.	5	20	23	15		p. 50.
Anni expanſi	15	11	20	9	43		p. 64.
Pharmuti		3	6	51	37	A.	p. 68.
Summa	316	20	23	24	35		Subtr.
Novilunium		30	12	44	3		p. 70.
Novil. fit Pharmuti die		9	13	19	28		in Friſ. p. M. N.

Huic nonæ Pharmuti in Calendario Romano reſpondet 15. Julii f. 5. anni Per. J. 4282 poſtea invenienda, minimè autem 17mæ Phamenot, prout ex errore ponit Ubbo Emmius l. 1 rerum Chronol tit: de Periodis annorum p. 31, ubi rectè addit, quod tempus hoc Charactere certo & infallibili ita inſignitum ſit, ut errari in eo non poſſit, cum præſertim annus primus Metonicus bellum Peloponneſiacum famoſiſſimum proximè præceſſerit.

IV. & ultima. Character cœleſtis bellum Peloponneſiacum ratione initii in anno Periodi Julianæ 4283 & in anno Mundi 3519 collocans eſt eclipſis Solis maxima facta in iisdem an-

 nis

nis 3. Auguſti f. 4 poſt meridiem, ita ut ſtellæ aliquot, prout Thucyd. l. 4. addit, apparuerint.

Bellum Peloponneſiacum cœpit in vere anni P. J. 4283 anni Mundi 3619 & anni Olympiadici 345 finientis. Sed quia poſterior dodrans anni primi belli Poloponneſiaci concurrit cum priore dodrante anni Olympiadici 346 hoc eſt anni ſecundi Olympiadis 87mæ: hinc annus primus ejusdem belli â Diod. Siculo l. 12. & Thucydide lib. 4. conſtituitur annus Olympiadicus 346tus, in quo anno ſimul eclipſis illa reperitur.

CANON I.

Annum Per. Julianæ & Mundi & per illum annum quoque Nabonaſſaræum competentem, in quos annos Epocha Metonis incidit, per annum Olympiadicum 344 completum in hypotheſi ſecunda expreſſum invenire.

Per Canonem ſeptimum & ultimum ca. 3. Sectionis hujus ſecundæ ad Olympiadum initium elapſi ſunt Anni Per. Julianæ 3937 completi & 6. M. & anni Mundi Scaligeriani completi 3173 & 9. M. Additis utrobique 344 annis Olympiadicis completis, fiunt & fient anni Periodi Jul. completi 4281 & 6. M. & anni Mundi completi 3517 & 9. M. ad Epocham Metonis elapſi, hoc eſt, Epocha Metonis cœpit in medio anni Periodi Jul. 4282 & cum ultimo ferè quadrante anni Mundi 3518. Invento Periodi Jul. anno, facilè per Canonem IIX. l. 1. annus Nabonaſſaræus correſpondens ita invenitur. Numerus proximè major ſub D. ſunt 5635 anni. Subtractis hinc annis 4282 datis, manent anni 1371. Sub eodem D. infra habentur anni Nabonaſſaræi prolептici 5656, â quibus 1371 illi anni reſidui ſubtracti relinquunt annos Nabonaſſaræos prolepticos 4282, &, 3968 annis Nabonaſſaræis prolepticis ſubtractis, 317 hiſtoricos, quorum ultimus cœpit die â Cal. Jan. 343 9. Dec. f. 5. anni Periodi Julæ 4282 finientis, & proinde annus Periodi Jul. 4282 eſt annus Nabonaſſaræus 316, qui cœpit 9. Dec. f. 4. anni Periodi Julianæ 4281. Si prima Thot eſt 9. Dec. f. 4. hujus anni: E. 24. Thot eſt 1. Jan. f. 6. anni Periodi Iul. 4282, prima Athyr 7. Febr. f. 1, prima Mechir 8. Maji f. 7 prima Phamenot 7 Junii f. 2, 21. Phamenot 27 Junii f. 1. & proinde 6. Pharmuti 15. Julii f. 5, in qua 15. Julii idem nonæ Pharmuti Novilunium infra invenietur.

CA-

CANON II.

Solſtitium æſtivum in 27. Junii f.1. Anni P. Julianæ 4282di per Tabulas æquinoctiorum Petavii & anni Mundi 3518vi per Tabulas æquin. Calviſii invenire.

Ptolomæus l.3.c.1. *μεγ. συν.* meminit hujus Solſtitii â Metone & Euctemone 21mâ Phamenot anni Nabonaſſaræi 316 obſervati, Reſpondet autem huic 21 Phamenot 27. Junii f.1. Operæ E. pretium erit ſequentem duplicem calculum adjicere.

1. Per Tab. Æquin. Petavii.

	d	f	h	/	☉	
Anni P.J.						
82	117 incompl.	3	2	4	26	
4200 A.	32	4	1	48 S.	0 A.	
4282	85 incompl.	6	0	16	26	
Quadr. vernus	93	2	9	15		
Differentia			7	51 A.		
Dies ſolſtit æſtivi	178	1	17	22	26	
Pro 5. Menſ.	151 S.					
Junii dies	27 f.	1	17	22	26	Ath. 5. ab occ.

Per Tab. Æquinoctiorum Calviſii, pro differentia 7. hor. 8./. additis, inveniuntur 178 d. 1. f. 17. hor. 9./. anni Mundi 3518, una cum cyclo Solis 26. & quidem Athenis ab occaſu.

CANON III.

Prima dies Hecatombæonis primi anni Metonici Novilunio inſignis fuit 15ta Julii f.5. Anni Per. Julæ 4282, fuitque hæc & prima Ab itidem f.5. anni Mundi 3518, & vigeſima nona Tamutz anni Judaici 3329 & ultima ſive *ἕνη καὶ νέα* anni Olympiadici 344, quia ſequens annus 345 utpote annus 41mus in quinta Periodo Olympica cœpit 16. Julii f.6, & tandem 9na Pharmuti anni Nabonaſſaræi hiſtorici 316 & proleptici 4284ti.

1. Pro Novilunio 15tæ Julii.

Calculus per Tabulas Mullerii Ptolemaicas priores pro 9næ Pharmuti Novilunio inſtitutus ſupra in Hypotheſi 3. habetur.

Lubet hic ſaltem Ptolematicum & Copernicianum calculos duos ſequentes addere.

1. Per Tabulas Mülleri ptolematicas poſteriores.

		d	h	/	//	pag.
Anni Per-Jul.						
Radix	4201	14	21	32	33	p.36.

 Anni

Anni exp. B. 81	25	21	0	24	p. 112.
Julius in comm.	3	19	35	40 A.	p. 116.
Summa 4282	44	14	8	37	Subtr.
Novilunium	60	1	28	7	p. 120.
☌ fit Julii die	15	11	19	30	in Friſ. p. M. N.
Different. Mullerii		8	47	10	A.
Idem Novil.	15 Jul. f. 5.	20	6	40	in Ed. ab occ.

Per Tab. Mullerii Copernicianas, pro differentia 8. hor. 47./,10.//. additis, inveniuntur 15. d. Julii 20. hor. 33./.6.// in tab. & in anno Per J. 4282. poſt occaſum Solis conſiderata.

2. Pro prima Ab anni Mundi 3518. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	☉	☽
22	89 incompl.	1	14	23	38	2	7
3496 A.	11	2	4	55	28	4	0 S.
3518	78 incompl.	6	9	28	10	26	7

Prima Niſan Moſaica Anni Mundi 3518 ſecundum hunc unicum calculum eſt dies â Cal. 78. 19. Martii f. 6, prima Jiar 18. Apr. f. 1, prima Sivan 17. Maji f. 2, Prima Tamutz 16. Junii f. 4. & prima Ab decimaquinta Julii f. 5. eademque cœleſtis pariter & civilis neomenia.

3. Pro 29. Tamutz anni Judaici 3329. Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	/
62	266 incompl.	1	6	886
3268 A.	10	6	9	260 S.
3330	255	1	21	626
6 Lunation. Jud.	177	2	4	438 S.
Novil. Paſch. Martii	78 incompl.	6	17	188
4 Lunation. Jud.	118	6	2	1012 A.
Novilun. Jud. Julii	196	5	20	120
Pro 6 menſibus	181 S.			
Julii dies	15	5	20	120

Prima Tiſri anni Judaici ſequentis 3330 Aſtronomica eſt dies

dies à Cal. Jan 255.12. Sept. f.1, & propter Adu & 21. horas dies 256. f.2. 177.d.2.f.hinc ſubtractis, prima Niſan Judaica Politica anni Judaici præcedentis 3329 fit dies à Cal. Jan.79. 20. Martii f.7, & proinde prima Jiar Judaica eſt 19. Apr. f.2, prima Sivan 18. Maji f.3. prima Tamutz 17. Julii f.5. & vigeſimanona & ultima Tamutz Judaica, non autem Moſaica eſt 15 Iulii f.5. Denique quod eadem 15. Iulii f.5. anni Periodi Iulianæ 4282 ſit 9. Pharmuthi anni Nabonaſſaræi 316, id demonſtratum eſt in fine Canonis primi. Fruſtra & nullâ de cauſa Petavius lib.2. de doctr. temp. c.9. & 13. loco 15tæ Iulii f. quintæ nobis 16. Iulii f.6. obtrudere conatur.

CANON IV.

Enneadecaeteridis Metonicæ primæ Scaligerianæ una cum Calviſiana & Petaviana hic in Tabula propoſitæ ſive primi Cycli Metonici Scaligeriani fundamentum eſt Calendarium Moſaicum, rariſſimè Iudaicum, quia prima dies Hecatombæonis in omnibus his 19. annis plerunque eſt vel prima dies Tamutz vel prima dies Ab Moſaicæ, raro verò Iudaicæ, eademque Enneadecaeteris Scaligeriana utpote in Aſtronomia meliore fundata multis nominibus præferenda eſt Enneadecaeteridi Calviſianæ, Petavianæ, & Petitianæ.

Tabulam Enneadecaeteridis Metonicæ Scaliger magno artificio proponit tum lib.2. de emend. temp. Titulo: de anno magno Metonis p 80. tum lib.1. Can. Iſag. c.8. p.64, quod artificium cum Calviſius in c. 9. Iſag. ubi de anno Metonis Magno & Cyclo Metonico agit, non intellexerit, tamen auſus fuit & Enneadecaeteridem in duplici annorum 76. expanſorum & collectorum forma contra Scaligeri mentem proponere, & in ejusdem Cycli Metonici Scaligeriani quarto, octavo, duodecimo, & decimoſexto annis initiales dies immutare. Petavio è profeſſo quaſi propoſitum fuit omnia Scaligeriana vel falſitatis convincere vel corrigere. Quam verè autem, quamque feliciter id in hoc negotio Metonico præſtiterit, infra, ubi 18. reliqui Hecatombæonis dies cum primis Tamutz & Ab Moſaicorum menſium diebus eædem inventæ fuerint, ad oculum apparebit. Si Samuelis Petiti teſſeracontaeteris, cujus tabulam idem Samuel Petitus in l. 4. Ecl. Chronol. c.6. p.219. proponit,

una cum MetonisEnneadecaeteride fuiſſet continuata & con-tinuanda, tunc, 345. annis Olympiadicis per 40. diviſis, & in quoto 8,in reſiduo verò 25.relictis,annus primus Metonicus fu-iſſet annus 25tus nonæ Periodi Petitianæ,eaque ratione ut pri-mum ſaltem,quintum,nonum,decimumtertium, 17,21,25.tum 29.33. & 37.annos conſideremus,annus primus Metonicus hoc eſt,Olympiadicus 345tus & 25tusPeriodi nonæ cœpiſſet 2. Julii f.6ta, loco 15tæ Julii f.5, annus quintus Metonicus & vigeſimus nonus Periodi 11. Junii f. 4. loco primæ vel ſecundæ Julii f. 3 & quartæ, annus nonus Metonicus & 33tius Periodi 20. Junii f. 4. loco 17. Julii f.5, annus 13tius & 37mus Periodi 29. Junii f.5. loco tertiæ Iulii f.2, annus denique 17mus Metonicus & primus Pe-riodi Petitianæ 8. Iulii f.4, loco 19. Iulii f.1. & ita conſequenter.

Tab. Cycli Metonici ſecundum Scal.Calviſium & Petav.

Secundum.

		Joſ.Scaligerũ		Sethum Calv.		Dion. Petav.	
	1	Julii die	15	Julii die	15	Julii die	16
	2		5		5		6
Incipit	3		24		24	Junii die	25
Annus	4		12		11	Julii die	1[illegible]
Meto-	5		2		2		3
nicus.	6		20		20	Junii die	22
	7		10		10	Julii die	1[illegible]
	8	Junii die	28	Junii die	27	Julii die	2[illegible]
	9	Julii die	17	Julii die	17	Julii	18
	10		7		7		8
	11		25		25	Junii die	27
	12		14	Iunii die	29	Julii die	1[illegible]
	13		3	Julii die	3		4
	14		22		22	Junii die	24
	15		12		12	Julii die	1[illegible]
	16	Junii die	30	Iunii die	29		1
	17	Julii die	19	Iulii die	19	Junii die	2[illegible]
	18		8		8	Julii die	[illegible]
	19		27		27		[illegible]

Qui

Qui dies initialesPetitiani quam incommodi&inepti ſint tum ratione ſolſtitii æſtivi, quod interdum præcedunt, tum reſpectu Novilunii medii, â quo ſemper aberrant, infra ad oculum apparebit. Cumque an̄us prim⁹ inCan.3tio ſit præmiſſus, ideo pro annoMetonico ſecundo, tertio, quarto, ſexto, undecimo, decimotertio, decimoquarto, decimoquinto, decimoſeptimo, & 18vo per unicū ſemper calculū examen hoc abſolvemus.

1. Pro quinta Julii f. 3. prima die anni Metonici ſecundi per Tab. Syzygiarum noſtras.

Per Jul.	Mundi	Judaic.	d	h	/	//	☉	☽	
62	62	62	83 inc.	20	7	43	23	8	
4221	3457	3268 A.	16	1	50	54	24	0	S.
4283	3519	3330	67	18	16	49	27	8	
Lunatio			29	12	44	3	0	0	
Differ. Calviſii				8	13	0	0	0	A.
Prima Niſan Moſaica			97 f 5.	15	13	52	27	8	

Prima Niſan Moſ. eſt 7. Apr. f.5. & proinde prima Tamutz eſt 5. Iulii f.3, non vel 6. Iulii f. 4. Petaviana vel 27. Iun. Petitiana.

2. Pro 24. Julii f. 2. primo die Hecat. in anno tertio Met. per Tab. Mullerii Ptol poſteriores.

Anni P.J.		d	h	/	//	pag.
Radix	4201	14	21	32	33	p. 96.
Anni exp.	83	17	14	39	1	p. 112.
Martius in comm.		29	11	15	57 A.	p. 116.
Summa	4284	61	23	27	31	Subtr.
Novilunium		89	14	12	10	p. 120.
Martii dies		27	14	44	39	in Fr p.M.N.
Differ. Mullerii			8	47	10 A.	
Martii dies		27 f.2.	23	31	49	in Eden ab occ.

Prima Niſan Moſaica Aſtronomica eſt 27. Martii f.2, Politica propter 23. horas adhærentes 28. Martii f. 3. & proinde 1. Ab eſt 24 Iulii f.2, non autem vel 25. Iunii f.6, Petaviana in qua præterea nullum reperitur Novilunium, vel 27. Iunii f. 2. Petitiana eidem Novilunio deſtituta.

3. Pro

3. Pro 12. Julii f.6. Anni Met. 4. per Tab. Syzyg. Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	☉	☽
25	86 compl.	2	5	3	34	5	10
3496	11	2	4	55	28	4	0
3521	76 incompl.	7	0	8	6	1	[illegible]

Prima Niſan Moſaica eſt dies â Cal. Ian. 76. 16. Martii f.[illegible] & proinde prima Ab Moſaica eſt 12. Iulii f.6. non autem vel Calviſiana 11. Iulii f 5, vel Petaviana 13. Iulii f.7, vel denique Petitiana 16. Iunii, quia in horum dierum nulla Novilunium reperitur. Imò hæc 1. Ab Moſaica eſt ſimul prima Ab Iudaica.

4. Pro quinto Anno Met.

Prima Niſan Moſaica eſt & fuit dies â Cal. Ian. 94. 4. Apr. f.6. & proinde prima Tamutz Moſaica evadit 2. Iulii f.4. minimè autem vel 3. Iulii f.5. prima Hecatombæonis Petaviana, quæ fuit prima dies Tamutz Iudaica, vel undecima Iunii Petitianæ Novilunio penitus deſtitutæ.

5. Pro 20. Julii f.2. Anni ſexti per Tab. Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	☉	☽
27	94 incompl.	5	11	54	52	7	11
3496 A.	11	2	4	55	28	4	[illegible]
3523	83 incompl.	3	6	59	24	3	11
4 Lun. & differ.	118	6	10	4	13 A.		
Novil. Julii	301	2	17	3	37	3	[illegible]
Pro 6. Menſ.	181 S.						
Julii dies	20	f. 2	17	3	37	3	11

Prima dies Niſan Moſaica per hunc calculum unicum est dies â Cal. Ian. 83. 24. Martii f.3, & proinde prima Ab eſt 20. Iulii f. 2. eaque prima dies Hecatombæonis in anno ſexto Metonico, non autem vel 22. Iunii Petaviana, quæ fuit prima Tamutz Iudaica, cum Novilunium reperiatur in 21. Iunii, vel 6 Iulii Petitiana.

6. Prima dies anni Mundi 3524 eſt dies â Cal. Ian. 7[illegible] 14, Martii, & proinde prima Ab Iudaica eſt 10 Iulii f.7. eaque prima dies Hecatombæonis in anno Metonico 7, non vero vel Iulii 11. f 1. Petaviana, vel 1. Iulii Petitiana, in quarum dierum nulla Novilunium medium reperitur.

7. Pri-

7. Prima Niſan Moſaica eſt dies à Cal.Ian.91. 31 Martii f. 6. & proinde prima Tamutz 28. Iunii f.4. eaque initialis dies anni Metonici octavi in anno P Iulianæ 4289,& Mundi 3525 Cyclo Solis 4. præditis, non autem vel 27. Iunii Calviſiana, vel 29. Iunii Petitiana.

8. 17. Iulii f.3. anni P. J.4290. & Cycli Solaris ſexti, eaque prima Hecat. anni Met. 9. itidem eſt prima Ab tàm Moſaica quam Iudaica anni Mundi 3526 & anni Judaici 3337, quia prima Niſan Moſaica ſecundum ſequentem unicum calculum eſt dies à Cal.Ian.80.21.Martii f.4 Minimè vero prima Hecatomb. 16. vel 18.Iul.f.4. Petaviana vel 20.Iunii Petitiana.

Per Tabulas Mullerii Copernicianas.

		d	h	/	//	
Anni Per.Jul.						pàg.
Radix	4201	14	21	32	33	p.96.
Anni exp. B.	89	24	8	18	54	p. 112.
Julius in comm.		3	19	35	40.A	p. 116.
Summa	4290	43	1	27	7	Subtr.
Novilunium		60	1	28	7	p. 120.
Iul. dies prima prædita ☌		17	0	1	0	in Fr.p.M.N.
Differentia Mullerii			8	47	10	A.
☌ fit Julio die		17 f.3.8		48	10	in Ed ab occ.
Pro 4 Menſ.præced.		122	A.			
Summa		139	3	[illegible] 48	10	in Ed.ab occ
4 Lunationes		118	6	[illegible] 51	57 S.	
☌ fit Martii die		21 f.4. 5		56	13	in Ed. ab occ.

9. Prima Niſan,eſt dies à Cal. Ian.99. 9. Apr. f. 3. anni Periodi Julianæ 4291 & proinde prima Tamutz eaque ſimul prima dies Hecatombæonis anni romi Metonici eſt 7. Iulii f. 1. non vero vel 8.Iulii f 2. Petaviana vel 15.Iunii Petitiana, quia in earum dierum nullâ σύνοδος media reperitur.

10. Ita etiam prima Hecatombæonis in anno Met. 11. videlicet 25 Iulii f. 6. anni Periodi Julianæ 4292. & Cyclo Solis 8. eſt ſimul prima Ab Moſaica, quia prima Niſan ſecundum ſequentem unicũ calculum eſt dies a Cal,Ian.88.29.Martii f.2 [illegible]

Per Tabulas Mullerii Ptolemaicas poſteriores.

		d	h	′	″	
Anni Per Iul.		d	h	′	″	pag.
Radix	4201	14	21	32	33	p. 96.
Anni expanſi	91	16	1	57	30	p. [illegible]
Iulius in comm.		3	19	35	40 A.	p. [illegible]
Summa	4292	34	19	5	43	Subtr.
Novilunium		60	1	28	7	p. 120
Iulii dies		25 f. 6.	6	22	24	10 [illegible]
Differ. Müllerii			8	47	10	A.
☌ fit Iulii die		25 f. 6.	15	9	34	[illegible]
Pro 4. Menſ. præced.		122	A.			
Summa		147 f. 6.	15	9	34	
4. Lunationes		118 f. 6.	2	56	13 S.	
Prima Niſ. Martii dies		29 f. 7.	12	13	21	

minimè autem vel Junii dies 27. Petaviana vel 10. Junii [illegible]na prima Hecatombæonis eſſe poteſt.

12. In anno Metonico 12. prima Niſan Moſaica [illegible] Cal. Jan. 77. 17. Martii f. 4. & propter 22. horas ad[illegible] Martii f. 5, & proinde prima Ab anni Mundi 3529 e[illegible] Iulii f. 4. Anni Periodi Iulæ 4293 Cyclo Solis nono prædi[illegible] hæc 14 Iulii f. 4. eſt prima dies Hecatombæonis in anno Metonico 12. Non E. hæc eſt vel 29. Iunii Calviſiana eaque [illegible] lunii dies, vel deci[illegible]a quinta Iulii f. 5. Petaviana, vel [illegible] Iulii Petitiana.

13. Secundum ſequentem unicum calculum prima Niſan anni Mundi 3530 eſt dies a Cal Ian 95 5. Apr. f. 3. & proinde prima Tamuz eiusdem anni eſt 3 Iulii f. 1 anni Periodi Iul. [illegible] Cyclo Solis decimo præditi eaque prima dies Hecat[illegible] anni [illegible]cimitertii Metonici, minimè autem vel 4. Iulii f 2. [illegible] vel 29. Iunii Petitiana.

Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P. J.	Mundi	Jud.	d	h	′	″	☽	☉
73	73	73	[illegible] inc.	12	42	53	6	19
4221	3457	3268 A.	16	1	50	54	24	0 S.
4294	3530	3341	[illegible] inc.	10	51	59	10	19

3. Li-

[illegible] Lunationes	88	14	12	10		
[illegible] Calviſii		8	13	0 A.		
[illegible] Julii	184	9	17	9	10	19
[illegible] Menſib.	181 S.					
[illegible] Julii die	3 f. 1.	9	17	9	10	19 Hier. ab occ.

14. Annus Metonicus 14. incipit ſecundum Scaligerum & Calviſium die a Cal. Ian. 203 22 Iulii f. 7. Anni Periodi Iulia[illegible] anni M. 3531 & anni Iudaici 3342, quia prima Niſan tàm [illegible]a quàm Iudaica ſecundum ſequentem calculum Iudai[illegible] eſt dies á Cal. Ian. 85. 26 Martii f. 1, & proinde prima Ab [illegible]dem annorum eſt dies á Cal. Ian. 203. 22. Iulii f. 7, non au[illegible] 24. Iunii tam Petaviana quàm Petitiana.

Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Iud.	d	f	h	/
75	272 incompl.	2	17	39
[illegible]	10	6	9	260 S.
3343	262 incompl.	3	7	859
[illegible] Lunationes Jud.	177	2	4	438 S.
[illegible] Moſ. & Jud.	85 incompl.	1	3	421
4 [illegible]	118	6	2	1012 A.
Novil. [illegible]	203	7	6	353
Pro 6 Menſ.	1[illegible] S.			
Julii dies	[illegible]	7	6	353 in Ed. ab occ.

15. Annus Metonicus decimusquintus incipit in anno Periodi Jul. 4296 Mundi 3532 Iudaico 3343 & Cyclo Solis 12 12. Iu[illegible] quæ hic novo exemplo eſt ſecunda Ab, quia prima Niſan Moſaica & Aſtronomica ſecundum ſequentem calculum [illegible] Iudaicum eſt dies á Cal. Ian 74. 15 Martii f. 5 & proinde prima Ab 11. Julii f 4.

Per Calendarium Judaicum noſtrum.

Period. Jul.	M.	Jud.	d	h	/
76	76	76	262 incompl.	1	915
4221	3457	3268 A.	10	9	260 S.
4297	3533	3354	251 incompl.	16	655
[illegible] Lunationes Jud.			177	4	438 S.

Pri-

Prima Niſ. Aſtr. tàm Jud. quàm Moſ.	74	12	[illegible]
4 Lunationes Jud.	118	2	1012 A.
Novil. Jud. & Moſ. Julii	192	15	149
Pro 6 Menſibus	181 S.		
Julii dies currens	11 f 4.	15	149 in [illegible]

Minimè autem prima Hecat. eſt vel 13. Iulii f. 6. Petaviana vel 19 Iulii f. 5. Petitiana.

Exceſſus in 14. annis ſunt 5. hor cum dim. quæ additæ [illegible] unt 21. ferè horas ob quas pro 11. Iulii poſita eſt 12. Iulii.

16. Prima Niſan Moſ. in anno Periodi Iulianæ 4297 [illegible] es â Cal. Ian. 93. 2. Apr. f. 4. & proinde prima Tamutz eſt [illegible] nii f. 2. eaque initialis dies anni Metonici decimiſexti non autem vel 29. Iunii f. 1. Calviſiana, vel 1 Iulii f. 3. Petaviana, vel denique 13. Iunii Petitiana.

17 Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3534. [illegible] ſequentem calculum unicum eſt dies â Cal. Ian. 81. 22. Martii f. 1, poſtea, 8. hor. 13. /. additis, propter 19. horas [illegible] ceſſum 6. horarum omittam) 23. Martii f. 2, & proinde prima Ab 19. Iulii f. 1, quæ eſt ipſa prima Hecatombæonis anni [illegible] Metonici.

Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P.Jæ.	M.	Jud.	d	h	/	//	☉	☽	
1	1	1	97	inc. 81	32	13	18	4	
4297	3533	3344	A. 16	7	41	40	4	0	S.
4298	3534	3345	81	inc. 10	50	33	14	4	
Differ. Calviſii				8	13	0	A.		
Prima Niſ. Moſ.			81	inc. 19	3	33	14	4	
Pro 2 Menſ.			59	S.					
Martii dies			22	f. 1. 19	3	33	14	4	Hi[illegible]

Minimè autem hic locum habet vel 20. Iunii Petaviana vel 8. Iulii Petitiana.

18. Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3535 ſecundum ſequentem unicum calculum Calviſianum eſt dies â Cal. Ian. [illegible] 12. Martii f. [illegible] & proinde prima Ab eaque ſimul prima dies Hecatombæo-

Hecatombæonis in anno 18vo Metonico eſt 8. Iulii f. 5. anni Per. Iul. 4299. Cyclo Solis 15to præditi, non autem vel 9 Iulii f. 6. Petaviana vel 3. Iulii f. 7. Petitiana, quia in harum dierum nulla ſynodus reperitur.

	d	f	h	/	//	☉	☽
Anni M.							
10	82 inc.	1	0	34	35	19	5
3530 A.	11	2	4	55	28	4	0 S.
Summa	70 inc.	5	19	39	7	15	5
[illegible] Lunationes	118	6	2	56	13		
Differ. Calv.			8	13	0 A.		
Novil. Iulii	189	5	6	48	20	15	5
Differ. Menſ.	181 S.						
Iulii dies	8 feria	5ta	6	48	20	15	5

17. Denique prima Niſan Moſaica anni Mundi 3536. eſt dies 1 Cal. Ian. 90ma 31. Martii f. 5 anni Periodi Iul. 4300 Cyclo Solis 16. præditi, & proinde prima Ab eaque ſimul initialis dies anni Metonici 19. & ultimi eſt 27. Iulii f. 4. minimè autem vel 30. Iulii Petaviana, vel 28 Iunii Petitiana. Quæ omnia erant demonſtranda. Poſtquam hæc Enneadecaeteris 102. annis in Græcia uſurpata fuit, correcta & abrogata eſt per Periodum Calippicam, quemadmodum hæc per Periodum Alexandræam, & Alexandræa per Iulianam. Unde non opus eſt, ut in peculiari Canone monſtretur, quomodo Cyclus Solis, Lunæ, Indictionis, Sabbathicus, & Iobelæus in primo & ſequentibus annis Metonicis per regulas certas inveniatur. Primus nimirum annus Metonicus cœpit in medio anni Periodi Iul. 4282, qui habuit Cyclum Solis 26, Lunæ 7mum, & Indictionis [illegible]. Idem autem annus Metonicus cœpit in fine anni Mundi 3518, hoc eſt, anni quarti in Cyclo Sabbathico, & 39ni in Iobelæo, unde primus annus Metonicus ratione maximæ partis eſt annus quintus in Cyclo Sabbathico, & quadrageſimus in Iobelæo.

CANON V.

Tieſi Peloponneſiaci characterem cœleſtem in Hypoth. 4. poſitum declarare, & 5to Aug. f. 4tæ Novilunium medium

per Tychonicum; Copernicianum, & Ptolemaicum calculos invenire.

Initium belli Poleponneſiaci eſt Ver & finis anni Olympiadici 345ti in anno Periodi Iulæ 4283 & Mundi 3519, quem annum Olympiadicum 345. ita probat Petavius libro 9. de doctrina temp. c. 4. Anno, inquit, decimo quarto belli currente incidit Iudicrum Olympicum, in quo vicit pancratio Dorieus Rhodius, teſte Thucydide libro 3. & quidem Olympiade 88. Ergo exeunte anno 4to Olympiadis 87mæ cœpit añus quartus belli, & proinde annus primus ejuſdem belli cœpit exeunte anno primo Olympi. 87. (hoc eſt anno Olympiadico 345.) Similiter anno 12. belli Poleponneſiaci labente, Olympia peracta ſunt, teſte eodem Thucydide, in quibus Androſthenes Arcas pancratio vicit, & quidem Olympiade 90ma ineunte (hoc eſt anno Olympiadico 357.) proinde deſinente anno quarto Olympiadis 89næ, hoc eſt, anno Olympiadico 356. verno tempore inchoatus eſt annus duodecimus belli Poleponneſiaci. Quare neceſſe eſt annum primum belli Poleponneſiaci cœpiſſe año, uti dictum eſt, exeunte primo Olympiadis 87. (hoc eſt anno Olympiadico 345) Hactenus Petavius. Poſito anno Olympiadico 345. quoad dodrantem elapſo, ponitur ſimul annus Periodi Iulæ 4283. quoad quadrantem, annus Mundi 3519, & annus Iudaicus 3130. quoad ſemiſſem elapſi. Unde ſequitur, quod bellum idem Poleponneſiacum cœperit 9. menſibus de primo anno Metonico elapſis. Idem confirmat & confirmabit eclipſis Solaris maxima â Thucydide in æſtatem anni primi belli Poleponneſiaci, & proinde in initium anni Olympiadici 346. conjecta facta 3. Aug. f. 4. anni Periodi Iul. 4283. ſecundum Petavium libro 8. & libro 9. c. 41. digitorum 8. ſecundum Bullialdum 9, & ſecundum Calviſium in anno M. 3519 11. Ipſum Novilunium medium ſecundum ſequentes calculos in 3. Aug. ſic ita invenitur:

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.		d		f	h	′	″	☉		☽	
23		108	inc.	7	11	56	18	3		8	
3496	A.	11		2	4	55	28	4	S.	0	
3519		97		5	7	0	50	27		8	Lipſ.

4. Lu-

4 Lunat.	118	6	2	56	13		
Differ. Merid. Att. & Lipſ.		1	8	0 A.			
Nov.med.Iul.215	4	11	5	3	27	8	Ath. p. M.N.
Prior Menſ. 212 S							
Auguſti dies 3 f. 4.	4	11	5	3	27	8	

2. Per Tab. Mullerii Copernicianas, pro differentia 1. hor. 24. additis, inveniuntur in anno P. J. communi 3. di. Auguſti 10. hor. 42. /. 37. //. Athenis p. M. N. conſiderata.

3. Per Canonem 8vum libri 1. eadem 3. Aug f. 4. eſt & erit 28va Pharmuti anni Nabonaſſaræi hiſtorici 317. hoc eſt prolepti 4285. in qua 28. Pharmuti ſecundum ſequentem calculum Ptolemaicum itidem medium invenitur Novilunium.

Anni Nabonaſſaræi		d	h	/	//	pag.
Radix	301	5	20	23	15	p. 50.
Anni exp.	16	22	11	21	3	p. 64.
Pharmuti		3	6	51	37 A	p. 68.
Summa	317	31	14	35	55	Subtr.
Novilunium		60	1	28	7	p. 70.
☌ fit Pharm. die		28	10	52	12	in Ptol. p. M. N.
Eadem differ.			1	24	0	A.
Pharmuti dies		28 f. 4. 12		16	12	Athen. p. M. N.

Eclipſis ipſa facta eſt hora tertia pomeridiana, unde medium Novilunium prius fuit vero 3. circiter horis. Annus Olympiadicus 346. eſt annus Metonicus ſecundus inchoatus ſecundum ſuperiorem Enneadecaeteridem Scaligeri 5. Iulii f. 3. Anni Periodi Iul. 4283. 5. diebus 3. fer. & 29. di. & 1. fer. in Hecatombæone reliquis additis, ultima Hecatombæonis ſive *ἕνη καὶ νέα* fit 3. Aug. f 4. Novilunio ecliptico inſignis. Quod erat demonſtrandum.

CANON V. & ultimus.

Ad initium Epochæ Metonicæ elapſi ſunt

		M.	Ideoq. primus añus
Anni Ep. C. Pæ.	5076	9	5078 (Met eſt añus
Nabonaſſaræi prol.	4283	7	0000
Periodi Iulianæ	4281	6	4282 & ſeq.

Mun-

Mundi	*3517*	*9*	*3519*	non autem
Iudaici	*3328*	*9*	*3330*	ſecundum
Ab Exodo	*1065*	*3*	*1066*	Calv. *518.*
Ab initio Olympiadum	*344*	*0*	*345*	
Ab initio Urbis Varr.	*321*	*3*	*322*	
Ab initio Nab.	*315*	*4*	*000*	

Ad initium vero belli Peloponneſiaci elapſi ſunt.

	anni	M.		
Anni Ep. C. P.	*5077*	*6*	*5078*	& ſeq.
Nab. prol.	*4284*	*4*	*0000*	
Per J.	*4282*	*3*	*4283*	
Mundi	*3518*	*6*	*3519*	& ſeq.
Iudaici	*3329*	*6*	*3330*	& ſeq.
Ab Exodo	*1066*	*0*	*1067*	
Ab initio Olymp.	*344*	*9*	*346*	
Ab initio Urbis Varr.	*322*	*0*	*323*	
Ab initio Nab.	*316*	*4*	*000*	

CAPUT V.

De Epocha 70. Hebdomadum Danielis.

NUlla in Sacris, quam hæc, nobilior eſt Epocha, nulla item quæ majorem a Chronologis & Theologis ob falſorum terminorum â quo & ad quem adjudicationem injuriam ſit experta, quam injuriam cauſatur partim Periodi Iulianæ characterum Sabbathicorum & Iobelæorum, aliorumque in illa πρώτως conſiderandorum neglectus, partim hiſtoriæ Monarcharum Perſicorum profanæ, quæ in hoc negotio maximè neceſſaria eſt, pravus intellectus, dum á quibuſdam Darius Nothus mutatur in Darium Hyſtaſpis, & Artaxerxes Memor in Artaxerxem Longimanum, & partim denique vitiorum primæ & ſecundæ concoctionis in tertia correctionis defectus. Ante omnia E. ſequentes Hypotheſes præmittemus.

Hypoth. I.

70 Hebdomades Danielis continent *490.* annos, à quibus priores *110.* ſunt Moſaici, poſtremi *380.* vero Alexandrini, hoc eſt, continent *7.* Cyclos Sabbathicos & *10.* Cyclos Iobelæos, & quidem non ſolum in autumno; verùm etiam cum tali anno Periodi Iul. Mundi, & Iudaico inchoandos & finiendos, qui eſt primus in iiſdem Cyclis.

Cum

Cum excidium Hieroſolymitanum prius incidat in annum Sabbathicum, cur non & ultimum in Sabbathicum cum Jobelæo conjunctum? præſertim cum 70. Cycli Sabbathici & 10. Cycli Jobelæi in his 490. annis manifeſtè contineantur. Hujus Hypotheſeos vi initium horum 490. annorum locandū eſt vel in anno Periodi Jul. 4293, vel in anno 4244, vel in anno 4195, vel in anno 4146 vel denique in anno 4342.

Hypoth. II.

Hebdomadum 70. Danielis, ubi inchoandæ & finiendæ ſint, intellectus primariò dependet partim è c. 9. Dan. partim è 4. 5. & 6. capite Esræ, è 1. cap. Zachariæ & è cap. 1. Haggæi ubi anni ſecundi Darii, quo anno edicto promulgato, eoque divinis Zachariæ & Haggæi vaticiniis confirmato, templum Hieruſolymitanum ædificari cœptum, ſecundariò verò è certitudine hiſtoriæ profanæ tùm ratione Regum Perſicorum ſupra conſideratorum, tùm reſpectu Monarchiæ quartæ Romanæ.

Hypoth. III.

Ab illo edicto 70. hebdomades ſecundum Danielis mentem inchoandæ ſunt, quod non tantum fuit editum, verùm etiam ratione templi ædificati felicem ſucceſſum conſecutum, quale edictum ſine dubio eſt ſecundum ſub Dario Notho editum, non primum, non tertium, non quartum.

Primum edictum eſt Cyri 2. Chron. 36. v. 22. & Eſræ 1, quod non tantum ſub Cyro, verùm etiam ſub Cambyſe, Dario Hyſtaſpis, Xerxe & Artaxaſta priore, hoc eſt, Artaxerre Longimano, prout Eſræ 4. c. narratur, impeditum fuit.

Edictum ſecundum extat Esræ 6.

Tertium habetur Esræ c. 7. editum ab Artaſaſta poſteriore ſive ab Artaxerxe Memore anno imperii ſeptimo.

Quartum denique edictum reperitur Nehem. 2. promulgatum anno ejuſdem Artaxerxis 20.

Hypoth. IV.

Annus paſſionis Dominicæ eſt annus Olympiadicus 808. quoad dodrantem elapſus, hoc eſt, annus Periodi Julæ 4746, & annus Epochæ Chriſtianæ 33tius.

Hypoth. V.

Annus Excidii Hieroſolymitani poſtremi eſt annus ſecundus Veſpaſiani, annus Ep. Chriſt. 70. annus P. J. 4783.

Mm Hy-

Hypoth. VI.

70. Hebdomades Danielis ſecundum hodiernorum Chronologorum divortium vel finiuntur in Dominica Paſſione, vel in excidio Hieroſolymitano poſtremo.

Hypoth. VII.

Eædem 70. hebdomades in Dominica Paſſione, hoc eſt in anno Olympiadico 808, & Periodi Julianæ 4746. finiri non poſſunt.

Si ab annis Olympiadicis 808. & P. Jæ. 4746. ſubtrahantur anni 489, remanebunt anni Periodi Iulæ 4257. & anni Olympiadici 319, quorum ultimus refert annum Artaxerris Longimani ſeptimum. At anno hoc ſeptimo nullum edictum editum, ut mirum ſit, quo jure Funccius ex hoc Artaxerxe Longimano, quia ſub hoc templi ædificium impeditum eſſe non negat, Artaxerxem Memorem faciat. Ita annus Periodi Jul. 4257. eſt annus ſeptimus in Cyclo Sabbathico & 14tus in Jobelæo, quemadmodum annus Periodi Jul. 4746. σταυρώσιμος eſt annus ſextus in Cyclo Sabbathico, & 13tius in Jobelæo Cyclo. quod eſt contra Hypoth. primam. Præterea verba hæc v. 24: 70. hebdomades præciſè deſcriptæ ſunt ſuper populu & durationi toti in templi ædificio inchoatæ & in Excidio, quod verba v. 26. expreſſè ponunt, finiendæ 490. illos años tribuunt. Annis 489. ab annis Periodi Julæ 4783. in Hypoth. V. poſitis ſubtractis, manent anni Periodi Julianæ 4294. Sed Sabbathicus & Jobelæus Character neceſſariò pro hoc annum præcedentem 4293. hoc eſt annum mundi 3529. ponit, qui eſt annus primus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo, primus item annus hebdomadicus & annus ſecundus Darii. Annis 489. ad 4293. & 3529. additis, annus ultimus hebdomadicus evadit annus Periodi Julianæ 4782. & annus Mundi 4018, quo finito, Titus in hyeme ſequenti cum exercitu in Judæam venit, Hieroſolymam obſidione cinxit, eamque in fine ferè anni Mundi 4019. anni Periodi Julæ 4783. & Chriſti 70. captam excidit, qui anni omnes novos Cyclos Sabbathicos & Jobelæos inchoant. Reliqua vaticinii Danielitici verba, ut v. 25. de 7. & 62. ſeptimanis usque ad Chriſtum ducem, quaſi Chriſtus, 69. vel 62. ſeptimanis elapſis, vel naſciturus vel paſſurus ſit, & v. 27. de ultimis ſeptima-

ptima-

timana ejuſque medio, in quo ceſſare debuit juge ſacrificium, quod tamen revera ceſſavit in ipſo demum excidio, quæ huic ſententiæ obſtare videntur, ea & plura facilè commodá & dextera explicatione, prout eam quoque D. Behm partim in Diſp. Chronol. ſecunda, partim l. 2. Manud tit. 3. c. 6. facit, ad eandem ſententiam accommodari poſſunt. Alias fatendum eſt, quod, licet Scaliger, Calviſius, D. Behm, Ubbo Emmius, & Helvicus quoad hanc ſententiam inter ſe in fundamento, hoc eſt, in anno ſecundo Darii Nothi & excidio Hieroſolymitano conſentiant, tamen pro primo anno hebdomadico alius alium Mundi annum ponat.

CANON. I.

Primus annus hebdomadicus Danielis cœpit die à Cal. Jan. 265tâ 22. Sept. f. 2. anni Periodi Julianæ 4292, quæ prima Tiſri Moſaica fuit ultima dies Elul anni Judaici 3339, prima dies Boedromionis anni Olympiadici 355. hoc eſt undecimi Metonici, 25. Iulii, f. 6. anni Periodi Iulianæ 4292di inchoati, & denique 20. Payni anni Nabonaſſaræi hiſtorici 326. & proleptici 4294ti.

1. Pro 22. Sept. Novilunio anni Periodi Jul. 4292.

1. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P. J.	M	Jud.		d	h	/	//	☉	☽
71	71	71		104 incóp.	6	21	34	4	17
4221	3457	3268	A.	16	1	50	54	24	0 S.
4292	3528	3339		88 incóp.	4	30	40	8	17
6. Lunationes				177	4	24	19		
Differentia Calviſii					8	13	0 A		
Prima Tiſ. Moſ. quæſita				265 inc.	17	7	59	8	17

Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3528. & Iudai 3339. eſt dies a Cal. Ian. 88. 29. Martii f. 7. anni P. J. 4292. ut ſupra, & proinde & prima Ab 25. Julii f. 6. eaque prima Hecatombæonis anni Metonici undecimi, & prima Tiſri Moſaica 22. Sept. f. 2. quæ prodit, ſive 6. Lunationes Aſtronomicæ, ſive 88. di. 7. fer. addantur 177 di. 2. feriis 22. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii inveniuntur itidem 265. di. 2. f. 17. hor. 7. /. 58. //. una cum Cyclo Solis 8. Lunæ 17. quemadmodum (3.) per Tab. Mülerii Copernicia-

nicianas, pro differentia 8 hor. 47. /. 46. //. additis 22. dies Sept. 17. hor. 3. / & 46. //. in Eden ab occaſu numerata: & 4tò per Calendarium Judaicum 265. di. 16. hor. 67. /. Iudaica in Eden iiſdem ab occaſu numerata.

2. Pro prima die Boedromionis in 22. Sept. f. 2. incidente.

Si prima Hecatombæonis anni Metonici undecimi & anni Olympiadici 355ti eſt 25. Julii f 6. anni Periodi Jŭl. 4291, prima Metagitnionis erit 24. Aug. f. 1. & proinde prima Boedromionis 22. Sept. f. 2.

3. Pro 20. Payni Anni Nabi Prol. 4294.

Per Can. VIII. libri 1. prima Thot añi Nabonaſſaræi prolepti ci 4294. & hiſtorici 326. eſt dies â Cal. Jan. 341. 7. Dec. f. 7. Anni Periodi Jul. 4291. cyclo Solis 7mo præditi, prout etiam ponit D. Behm in Ep. Tabulis p. 134, & proinde prima Paophi eſt 6 Jan. f. 2 Anni Periodi Jul. 4292. Cyclo Solis octavo præditi, & denique 1. Payni 3. Sept. f. 4. & 20ma Payni 22. Sept. f. 2, in qua 20. Payni ſecundum ſequentem calculum Ptolemaicum iidem medium reperitur Novilunium.

Anni Nab.		d	h	/	//	pag:
Radix	301	5	20	23	15	p. 50.
Anni exp.	25	0	1	6	50	p. 66.
Payni		4	5	23	30 A.	p. 68.
Summa		10	2	53	35	Subtr.
Novil.		30	12	44	3	p. 70.
Novil. fit Payni die		20 f. 2.	9	50	28.	in Friſ. p. M. N.
Differentia Mullerii			8	47	10	A.
Eadem Payni dies		20 f. 2.	18	37	38	in Ed. ab occ.

Quod erat demonſtrandum.

CANON. II.

491mus annus Danielis ſive annus primus hebdomadis 71mæ, hoc eſt, annus Mundi 4019, ut & annus Judaicus incepit die â Cal. Jan. 248. 5. Sept. f. 3. anni Periodi Jul. 4710. & anni

anni Chriſti 69. cyclo Solis 22. præditi, quæ 5. Sept. f. 3 ſimul exſtitit & ultima dies menſis Gorpiæi in anno Alexandræo 380, ſequente, anno 381, utpote (381. per 76. diviſis) Periodi primo 6. Sept f. 4. incipiente, & ultima dies Boedromionis anni Olympiadici 845ti, hoc eſt, anni Calippici 399ni, vel anni (399. per 76 diviſis) 19ni in 6ta Periodo Calippica 9. Julii f. 1. anni Periodi Jul. 4782. inchoandi, & prima dies Paophi anni Nabonaſſaræi hiſtorici 817. & proleptici 4785, adeoq; finalis dies Hebdomadum Danielis fuit & 4. Sept. f. 2. & ultima Elul Anni Mundi 4018. & anni Judaici 3829. penultima Gorpiæi anni Alexandræi 380mi, & 28va dies Boedromionis, & denique 30. dies Thot eorundem annorum.

1. Pro primæ Tiſri anni Mundi 4019. Novilunio

1. *Per Tab. Syzyg. Calviſii.*

Anni M.	Chriſti		d	f	h	/	//	☉	☽	
66	66		83	1	5	48	7	18	13	
3952	3	A.	12	7	16	0	6	24	0	S.
4018	69		70	7	13	48	1	22	13	
6 Lunationes			177	2	4	24	19			
Differentia Calviſii					8	13	0	A.		
PrimaTiſ Ani 4019.			248	3	2	25	20	22	13	Hier. ab occ.

Prima Niſan Moſaica Anni Mundi 4018. eſt dies â Cal. Jan. 71. 12. Martii f. 1, (additis 8 horis & 13. /.) & proinde, vel 177. die. f. 2. vel 6. Lunationibus additis, prima Tiſri anni Mundi 4019. eſt dies â Cal. Jan. 248. 5. Sept. f. 3. Per Tabulas Mülleri Ptolemaicas poſteriores, pro differentia 8. hor 47. /. & 10. //. additis, inveniuntur in anno P. J. 4782. 5. di. Sept. 2. hor. 14. /. & 20. //. in Eden ab occaſu numerata.

2. Pro prima Tiſri Anni Judaici 3830. per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	Chriſti		d		f	h	/	
[illegible]	30		260	incomp.	4	4	58	
[illegible]	39	A.	12		1	1	880	S.
[illegible]	69		248	incõpl.	3	2	258	

6. Lu-

Prima Niſ. Aſtr. tàm Jud. quàm Moſ.	74	12	217	
4 Lunationes Jud.	118	2	1012	A.
Novil. Jud. & Moſ. Julii	192	15	149	
Pro 6 Menſibus	181 S.			
Julii dies currens	11 f 4.	15	149	in E ab oc[illegible]

Minimè autem prima Hecat. eſt vel 13. Iulii f. 6. Petaviana vel 19 Iulii f. 5. Petitiana.

Exceſſus in 14. annis ſunt 5. hor cum dim. quæ additæ faciunt 21. fere horas ob quas pro 11. Iulii poſita eſt 12. Iulii.

16. Prima Niſan Moſ. in anno Periodi Iulianæ 429[illegible] eſt dies â Cal. Ian. 93. 2. Apr. f. 4. & proinde prima Tamutz eſt [illegible] Iunii f. 2. eaque initialis dies anni Metonici decimiſexti non [illegible]tem vel 29. Iunii f. 1 Calviſiana, vel 1 Iulii f. 3. Petaviana, vel de[illegible]nique 13. Iunii Petitiana.

17 Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3534. ſecundum ſequentem calculum unicum eſt dies â Cal. Ian. 81. 2[illegible] Martii f. 1, poſtea, 8. hor. 13. /. additis, propter 19. horas [illegible] ceſſum 6. horarum omittam) 23. Martii f. 2, & proinde prima Ab 19. Iulii f. 1, quæ eſt ipſa prima Hecatombæonis anni [illegible] Metonici.

Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P.Jæ.	M.	Jud.	d	h	'	''	☉	☽	
1	1	1	97 inc.	81	32	13	18	4	
4297	3533	3344	A. 16	7	41	40	4	0	S.
4208	3534	3345	81 inc.	10	50	33	14	4	
Differ. Calviſii				8	13	0	A.		
Prima Niſ. Moſ.			81 inc.	19	3	33	14	4	
Pro 2. Menſ.			59	S.					
Martii dies			22 f. 1.	19	3	33	14	4	Hier. ab oc[illegible]

Minimè autem hic locum habet vel 20. Iunii Petaviana vel 8. Iulii Petitiana.

18. Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3535 ſecundum ſequentem unicum calculum Calviſianum eſt dies â Cal. Ian. [illegible] 12. Martii f. 6, & proinde prima Ab, eaque ſimul prima dies He-

[illegible]ronis in anno 18vo Metonico eſt 8. Iulii f. 5. anni Per. Iul. 4299. Cyclo Solis 15to præditi, non autem vel 9 Iulii f. 6. Petaviana vel 3. Iulii f. 7. Petitiana, quia in harum dierum nulla ſynodus reperitur.

Anni M.	d	f	h	/	//	☉	☽
39	82 inc.	1	0	34	35	19	5
3496 A.	11	2	4	55	28	4	0 S.
3535	70 inc.	5	19	39	7	15	5
4 Lunationes	118	6	2	56	13		
Differ. Calv.			8	13	0 A.		
Novil. Iulii	189	5	6	48	20	15	5
[illegible] Menſ.	181 S.						
Iulii dies	8 feria	5ta	6	48	20	15	5

17. Denique prima Niſan Moſaica anni Mundi 3536. eſt dies a Cal. Ian. 90ma 31. Martii f. 5. anni Periodi Iul. 4300 Cyclo Solis 16 præditi, & proinde prima Ab eaque ſimul initialis dies anni Metonici 19. & ultimi eſt 27. Iulii f. 4. minimè autem vel 29. Iulii Petaviana, vel 28 Iunii Petitiana. Quæ omnia erant demonſtranda. Poſtquam hæc Enneadecaeteris 102. annis in Græcia obſervata fuit, correcta & abrogata eſt per Periodum Calippicam, quemadmodum hæc per Periodum Alexandræam, & Alexandræa per Iudaicam. Unde non opus eſt, ut in peculiari Canone monſtretur, quomodo Cyclus Solis, Lunæ, Indictionis, Sabbathicus, & Iobelæus in primo & ſequentibus annis Metonicis per regulas certas inveniatur. Primus nimirum annus Metonicus cœpit in medio anni Periodi Iul. 4262, qui habuit Cyclum Solis 26, Lunæ 7mum & Indictionis 10mum. Idem autem annus Metonicus cœpit in fine anni Mundi 3518, hoc eſt, anni quarti in Cyclo Sabbathico, & 39ni in Iobelæo, unde primus annus Metonicus ratione maximæ partis eſt annus quintus in Cyclo Sabbathico, & quadrageſimus in Iobelæo.

CANON V.

Belli Peloponneſiaci characterem cæleſtem in Hypoth 4. poſitum declarare, & 3tiæ Aug. f. 4tæ Novilunium medium

per Tychonicum ; Copernicianum, & Ptolemaicum calculus invenire.

Initium belli Poleponneſiaci eſt Ver & finis anni Olympiadici 345ti in anno Periodi Iulæ 4283 & Mundi 3519, quem annum Olympiadicum 345. ita probat Petavius libro 9. de doctrina temp. c. 4. Anno, inquit, decimo quarto belli currente incidit Iudicrum Olympicum, in quo vicit pancratio Dorieus Rhodius, teſte Thucydide libro 3. & quidem Olympiade 88. Ergo exeunte anno 4to Olympiadis 87mæ cœpit añus quartus belli, & proinde annus primus ejuſdem belli cœpit exeunte anno primo Olympi. 87. (hoc eſt anno Olympiadico 345.) ſimiliter anno 12. belli Poleponneſiaci labente, Olympia peracta ſunt, teſte eodem Thucydide, in quibus Androſthenes Arcas pancratio vicit, & quidem Olympiade 90ma ineunte (hoc eſt anno Olympiadico 357,) proinde deſinente anno quarto Olympiadis 89næ, hoc eſt, anno Olympiadico 356. verno tempore inchoatus eſt annus duodecimus belli Poleponneſiaci. Quare neceſſe eſt annum primum belli Poleponneſiaci cœpiſſe año, uti dictum eſt, exeunte primo Olympiadis 87. (hoc eſt año Olympiadico 345) Hactenus Petavius. Poſito anno Olympiadico 345. quoad dodrantem elapſo, ponitur ſimul annus Periodi Iulæ 4283. quoad quadrantem, annus Mundi 3519, & annus Iudaicus 5330. quoad ſemiſſem elapſi. Unde ſequitur, quod bellum idem Poleponneſiacum cœperit 9. menſibus de primo anno Metonico elapſis. Idem confirmat & confirmabit eclipſis Solaris maxima à Thucydide in æſtatem anni primi belli Peloponneſiaci, & proinde in initium anni Olympiadici 346. conjecta facta 3. Aug. ſ. 4. anni Periodi Iul. 4283. ſecundum Petavium libro 8. & libro 9. c. 41. digitorum 8. ſecundum Bullialdum 9, & ſecundum Calviſium in anno M. 3519. 11. Ipſum Novilunium medium ſecundum ſequentes calculos in 3. Aug. h. 1. ita invenitur:

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	′	″	☉	☽
23	108 inc.	7	11	56	18	3	8
3496 A.	11	2	4	55	28	4 S.	0
3519	97	5	7	0	50	27	8 Lipſ.

4. Tu-

4. Lunat.	118	6	2	56	13		
Differ. Merid. Att. & Lipſ.	1	8	0 A.				
Nov. med. Iul. 215	4	11	5	3	27	8	Ath. p. M.N.
Prop. Menſ. 212 S							
Auguſti dies 3 f. 4.	4	11	5	3	27	8	

2. Per Tab. Mullerii Copernicianas, pro differentia 1. hor. 44. additis, inveniuntur in anno P. J. communi 3. di. Auguſti 11. hor. 42. /. 37. //. Athenis p. M. N. conſiderata.

3. Per Canonem 8vum libri 1. eadem 3. Aug f. 4. eſt & erit 28va Pharmuti anni Nabonaſſaræi hiſtorici 317. hoc eſt prolepticì 4285. in qua 28. Pharmuti ſecundum ſequentem calculum Ptolemaicum itidem medium invenitur Novilunium.

Anni Nabonaſſaræi		d	h	/	//	pag.
Radix	301	5	20	23	15	p. 50.
Anni exp.	16	22	11	21	3	p. 64.
Pharmuti		3	6	51	37 A	p. 68.
Summa	317	31	14	35	55	Subtr.
Novilunium		60	1	28	7	p. 70.
☌ ſit Pharm. die		28	10	52	12	in Lipſ. p. M. N.
Eadem differ.			1	24	0	A.
Pharmuti dies		28 f. 4. 12	16		12	Athen. p. M. N.

Eclipſis ipſa facta eſt hora tertia pomeridiana unde medium Novilunium prius fuit vero 3. circiter horis. Annus Olympiadicus 346. eſt annus Metonicus ſecundus inchoatus ſecundum ſuperiorem Enneadecaeteridem Scaligeri 7. Iulii f. 3. Anni Periodi Iul. 4283. 5. diebus 3 fer. & 9. di. & 1 fer. in Hecatombæone reliquis additis, ultima Hecatombæonis ſive ἕνη καὶ νέα fit 3. Aug. f 4. Novilunio ecliptico inſignis. Quod erat demonſtrandum.

CANON V. & ultimus.

Ad initium Epochæ Metonicæ elapſi ſunt

		M.	Ideoq; primus añus
Anni Ep. C. Pæ.	5076	9	5078 (Met eſt añus
Nabonaſſaræi prol.	4283	7	0000
Periodi Iulianæ	4281	6	4282 & ſeq.

Mun-

Mundi	3517	9	3519	non autem
Iudaici	3328	9	3330	ſecundum
Ab Exodo	1065	3	1066	Calv. 3518.
Ab initio Olympiadum	344	0	345	
Ab initio Urbis Varr.	321	3	322	
Ab initio Nab.	315	4	000	

Ad initium verò belli Peloponneſiaci elapſi ſunt.

	anni	M.		
Anni Ep. C. P.	5077	6	5078	& ſeq.
Nab. prol.	4284	4	0000	
Per J.	4282	3	4283	
Mundi	3518	6	3519	& ſeq.
Iudaici	3329	6	3330	& ſeq.
Ab Exodo	1066	0	1067	
Ab initio Olymp.	344	9	346	
Ab initio Urbis Varr.	322	0	323	
Ab initio Nab.	316	4	000	

CAPUT V.

De Epocha 70. Hebdomadum Danielis.

Nulla in Sacris, quam hæc, nobilior eſt Epocha, nulla item, qua majorem a Chronologis & Theologis ob falſorum terminorum â quo & ad quem adjudicationem injuriam ſit experta, quam injuriam cauſatur partim Periodi Iulianæ characterum Sabbathicorum & Iobelæorum, aliorumque in διαφερόντω. conſiderandorum neglectus, partim hiſtoriæ Monarcharum Perſicorum profanæ, quæ in hoc negotio maximè neceſſaria eſt, pravus intellectus, dum â quibuſdam Darius Nothus mutatur in Darium Hyſtaſpis, & Artaxerxes Memor in Artaxerxem Longimanum, & partim denique vitiorum primæ & ſecundæ concoctionis in tertia correctionis defectus. Ante omnia E. ſequentes Hypotheſes præmittemus.

Hypoth. I.

70 Hebdomades Danielis continent *490.* annos, ê quibus priores *180.* ſunt Moſaici, poſtremi *310.* vero Alexandrei, hoc eſt, continent *70.* Cyclos Sabbathicos & *10.* Cyclos Iobelæorum & quidem non ſolum in autumno, verùm etiam cum tali anno Periodi vel Mundi, & Iudaico inchoandos & finiendos, qui eſt primus in iiſdem Cyclis.

Cum

Cum excidium Hieroſolymitanum prius incidat in annum Sabbathicum, cur non & ultimum in Sabbathicum cum Jobelæo conjunctum? præſertim cum 70. Cycli Sabbathici & 10. Cycli Jobelæi in his 490. annis manifeſtè contineantur. Hujus Hypotheſeos vi initium horum 490. annorum locandũ eſt vel in anno Periodi Jul. 4293, vel in anno 4244, vel in anno 4195, vel in anno 4146 vel denique in anno 4342.

Hypoth. II.

Hebdomadum 70. Danielis, ubi inchoandæ & finiendæ ſint, intellectus primariò dependet partim è c. 9. Dan partim è 4. 5. & 6. capite Esræ, è 1. cap. Zachariæ & è cap. 1. Haggæi, ubi anni ſecundi Darii, quo anno edicto promulgato, eoque divinis Zachariæ & Haggæi vaticiniis confirmato, templum Hieroſolymitanum ædificari cœptum, ſecundariò verò è certitudine hiſtoriæ profanæ tùm ratione Regum Perſicorum ſupra conſideratorum, tùm reſpectu Monarchiæ quartæ Romanæ.

Hypoth. III.

Ab illo edicto 70. hebdomades ſecundum Danielis mentem inchoandæ ſunt, quod non tantum fuit editum, verùm etiam ratione templi ædificati felicem ſucceſſum conſecutum, quale edictum ſine dubio eſt ſecundum ſub Dario Notho editum non primum, non tertium, non quartum.

Primum edictum eſt Cyri 2. Chron. 36. v. 22. & Eſræ 1, quod non tantum ſub Cyro, verùm etiam ſub Cambyſe, Dario Hyſtaſpis, Xerxe & Artaxaſta priore, hoc eſt, Artaxerre Longimano, prout Eſræ 4. c. narratur, impeditum fuit.

Edictum ſecundum extat Esræ 6.

Tertium habetur Esræ c. 7. editum ab Artaſaſta poſteriore ſive ab Artaxerxe Memore anno imperii ſeptimo.

Quartum denique edictum reperitur Nehem. 2. promulgatum anno ejuſdem Artaxerxis 20.

Hypoth. IV.

Annus paſſionis Dominicæ eſt annus Olympiadicus 808. quoad dodrantem elapſus, hoc eſt, annus Periodi Julæ 4746, & annus Epochæ Chriſtianæ 33tius.

Hypoth. V.

Annus Excidii Hieroſolymitani poſtremi eſt annus ſecundus Veſpaſiani, annus Ep. Chriſt. 70. annus P. J. 4783.

Hypoth. VI.

70. Hebdomades Danielis ſecundum hodiernorum Chro-nologorum divortium vel finiuntur in Dominica Paſſione, vel in excidio Hieroſolymitano poſtremo.

Hypoth. VII.

Eædem 70. hebdomades in Dominica Paſſione, hoc eſt in anno Olympiadico 808, & Periodi Julianæ 4746. finiri non poſſunt.

Si ab annis Olympiadicis 808. & P. Jæ. 4746. ſubtrahantur anni 489, remanebunt anni Periodi Iulæ 4257. & anni Olympiadici 319, quorum ultimus refert annum Artaxerxis Longimani ſeptimum. At anno hoc ſeptimo nullum edictum editum, ut mirum ſit, quo jure Funccius ex hoc Artaxerxe Longimano, quia ſub hoc templi ædificium impeditum eſſe non negat, Artaxerxem Memorem faciat. Ita annus Periodi Jul. 4257. eſt annus ſeptimus in Cyclo Sabbathico & 14tus in Jobelæo, quemadmodum annus Periodi Jul. 4746. συμφωνῶς eſt annus ſextus in Cyclo Sabbathico, & 13tius in Jobelæo Cyclo, quod eſt contra Hypoth. primam. Præterea verba hæc v. 24: 70. hebdomades præciſè deſcriptæ ſunt ſuper populū &c. durationi toti in templi ædificio inchoatæ & in Excidio, quod verba v. 26. expreſſè ponunt, finiendæ 490. illos años tribuunt. Annis 489. ab annis Periodi Julæ 4783. in Hypoth. V. poſitis ſubtractis, manent anni Periodi Julianæ 4294. Sed Sabbathicus & Jobelæus Character neceſſariò pro hoc annum præcedentem 4293. hoc eſt annum mundi 3529. ponit, qui eſt annus primus in Cyclo Sabbathico & Jobelæo, primus item annus hebdomadicus & annus ſecundus Darii. Annis 489. ad 4293. & 3529. additis, annus ultimus hebdomadicus evadit annus Periodi Julianæ 4782. & annus Mundi 4018, quo finito, Titus in hyeme ſequenti cum exercitu in Judæam venit, Hieroſolymam obſidione cinxit, eamque in fine ferè anni Mundi 4019. anni Periodi Julæ 4783. & Chriſti 70. captam excidit: qui anni omnes novos Cyclos Sabbathicos & Jobelæos inchoant. Reliqua vaticinii Danielitici verba ut v. 25. de 7. & 62. ſeptimanis usque ad Chriſtum ducem, quaſi Chriſtus, 69. vel 62. ſeptimanis elapſis, vel naſciturus vel paſſurus ſit, & v. 27. de ultima ſeptimana

timana ejuſque medio, in quo ceſſare debuit juge ſacrificium, quod tamen revera ceſſavit in ipſo demum excidio, quæ huic ſententiæ obſtare videntur, ea & plura facilè commodâ & dextra explicatione, prout eam quoque D. Behm partim in Diſp. Chronol. ſecunda, partim l. 2. Manud tit. 3. c. 6. facit, ad eandem ſententiam accommodari poſſunt. Alias fatendum eſt, quod, licet Scaliger, Calviſius, D. Behm, Ubbo Emmius, & Helvicus quoad hanc ſententiam inter ſe in fundamento, hoc eſt, in anno ſecundo Darii Nothi & excidio Hieroſolymitano conſentiant, tamen pro primo anno hebdomadico alius alium Mundi annum ponat.

CANON. I.

Primus annus hebdomadicus Danielis cœpit die à Cal. Jan. 265tâ 22. Sept. f. 2. anni Periodi Julianæ 4292, quæ prima Tiſri Moſaica fuit ultima dies Elul anni Judaici 3339, prima dies Boedromionis anni Olympiadici 355. hoc eſt undecimi Metonici, 25. Iulii, f. 6. anni Periodi Iulianæ 4292 di inchoari, & denique 20. Payni anni Nabonaſſaræi hiſtorici 326. & prolepticì 4294ti.

1. Pro 22. Sept. Novilunio anni Periodi Jul. 4292.

1. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P. J.	M.	Jud.		d	h	'	''	☉	☽
71	71	71		104 incóp.	6	21	34	4	17
4221	3457	3268	A.	16	1	50	54	24	0 S.
4292	3528	3339		88 incop.	4	30	40	8	17
6. Lunationes				177	4	24	19		
Differentia Calviſii					8	13	0 A		
Prima Tiſ. Moſ. quæſita				265 inc.	17	7	59	8	17

Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3528. & Iudai 3339. eſt dies á Cal. Ian. 88. 29. Martii f. 7. anni P. J. 4292. ut ſupra, & proinde & prima Ab 25. Julii f. 6. eaque prima Hecatombæonis anni Metonici undecimi, & prima Tiſri Moſaica 22. Sept. f. 2. quæ prodit, ſive 6. Lunationes Aſtronomicæ, ſive 88. di. 7. fer. addantur 177 di. 2. feriis 22. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii inveniuntur itidem 265. di. 2. f. 17. hor. 7. '. 58. ''. una cum Cyclo Solis. Lunæ 17: quemadmodum (3.) per Tab. Müllerii Coper-

nicianas, pro differentia 8. hor. 47./. 46.//. additis 22. dies Sept. 17. hor. 3./ & 46.//. in Eden ab occaſu numerata: & 4tò per Calendarium Judaicum 265. di. 16. hor. 67./. Iudaica in Eden itidem ab occaſu numerata.

2. Pro prima die Boedromionis in 22. Sept. f. 2. incidente.

Si prima Hecatombæonis anni Metonici undecimi & anni Olympiadici 355ti eſt 25. Julii f 6. anni Periodi Júl. 4292. prima Metagitnionis erit 24. Aug. f. 1. & proinde prima Boedromi. 22. Sept. f. 2.

3. Pro 20. Payni Anni Nabi Prol. 4294.

Per Can. VIII. libri 1. prima Thot añi Nabonaſſaræi prolepti-ci 4294. & hiſtorici 326. eſt dies â Cal. Jan. 341. 7. Dec. f. 7. Anni Periodi Jul. 4291. cyclo Solis 7mo præditi, prout etiam ponit D. Behm in Ep. Tabulis p. 134. & proinde prima Paophi eſt 6 Jan. f. 2. Anni Periodi Jul. 4292. Cyclo Solis octavo præditi, & denique 1. Payni 3. Sept. f. 4. & 20ma Payni 22. Sept. f. 2, in qua 20. Payni ſecundum ſequentem calculum Ptolemaicum itidem medium reperitur Novilunium.

		d	h	/	//	
Anni Nab.		d	h	/	//	pag.
Radix	301	5	20	23	15	p. 50.
Anni exp.	25	0	1	6	50	p. 66.
Payni		4	5	23	30 A.	p. 68.
Summa		10	2	53	35	Subtr.
Novil.		30	12	44	3	p. 70.
Novil. fit Payni die		20 f. 2.	9	50	28.	in Friſ. p. M. N
Differentia Mullerii			8	47	10	A.
Eadem Payni dies		20 f. 2.	18	37	38	in Ed. ab occ.

Quod erat demonſtrandum.

CANON. II.

491mus annus Danielis ſive annus primus hebdomadis 71mæ hoc eſt, annus Mundi 4019, ut & annus Judaicus 3430. cœpit die à Cal. Jan. 248. 5. Sept. f. 3. anni Periodi Jul. 4[illegible] & anni

anni Chriſti 69. cyclo Solis 22. præditi, quæ 5. Sept. f. 3 ſimul exiit & ultima dies menſis Gorpiæi in anno Alexandræo 380, ſequente, anno 381, utpote (381. per 76. diviſis) Periodi primo 6. Sept. f. 4. incipiente, & ultima dies Boedromionis anni Olympiadici 845ti, hoc eſt, anni Calippici 399ni, vel anni (399. per 76 diviſis) 19ni in 6ta Periodo Calippica 9. Julii f. 1. anni Periodi Jul. 4782. inchoandi, & prima dies Paophi anni Nabonaſſaræi hiſtorici 817. & proleptici 4785, adeoq; finalis dies hebdomadum Danielis fuit & 4. Sept. f. 2. & ultima Elul Anni Mundi 4018. & anni Judaici 3829. penultima Gorpiæi anni Alexandræi 380mi, & 28va dies Boedromionis, & denique 30. dies Thot eorundem annorum.

1. Pro primæ Tiſri anni Mundi 4019. Novilunio

1. *Per Tab. Syzyg. Calviſii.*

Anni M.	Chriſti	d	f	h	/	//	⊙	☽	
66	66	83	1	5	48	7	18	13	
3952	3 A.	12	7	16	0	6	24	0	S.
4018	69	70	7	13	48	1	22	13	
6. Lunationes		177	2	4	24	19			
Differentia Calviſii				8	13	0	A.		
Prima Tiſ Ani 4019.		248	3	2	25	20	22	13	Hier. ab occ.

Prima Niſan Moſaica Anni Mundi 4018. eſt dies â Cal. Jan. 71. 12. Martii f. 1, (additis 8 horis & 13. /.) & proinde, vel 177. die. f. 2. vel 6. Lunationibus additis, prima Tiſri anni Mundi 4019. eſt dies â Cal. Jan. 248. 5. Sept. f. 3. Per Tabulas Müllerii Ptolemaicas poſteriores, pro differentia 8. hor. 47. /. & 10. //. additis, inveniuntur in anno P. J. 4782. 5. di. Sept. 2. hor. 14. /. & 20. //. in Eden ab occaſu numerata.

2. Pro prima Tiſri Anni Judaici 3830. per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	Chriſti	d	f	h	/
30	30	260 incomp.	4	4	58
3800	39 A.	12	1	1	880 S.
3830	69	248 incópl.	3	2	258

6. Lu-

6. Lunationes Jud.	177		2	4	438 S.
Novil. Paſch Jud. Mart.	70		7	21	900.

Prima Tiſri Judaica Aſtronomica pariter & Politica ann[illegible] Jud. 3830. & Mundi 4018. eſt dies â Cal. Jan. 248. 5. Sept. f. 3. & pri- ma Niſan itid. utraq; propter 22. hor. adhærentes 12. Mart[illegible]

Per Calendarium Jud. noſtrum inveniuntur in an̄ P. J. 4[illegible] Mundi 4019. Judaico 3830. &c. pro prima Tiſri quidem 248 [illegible] 2. hor. 258. quemadmodum pro prima Niſan præcedente ut an- tea, 70. di. 21. hor. & 900. /. Jud.

Prima Tiſri ergo anni Judaici 3830mi anno Mundi 40[illegible] & anno Alexandræo 381mo reſpondentis eſt dies â Cal. Jan. 2[illegible] 5. Sept. f. 3. Anni Periodi Julæ præcedentis 4782 Iuliani [illegible] & Chriſti 69ni. 2. hor. 258. /. prima utrobique æqualia ſunt ſupe- rioribus 2. hor. 14. /. 20. //, Ptolemaicis.

3. Pro primæ Paophi anni Nabonaſſaræi hiſtorici 8[illegible] & proleptici 4785ti Novilunio per Tabulas Mülleri Ptolemaicas priores.

Per Can. VIII. libri primi prima Thot anni Nabonaſſa- ræi proleptici 4785. & hiſtorici 817. eſt dies â Cal. Ian 2[illegible] 6. Aug. f. 1. prout etiam ponit D. Behm in Ep. Tabulis p. 172, & proin- de prima Paophi 5. Sept. f. 3. anni Periodi Iul. 4782, in qua pri- ma Paophi ſecundum ſequentem Calculum Ptolemaicum [illegible] dem medium invenitur Novilunium.

Per Tabulas Mülleri Ptolemaicas priores.

Anni Nabonaſſ.		d	h	/	//	pag.
Radix	801	6	18	39	55	p. 54.
Anni exp.	16	22	11	21	3	p. 64.
Paophi		0	11	15	57 A	p. 68.
Summa	817	29	17	16	55	Subtr.
Novilunium		30	12	44	3	p. 70.
30ma Thot		0	19	27	8	in Frit. p. [illegible]
Differ. Müllerii			8	47	10 A.	
☌ fit Paophi die		1 f. 3. 4	14	18		in Ed. ab [illegible]

Quæ erant demonſtranda. Iterum non opus eſt, ut in pe- culiari Canone demonſtretur, quomodo Characteres tam Ro- mani quam Iudaici in primo & reliquis annis Danielis hebdo-

madi-

madicis ſint inveſtigandi. Primus enim hebdomadicus annus cœpit in fine anni Periodi Iul. 4292, qui habuit Cyclum Solis 8, Lunæ 17, & Indictionis ſecundum, fuitque annus Mundi 3529, hoc eſt, annus Periodi Iulianæ 4293, qui non minus, atque annus Mundi 3529, eſt annus Primus in Cyclo Sabbathico & Iobelæo, inchoatus tamen in autumno Anni 4292di, habetq e... Cyclum Solis nonum, Lunæ 18, & Indictionis tertium; unde pro inventione horum Characterũ pro Cyclo Solis 8, pro Cyclo Lunæ 17, & pro Indictionis 2, quemadmodum pro Charactere Sabbathico & Jobelæo nihil addenda forent, & Summæ per 28.19.15.7.& 49. dividendæ. Exempli cauſa: annus hebdomadicus 422, additione & diviſione rite peractis, habebit Cyclum Solis 10. Lunæ 2. Indictionis 4. eritque annus ſecundus in Cyclo Sabbathico & 30. in Iobelæo, quos Characteres ſine dubio habet annus Periodi Iul. 4714, hoc eſt, annus Iulianus 46tus, & annus primus Chriſti â Dn. D. Behm tamen cum anno hebdomadico 423tio in Ep. Tab. p. 166. & 167. concatenati.

Atque hæc eſt breviter 70. hebdomadum Danielis Epocha â reliquorum ferè omnium Chronologorum, qui Scaligerum non ſequuntur, ſententia reſpectu termini â quo & ad quẽ diverſa, & tamen Scaligeri, Helvici, Calviſii, & D. Behm placitis per omnia non conſentanea tùm ratione anni Periodi Iul. 4293. & anni M. 3529. pro quibus Scaliger & Helvvicus annũ Periodi Iul. 4291. & Mundi 3527, D. Behm 4292, & 3528. Calviſius deniq; itidẽ annũ Mundi 3527. ponunt, cum tamen Character Sabbathicus & Iobelæus iſque his commodisſimus poſteriores annos omnes reſpuat, tum reſpectu ultimæ ſeptimanæ, quæ nobis integro ante excidium anno in anno Chriſti 69. finitur, cum econtra ab Helvvico annus excidii Hieroſolymitani poſtremi conſtituatur annus tertius ſeptimanæ 71mæ & annus Chriſti 70mus. in cujus ſeptimanæ videlicet medio juge deſiit ſacrificium, â D. Behm añus hebdomadicus ultimus & 490mus conjungatur cum anno Mundi 4017. & Chriſti 68vo. quemadmodum â Calviſio cum anno Mundi 4016. & Chriſti 67, quo anno Veſpaſianus Neronis juſſu primò in Judæam venit. Cœterum ſobriâ vaticinii Danielitici explicatione, qualis partim in Capite 42. Iſag. Calviſii, partim in D. Behmii ſcriptis ſupra citatis

citatis extat, fundamenti loco præſuppoſitâ, 7. priores hebdomades, hoc eſt 49. anni, inchoantur cum anno ſecundo Darii Nothi, & finiuntur in anno trigeſimo ſecundo Artaxerxis Memoris 62. autem ſeptimanæ, hoc eſt, 434 anni, 3528. 49 & 434 annis additis, finiuntur cum anno Mundi 4011, & anno Chriſti 62, licet Chriſtus ante 30. annos crucifixus fuerit. Ultima denique ſeptimana ſine præjudicio inchoari poteſt cum anno Mundi 4012, Chriſti 63, & Periodi Julianæ 4776, qui añi omnes ſunt anni primi in Cyclo Sabbathico, ita ut ultimus hujus ſeptimanæ annus idemque annus 490mus hebdomadicus fuerit annus Mundi 4018, annus Chriſti 69. & Periodi Julianæ 47[illegible] quia anno Chriſti 63, prout Calviſius in Chronologia ponit, Jeſus Anani filius, motibus bellicis jam incipientibus, primus voces illas omniſonas: Væ Hieroſolymæ & templo, protulit, & per 7. annos, hoc eſt, per ultimam hebdomadem integram prolationem vocum harũ continuavit: qua prolatione Chriſtiani, foedere per integram ſeptimanam hanc confirmata, divinitus quaſi moniti è Judæa in tuta loca ſecedere potuerunt. Quo accedit, quod anno Chriſti 65to, & quaſi in medio ſeptimanæ hujus, prout Calviſius ibidem annotat, vox illa terribilis: Migremus hinc, in templo audita fuerit, itaque ſuge Sacrificium, Deo nimirum irato abſente, revera ceſſaverit.

CANON III. & ultimus.

Ad initium 70. hebdomadum Danielis elapſi ſunt		M.	Ideoque primus annus hebdomadicus Danielis eſt
Anni Nabon. prol.	4293	10 ferè.	Annus 0000
Periodi Jul.	4291	9	4293
Mundi	3528	0	3529
Judaici	3339	0	3340
A diluvio	1872	1. cum dim.	1873
Ab Exodo	1075	6	1076 & ſeq.
A primo añ0 γεωργίας	1029	0	1030
Ab initio Olympiadum	354	2	355
Ab initio Urbis Varr.	331	5 ferè	332
Ab initio Nab. hiſt.	325	10 ferè	000
Ab Epocha Met.	10	2	[illegible]

CA-

CAPUT VI.

De Monarchiæ ſecundæ fine, tertiæque principio, ſimulque de Periodorum Calippicarum nobiliſſimâ Epochâ.

Iterum has duas Epochas, quarum tamen initia 9. ferè menſibus à ſe invicem diſtant, brevitatis ſtudio conjungimus Cæterum Periodus Calippica prolepticè conſiderata, & è 76. annis Julianis & 27759. diebus compoſita deſcripta eſt in def. ſupra 1. Quam mirabiliter item 19. Tetraeterides Lunares partim in Syzygiarum Tabulis, partim in Calendario Judaico manifeſtè fundatæ unam Periodum Calippicam, & 4. Periodi Calippicæ Aſtronomicæ unam Hipparchi 304. annorum periodum conſtituant, hac de re aliquid dictum & prædictum eſt in præloquio capitis 3. ſectionis ſecundæ. In hoc capite, Monarchiæ tertiæ Epochâ præmiſsâ, de Periodis Calippicis Julianis agendum erit, conſiderandumque, tùm quo anno Periodi Jul. Mundi, Judaico, Olympiadico, & Nabonaſſaræo, prima Periodus Calippica cœperit, tum quomodo hæc Periodus Calippica, quæ tamen 18. annis elapſis in Alexandræam ſit permutata, falſo menſe Lunari Synodico pro vero aſſumpſio propoſitum finem, ut videlicet in 76. annis Julianis Luna cum Sole paria faceret, & in omnibus ſequentibus Periodis initiales annorum Calippicorum dies Novilunia media exhiberent, non ſecuta fuerit. In quem finem ſequentia cognoſcendi principia præmittemus.

Hypotheſes.

Hypoth. I. Ultima pugna, quæ Monarchiæ ſecundæ finem impoſuit, & tertiæ principium dedit, habita eſt inter Alexandrum Magnum & Darium Codomannum ad Arbela vel Gaugamela 11. diebus poſt eclipſin Lunarem factam 20. Sept. f. 2. finiente & 21. Sept. f. 3. ineunte Anni P. J. 4383. Cyclo Solis 15. præditi & unâ & 12mâ die Epiphi anni Nab. 417mi.

Eclipſeos hujus talem mentionem faciunt præter Plutarchum in vita Al M. Plinium libro 11. cap. 70, Dionyſius Petavius libro 8. de doctr. temp. p. 803. Calviſius in Chronologia, e quibus Authoribus, ut Juſtinum, DiodorumSiculum, Arrianum &c. omittam, tota Monarchiæ ſecundæ Perſarum in Dario Codomanno finitæ & tertiæ Monarchiæ græcorum in Alexandro M. inchoatæ hiſtoria eſt petenda.

Nn Hy-

Hypoth II. Annus Nabonaſſaræus 454tus eſt aññus 36tus primæ Periodi Calippicæ ſive annus 36tus Calippicus.

Hypotheſis hæc è Ptol. l. 7. cap. 3. deſumpta, & à Nicolao Müllerio in Tab. Friſ p. 83. relata, pluribus explicanda eſt in Canonibus.

Hypoth. III. Annus 48vus ejuſdem Periodi primæ Calippicæ eſt annus Nabonaſſaræus 466.

Hypotheſin hanc citat & explicat Nicolaus Müllerus in Tabulis Friſ p. 84.

Hypoth IV. Anno 37. Periodi tertiæ Calippicæ ſive anno Calippico 189. facta eſt eclipſis Lunæ ſecunda Tybi anni Nabonaſſaræi hiſtorici 607. & proleptici 4575, & 27. Januarii f. 3. anni P. J. 4573

Hanc eclipſin ponit Ptolem. l. 6. c. 5. & ex Ptolemæo Nicolaus Müll. in Tabulis Friſ. ibid. Calculum ejuſdem eclipſeos habent Petavius lib. 8. de doctr. temp. p. 818. Calviſius in anno Mundi 3809. & Buntingus in anno M. 3827.

Hypoth. V. Annus Calippicus primus eſt annus Olympiadicus 447. & Metonicus 103.

Ex hiſtoria ſupra citata conſtat, quod Alexander Magnus in autumno anni Olympiadici 446ti Darium Codomannum devicerit, quodque Calippus primam ſuam Periodum cum anno Metonico 103, qui utpote 8vus in Enneadecaeteride 6ta Metonis eadem 28. Junii f. 3tia anni P. Julianæ 4384 qua primus annus Calippicus incipit, cumque anno Olympiadico 447. in honorem Alexandri Magni inchoaverit.

Hypoth. VI. Quater 235. ſive 940. Lunationibus hor. [illegible] 15. /z. & 40. int. per 29. di. 3. /. 50. //. 2. ///. 20. /V, quot in una Calippica Lunatione continentur, multiplicatis, prodeunt [illegible] dies 0. hor. 0. /. 6. //, quot dies una Periodus Calippica continuit, eoque ipſo non ſolum civilis: verùm etiam, ſi menſem Calippi ſpectes, ſimul cœleſtis & Lunaris extitit.

Quemadmodum Enneadecaeteris Metonis utpote in omnibus Neomeniis civilibus Hecatombæonicis neomenias cœleſtes referre viſa Græcis per 100. annos fuit gratiſſima: Ita Periodo Calippica, niſi menſis Lunæ Calippicus erroneus fuiſſet, nihil artificioſius excogitari potuiſſet. At 940. Lunationes

Tych[illegible]

Tychonis æ continent ſaltem 27758. di. 18. hor. 9. /. 13. //. 44. ///. 9. //// 12. ///// quemadmodum 76. anni Solares Tropici 27758. di. ... hor. circiter Deſunt ergo in 76. annis Calippicis & Julianis ... motus Lunaris quidem 5. horæ 50. /. 46 //. 15. ///. &c. ... motus ſolaris vero 14. circiter horæ. Hinc factum eſt, ... motu Solari jam omiſſo, 4. Periodis, hoc eſt 304. annis elapſis, neomenia cœleſtis civili unâ die vel 23. hor. 23. / prior fuerit, 8. Periodis ſive 608. annis, biduo, 12. ſive 912. annis triduo, & 16. ſive 1216. annis elapſis quadriduo. Sic primus Calippicus annus, prout infra demonſtrabitur, cœpit die â Cal. Jan. 179. 28. Junii f. 3. finiente anni Periodi Julianæ 4384. Si anni Calippici ratione uſus 1216. annis continuati fuiſſent, tunc annus Calippicus 1217. hoc eſt, Olympiadicus 1663. cœpiſſet quidem eadem die â Cal. Jan. 179. 28. Junii f. 4. Anni P. Julianæ 5600 omi. ... Chriſti 887. At Novilunium ſecundum ſequentem unicum calculum non incidiſſet in 28. Junii f. 4. ſed in 24. Junii f. 7. itidem finientem.

Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P. J.	M.	Jud.	Al.	Jul.	Chriſti	d		h	/	//	☉	☽
11	11	11	11	11	11	107	inc.	13	34	42	28	24
7...	4825	4636	1187	921	876 A.	20		11	4	46	0	0
5600	4836	4647	1198	932	887	87	inc. 2		29	56	28	14
... Lunationes						88		14	12	10	A	
Differ. Calviſ reſp. Athen.								7	8	0		
Novilunium Junii						175		23	50	6	28	14
... Menſibus						151	S.					
Junii dies 24. f. 7. finiens						24		23	50	6	28	14

Axioma.

Si anni Calippici in æſtate inchoandi cum aliarum Epocharum annis ab autumno, ſive ab hyeme, ſive à vere numerandis concatenandi ſunt, concatenatio ſecundum Axiomata in capite tertio Sectionis ſecundæ præmiſſa inſtituenda eſt.

CANONES.

CAN. I. Pugnam Arbelicam beneficio Plenilunii Ecliptici in hypotheſi prima poſiti per calculum Plenilunii medii in anno Periodi Jul. 4383. ſiſtere.

Pro hujus Plenilunii in 21. Sept. f. 3. in anno Periodi Jul. 4383. inventione ſufficiet ſequens quadruplex calculus.

1. Per Tabulas Müllerii Ptolem. poſteriores.

Anni P. Jul.	d	h	′	″	pag.
Radix 4301	10	13	15	50	p 96.
Anni exp. 82	6	23	27	41	p. 112.
Sept. in com.	6	18	7	33 A.	p. 116.
Summa 4383	24	6	51	4	Sub[illegible].
Plenilunium	45	7	6	5	p. 120.
Sept. dies	21	0.	15	1	in Fri[illegible]
Differentia Müll.		8	47	10 A.	[illegible]
Sept. dies	21	9	2	11	in Ed[illegible] occ

2. Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	′	
11	260 incõpl.	1	11	543	
3420 A.	10	5	20	900	S.
3431	249 incõp.	2	14	723	
Dimidia Lunat. Jud.	14	0	18	396	A.
Plenil. Sept. Jud.	264 incõpl.	3	9	39	
Pro 8. menſibus	243 S				
Sept. dies	21	f. 3	9	39. hæc [illegible]	

Judaica æqualia ſunt ſuperioribus 2. [illegible]

3. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Pro differentia unâ hora & 8. ′. ut & pro 6. cum dimidia Lunationibus 191. diebus 2. fe. 22. hor. 46. ′. 21. ″. additis inveniuntur 21. dies Sept. 3. f. 1. ho. 23. ′. 55. ″. anni Mundi 36[illegible] Athenis p. M N. conſiderata.

Scio Athenis diem ab occ. inchoari. Differentiâ dierum omiſsâ, apparet Plenilunium hoc incidiſſe in 21. Sept. incuntem & 20 Sept. completam. Plenilunium verum & Eclipſis contigit ſub finem 20. Sept f. [illegible] Unde Calviſius in anno Mundi 36[illegible]9, ad quem tamen eclipſis hæc non pertinet, 20. Sept. f. 2. 10. hor. 2[illegible] ′. poſt Meridiem ponit, & Petavius loco ſupra allegato, Plenilunium medium inquit, factum eſt 21. Sept. f. 3. o. hor. [illegible]

[illegible]

poſt mediam noctem Lutetiæ, Arbelis 3. hor. 56. /. & Syracuſis 1. hor. 1. /. poſt M. N.

4. Pro 12. Epiphi Plenilunio per Tabulas Mulleri Ptolemaicas priores.

Anni Nabon.		d	h	/	//	pag.
Radix	401	6	0	50	35	p. 52.
Anni exp.	16	22	11	21	3	p. 64.
Epiphi		4	16	39	27 A	p. 68.
Summa	417	33	4	51	5	Subtr.
Plenilunium		45	7	6	5	p. 70.
Epiphi dies		12	2	15	0	in Friſ. p M. N.

Pugna ad Arbela facta eſt 11. diebus poſt hanc Eclipſin ſive poſt 20. Sept. f. 2. & 11. Epiphi diem. 20. dieb⁹ 2. fe. & 11. di. 4. fe. additis, fiunt 1. Oct. f. 6. qua die anni Periodi Jul. 4383. & 22. Epiphi anni Nabonaſſaræi 417 pugnatum eſt ad Arbela in initio anni Mundi 3620. & Judaici 3431. Annis Periodi Julianæ 3937. & 6. M. ab annis Periodi Jul. 4382. & 8. M. ſubtractis, manent anni Olympiadici 445 completi & 2. M. & anni Metonici 101. & 2. M. At annus Metonicus 102, hoc eſt, ſeptimus Enneadecaeteridis incipit 10. Julii f. 7. & proinde 14ta Boedrom. eſt 20. Sept. f. 2 & 25. Boedrom.. 1. Oct. f. 6. anni Periodi Julianæ 4383. Quod erat demonſtrandum.

CAN. II. Annum Nabonaſſaræum, adeoque & Periodi Julianæ, Mundi Judaicum, Olympiadicum, & Metonicum annos, in quibus annis annus primus Calippicus cœpit, modo proſthaphæretico invenire.

1. Per Hypotheſin primam annus 36tus Calippicus eſt annus Nabonaſſaræus 454. 35. annis ab utroque numero deductis, manent anni correſpondentes videlicet annus primus Calippicus & annus Nabonaſſaræus 419. At hic annus Nabonaſſaræus 419 per Canonem IIX. libri I. cœpit die a Cal. Jan. 318. 14 Nov. f. 2. Anni Periodi Julianæ 4384. Cyclo Solis 16to currenti, prout etiam ponit D. Behm in Tabulis. Major ergo pars, videlicet 8. poſtremi menſes anni Calippici primi concatenantur cum prioribus 8. menſibus anni Nabonaſſaræi 419ni. Proinde primus año Calippicus cœpit cum nono fere menſe

anni Nabonaſſaræi 418. qui incipit die à Cal. Jan. [illegible] f. 1. anni Periodi Jul. 4383.& per conſequens primus [illegible] [illegible]ppicus in æſtate anni Periodi Julianæ 4384. init Ab [illegible] enim Epochæ Nabonaſſaræis ad 28. Junii Periodi Julia[illegible] elapſi ſunt anni Nabonaſſaræi 417. & 7 cum dim menſ[illegible] eſt, anni Juliani 417. & 4 M. Si hi 417. anni Juliani & 4. M [illegible] dantur annis Periodi Julianæ 3966. & 2. M, annis Mundi [illegible] & 5. M. annis Judaicis 3013.& 5. M, & annis Olympiadic[illegible] 7. M. ad initium Nabonaſſaris hiſtoricum ſecundum C[illegible] V. ultimi. cap. Sect. Secundæ elapſis addãtur, confla[illegible] riodi Julianæ 4383. & 5. M. anni Mundi 3619. 9. M. anni [illegible] 3430.& 9 M.& anni Olympiadici 445. & 11. M. hoc [illegible] tonici 101. & 11. M. ad primæ Periodi Calippicæ initium [illegible]

2. Ita ſecundum hypotheſin tertiam annus Ca[illegible] 48. eſt annus Nabonaſſaræus 466. 47. ab annis 466.& [illegible] tractis, manent iidem anni correſpondentes, annus [illegible] Calippicus & annus Nab. 419 ut antea.

3. Denique ſecundum Hypotheſin quartam annu[illegible] lippicus 189 eſt annus Nabonaſſaræus 607. & proi[illegible] 189 & 607. ſubtractis, annus primus Calippicus iteru[illegible] quæ in membro primo præmiſſa eſt, interpretatione [illegible] tellectâ, eſt annus Nabonaſſaræus 419, hoc eſt, a[illegible] Calippicus cœpit in medio anni Periodi Julianæ [illegible] ultimo quadrante anni Mundi 3620. & Judaici 343[illegible] ne anni Olympiadici 446ti, & anni Metonici 102.

CANON III. Idem quæſitum per obſervati[illegible] ſtes ad certos dies Julianos, Nabonaſſaræos, & Att[illegible] tis Periodi Julianæ, Nabonaſſaræis, & Calippicis [illegible] tas invenire.

In ſuperiore hypotheſi ſecunda Ptolemæus & [illegible] Mullerius hanc obſervationem addunt, quod videlicet [illegible] charis conjunctionem Lunæ cum ſpica virginis ob[illegible] 15ta die Elaphebolionis anni Calippici 36ti, quinta Ty[illegible] Nabonaſſaræi 454 & 9. Martii f 7. anni Periodi Jul[illegible] Buntingus in anno Mundi ſuo 3673. Cyclo ſolis [illegible] (hoc eſt anno Periodi Julæ. 4419.) initialem diem anni [illegible] pici 36. facit 2. Julii, & in ſpecie è Ptolemæi libro 7. ca[illegible]

[illegible]

addit, quod ſeptimo ante hanc 1. Julii die (anni Periodi Julæ. 4420) hoc eſt 26. Iunii f. 3. factum ſit ſolſtitium æſtivum. Id verum eſſe, ſequens unicus calculus comprobabit.

Per Tabulas æquinoctiorum Petavii.

Ann. P. J.	d	f	h	/	☉
51.	117 incompl.	6	13	45	23
4368 A	33	5	8	48 S	0 A.
4419	84	1	4	57	23
Differ. æq. â ſol.	93.	2	9	15	0
Æquat. Calv.			7	8 A.	
Dies ſolſt. æſt.	177. incompl.	3.	21	20	23
5. Menſes.	151. S.				
Iunii dies	26 f.	3	21	20	23.

Per Canonem VIII. l. 1. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4422 & hiſtorici 454 eſt dies â Cal. Jan 309. 5. Nov. f. 2. anni Periodi Jul. 4419, prima Athyr 4. Jan. f. 6. anni Periodi Jul. 4420 & proinde 5 Tybi 9. Martii f. 7. Elaphebolion eſt nonus menſis, quemadmodum Martius tertius. Ad obſervationem ergo Timocharitis elapſi ſunt anni Periodi Jul. 4419 completi & 2 cum dimid. menſes fere, & anni Calippici 35. & 8 cum dimidio menſes. Minore numero â majore ſubducto, manent anni Periodi Jul. 4383 & 6 M. hoc eſt, anni Mundi 3690 & 9. M. anni Judaici 3430 & 9 M anni Olympiadici 446, & 0 M, & anni Metonici 102. & 0 Menſis.

Ita ad eandem conjunctionem Lunæ cum ſpica virginis alligatur â Ptolemæo & Nicolao Mullerio in hypotheſi tertia, & quinta dies φθίνοντος πυανεψιῶνος menſis quarti in anno Cal. 48, & 7. Thot anni Nabonaſſaræi 466 & 8 Nov. f. 6. anni Periodi Julæ. 4431. Cyclo ſolis ſeptimo præditi. Nam prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4434 & hiſtorici 466 per eundem Canonem VIII. libri primi eſt dies â Cal. Jan. 306. 2. Nov. f. 7. ejuſdem anni Periodi Julianæ 4431. & proinde 7. Thot 8. Nov. f. 6. Unde ad obſervationem hanc elapſi ſunt anni Periodi Julæ. 4430 & 10 M. & anni Calippici 47 & 4 menſes fere.

fere. Iterum minore numero â majore ſubtracto, manent, ut ante, anni P.J. 4383. completi & 6 M. &c.

In hypotheſeos quartæ obſervatione ad eclipſin Lunarem pertinente Ptolemæus nullam certi menſis Attici certam diem addit, forſan quia Periodus Calippica tùm ratione uſus civilis deſiit, poſtquam illi Periodus Alexandræa ſucceſſit. Prima autem Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4575 & hiſtorici 607 per eundem Canonem VIII. libri primi eſt dies à Cal. Jan. 271. 28. Sept. f. 1. anni Periodi Jul. 4572. Cyclo ſolis octavo præditi, & proinde 2. Tybi 27. Jan. f. 3. anni Periodi Jul. 4573. Ipſum Plenilunium medium tàm in 2. Tybi anni Nabonaſſaræi 607, quàm in 27. Ian. f. 3. Anni Periodi Iulæ. 4573 per ſequentes calculos ita invenitur.

1. Pro 2. Tybi per Tabulas Müll. Ptol. priores.

Anni Nabon.	d	h	/	//	pag.
Radix 601	6	9	45	15	p. 51.
An. Ex. 6	4	17	39	53	p. 64
Tybi.	1	21	3	47 A	p.
Summa 607	13	0	28	55	Subtr.
Plenilunium	15	18	22	2	p. [illegible]
☍ Fit Tybi die	2 f. 3	17	53	7	

2. Per Tab. Mulleri Copernicianas, pro differentia 7 horis & 24. / additis, inveniuntur in anno P. Julæ. 4573. biſſextili 27 dies Ianuarii 23. hor. 34 /. & 14 // Athenis p. M. Numerata, quemadmodum per Tab. Syzygiarum noſtras anni P. I. 4573 anni Mundi 3809. Iudaici 3620. & anni Alexandræi 171. pro una cum dimid. Lunatione 44 diebus 7. hor. [illegible] & 5. // ſubtractis, & poſtea pro differentia 7 horis & [illegible] / additis, 27 die. Ianuarii 23 hor. 54 /. & 36. // itidem Athenis ab occaſu numerata.

Plenilunium hoc medium factum eſt Athenis paulo ante 6tam veſpertinam: verum autem idque eclipticum, quod Petavius è Ptol. addit, Alexandriæ hora 10ma à Meridie: unde Novilunium medium prius fuit vero 4 ferè horis. Annus Calippicus [illegible] eſt [illegible] Periodi tertiæ inchoatæ, prout uni à [illegible]

monſtrabitur, in medio Julii circiter. Elapſi ita ſunt ad hanc Eclipſin anni Calippiei 188 & 7. M. & anni Periodi Jul. 4572 & M. I. Minore numero â majore ſubducto, manent anni Periodi Jul. 4383. & 6. M. ad initium primæ Periodi Calippicæ elapſi. Quod erat demonſtrandum.

CANON IV. Solſtitium æſtivum medium, quo prima Hecatombæonis Calippica ſecundum Scaligeri & Calviſii ſententiam ſemper poſterior exiſtit, in anno Periodi Jul. 4384. & annis ſequentibus per Tabulas Æquinoctiorum tam Petavii quam Calviſii invenire.

Ante omnia in anno Periodi Jul. 4384. inveniendum eſt æquinoctium vernum.

1. Per Tabulas Æquinoctiorum Petavii.

Anni P.J.	d	f	h	/	☉
16	118 incompl.	5	2	10	16
4368 A.	33	5	8	48	o S.
4384	84 incompl.	6	17	22	16
Diſtan. Solſt. ab æquin.	93	2	9	15	
Differentia Petavii			7	50 A	
Dies Solſtitii æſtivi	178	2	10	27	16
5. Menſes Juliani	151 S.				
Junii dies	27 f.	2	10	27	16 Lut. ab (occ. ☉.

2. Per Tabulas Æquinoctiorum Calviſii, pro Solſtitii ab æquinoctio verno diſtantia 93 diebus 2 f. 9 horis & 15 /, & pro differentia Calviſii 7 horis & 8 / additis, inveniuntur 178 dies 2 f. 10 hor. & 27 /.

Eodemque modo in quibuslibet tam Periodi Jul. quam mundi conditi annis non tantum Solſtitium æſtivum: verum etiam reliqua cardinalia 3 tempora inveſtigari, &, illo invento, primæ dies Hecatombæonicæ, hoc eſt, neomeniæ Calippicæ poſt 27 & præcedentes Junii dies proximæ indagari poſſunt.

CANON V. Enneadecaeteridem Metonis quadruplicatam a Calippo correctam & non 27760, ſed, uno die dempto,

27759 dierum, hoc eſt 76 annorum Julianorum conſtitutam & hic in Tabula præſenti cum Calviſiana & Petaviana Enneadecaeteride collatam per Calendarium Moſaicum eodem, quo in canone 4 capitis quarti præcedentis factum eſt, modo probare, & comprobare, & â Calviſii, Petaviique correctionibus & contradictionibus vindicare.

Annus Calippicus incipit Secundum.

Anni expanſi.	*Scaligerum.*	*Calviſium.*	*Dion. Petavium.*
1	28 Junii	28 Junii	28. Junii
2	16 Julii	15 Julii	16. Julii
3	6 Julii	6 Julii	5. Julii
4	25 Julii	25 Julii	25. Iunii.
5	15 Jul. vel 14	14 Julii	14 Julii
6	2 Julii	1 Julii	2 Julii
7	21 Julii	21 Julii	21 Junii
8	11 Julii	11 Julii	10 Julii
9	30 Iunii	30 Junii	30. Junii
10	18 Iulii	17 Julii	18 Junii
11	7 Iulii	7 Julii	7 Julii
12	26 Iulii	26 Julii	26 Junii
13	16 Iulii	16 Iulii	15 Julii
14	4 Iulii	3 Iulii	4 Iulii
15	23 Iulii	23 Iulii	23 Iunii
16	12 Iulii	12 Iulii	12 Iulii
17	2 Julii	2 Iulii	1 Iulii
18	20 Iulii	19 Iulii	20 Iunii
19	9 Iulii	9 Iulii	9 Iulii
20	28 Junii	28 Iunii	28 Iunii
21	16 Julii vel 17	17 Julii	17 Iulii
22	6 Julii	5 Julii	5 Julii
23	24 Julii	24 Julii	25 Junii
24	14 Julii	14 Julii	13 Julii

Annus

Anni expanſi.	*Scaligerum.*	*Calviſium.*	*Dion Petavium.*
25	3 Julii	3 Julii	3 Julii
26	21 Julii	20 Julii	21 Junii
27	10 Iulii	10 Julii	10 Julii
28	30 Junii	30 Junii	29 Junii
29	19 Iulii	19 Iulii	19 Iunii
30	7 Iulii	6 Iulii	7 Iulii
31	26 Iulii	26 Iulii	26 Iunii
32	15 Iulii	15 Iulii	15 Iulii
33	5 Iulii	5 Iulii	4 Iulii
34	23 Iulii	22 Iulii	23 Iunii
35	12 Iulii	12 Iulii	12 Iulii
36	1 Iulii	1 Iulii	1 Iulii
37	20 Iulii	20 Iulii	20 Iunii
38	9 Iulii	8 Iulii	8 Iulii
39	28 Iunii	28 Iunii	28 Iunii
40	17 Iulii	17 Iulii	17 Iulii
41	6 Iulii	6 Iulii	6 Iulii
42	24 Iulii	23 Iulii	24 Iunii
43	14 Iulii	14 Iulii	13. Iulii
44	3 Iulii	3 Iulii	3 Iulii
45	22 Iulii	22 Iulii	22 Iunii
46	10 Iulii	9 Iulii	10 Iulii
47	30 Iunii	30 Iunii	29 Iunii
48	19 Iulii	19 Iulii	19 Iunii
49	8 Iulii	8 Iulii	7 Iulii
50	26 Iulii	25 Iulii	26 Iunii
51	15 Iulii	15 Iulii	15 Iulii
52	5 Iulii	5 Iulii	4 Iulii
53	23 Iulii	23 Iulii	23 Iunii
54	12 Iulii	11 Iulii	11 Iunii
55	12 Iulii	11 Iulii	11 Iulii
56	20 Iulii	20 Iulii	20 Iunii

Annus Calippicus incipit Secundum.

Anni expanſi.	*Scaligerum.*	*Calviſium.*	*Dion Petavium.*
57	9 Iulii	9 Iulii	9 Julii
58	28 Iunii	27 Iunii	27 Junii
59	17 Iulii	17 Iulii	16 Julii
60	6 Iulii	6 Iulii	6 Iulii
61	25 Iulii	25 Iulii	25 Iunii
62	13 Iulii	12 Julii	13. Iulii
63	3 Iulii	3 Julii	2 Iulii
64	22 Iulii	22 Iulii	22 Iunii
65	11 Iulii	11 Iulii	11 Iulii
66	29 Iunii	28 Iunii	29 Junii
67	18 Iulii	18 Iulii	18 Iunii
68	8 Iulii	8 Iulii	7 Iulii
69	27 Iulii	27 Iulii	27 Iunii
70	15 Iulii	14 Iulii	14 Iulii
71	4 Iulii	4 Iulii	4 Iulii
72	23 Julii	23 Iulii	23 Iunii
73	13 Iulii	13 Iulii	12 Julii
74	1 Iulii	30 Iunii	30 Junii
75	20 Iulii	20 Iulii	20 Iunii
76	9 Iulii	9 Iulii	9 Iulii

Tabulam PeriodiCalippicæ proponit & exhibet Ill Scaliger non tantum in lib.2.de Emend.temp.tit. De Per. Calippi Attica ſolſtitiali p.89. Verùm etiam in lib.primi Can.Iſag.c.ſ. p.65.Hanc Tabulam,non ſolum in unius aut duorum dierum ſed etiam in integræ Lunationis differentia corrigunt partim Petavius Lib. ſecundo de doctrina Temp.capite 15. & 20. partim Calviſius in capite nono p.55. Iſag.ubi hanc PeriodumCalippicam non in una ſed in duplici Tabula explicat. Cum autem

tem Periodus Alexandræa anno Calippico 19. ipſi Periodo primæ Calippicæ ſucceſſerit, & primarum Tamutz & Ab dierum inventio, quas prima dies Hecatombœonis in quolibet anno Calippico eodem ferè, quo in Enneadecaeteride Metonica, modo hic quoque denotat, è præcedente capite quarto ſit notiſſima, ideo ad annum ſaltem decimum nonum Calippicum progreſſi primas Niſan & vel Tamutz vel Ab dies breviter apponemus, calculos verò in annis ſolum biſſextilibus pro Calviſii refutatione adjiciemus.

1. In anno primo E. Calippico, cujus initium ſecundum Canonem ſecundum & tertium in annum Periodi Iul. 4384 incidit, prima Tamutz eſt quidem non 28. Iunii f. 3. ſed 29. Iunii f. 4. quia prima Niſan Moſaica eſt dies â Cal. Ian. 91. 1. Apr. f. 6. Anni Periodi Iul. 4384, anni Mundi 3620. & anni Iudaici 3431. Hinc Scaliger dicit neomeniam hanc Hecatombœonis anticipatam eſſe, hoc eſt 28. Iunii f. 3. loco 29. Iunii f. quartæ poſitam, cujus anticipationis cauſa eſt, quia annus Metonicus 103, hoc eſt, annus octavus Enneadecaeteridis Metonicæ anno Calippico primo reſpondens tum incipiebat 28. Iunii f. 3.

2. In anno Calippico ſecundo & Cyclo Solis 17. biſſextili prima Ab Moſaica anni Mundi 3621 eſt dies â Cal. Ian. 198. 16. Iulii f. 2. Anni Periodi Iulianæ 4385, non autem ſecundum Calviſium 15. Iulii f. 1. quia prima Niſan Moſaica ſecundum ſequentem duplicem calculum eſt dies â Cal. Ian. 80. 20. Martii f. 3.

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	′	″	☉	☽	
49	90 compl.	1	19	37	7	1	15	
3572 A.	11	5	10	46	14	12	0	S.
3621	80 incompl.	3	8	50	53	17	15	Lipſ. p. M. N.
4 Lunation.	118	6	2	56	13			
Differentia reſp. Hieroſ.			8	13	0	A.		
☌ Julii Tych.	198	2	20	0	6	17	15	
6 M. Juliani	182 S.							
Pr. Ab & Hec. 16. Jul.		2	20	0	6	17	15	Hier. ab occ.

Conſentit cum Scaligero ratione hujus 16. Julii f. 2. Petavius: diſſentit autem Calviſius, dum anno Calippico ſecundo diem 197 f. 2. apponit, cum tamen Cyclo 17. ſemper f. 1. incipiente dies 197 non ſit f. 2. ſed f. 1.

2. Per Tabulas Mülleris Copernicanas.

Anni Period. Jul.		d	h	′	″	pag.
Radix	4310	20	15	20	7	p. 142.
Anni exp. ſine B. 75		18	3	22	55	p. 160.
Julius in Biſſext.		4	19	35	41	A. p. 168.
Summa	4385	43	14	18	43	Subtr.
Novilunium		60	1	28	6	p. 170.
☌ fit Julii die		16 f. 2.	11	9	23	in Hiſp. M. S.
Differ. Mullerii			8	47	10	A.
Eadem Julii dies		16 f. 2.	19	56	33	in Ed. ab [illegible]
4 Menſes præcedentes		122 A.				
Summa dierum		138 f. 2.	19	56	33	
4 Lunationes		118 6	2	56	13	S.
Prima Niſ. Moſ. Mart.		20 f. 3.	17	0	20	ut ſupra.

3. In anno Calippico tertio prima Hecatombæonis Attici eſt 6. Iulii f. 7. Anni Periodi Iul. 4386 & ſimul prima Tamutz anni Mundi 3622. non autem ſecundum Petavium, Iulii f. 6, quia prima Niſan Moſaica ſecundum duplicem calculum, qui extat in Fund §. 17. ſcholii octavi, eſt & fuit (una Lunatione addita) dies â Cal. Ian. 98. 8. Apr. f. 2. & præterea in 6. Iulii non autem in 5 incidit Novilunium medium, niſi 6. horæ ſecundum Petavium omittantur.

4. In anno Calippico quarto initialis dies eaque ſimul prima Ab anni Mundi 3623 eſt 25. Iulii f. 6. anni Periodi Iul. 4387 cyclo ſolis 19 no præditi, quia prima Niſan Moſaica præcedens extitit dies à Cal. Ian. 88. 29. Martii f. 7. Petavius 25. [illegible] ſubſtituit, quæ Novilunium quidem habuit, interim [illegible] Iunii præceſſit, & præterea ne prima Tamutz quidem [illegible]

5. Annum quintum Calippicum inchoat quidem ſecundum Scaligerum 15. Iulii f. 4. anni Periodi Iulæ 4388, quæ [illegible] quidem prima Ab Iudaica, quia prima Niſan Iudaica ſecundum calculum in Fund. Scholii octavi §. 16. datum, prima [illegible]

anni

anni Judaici 3436ti die 255. 12. Sept f.7. exiſtente, eſt dies 78. 19. Martii f.5. anni Iudaici 3435, rectius autem ſecundum Calviſium & Petavium 14. Iulii f.3. eaque ſimul prima Ab Moſaica anni Mundi 3624, quia prima Niſan Moſaica ejusdem anni fuit dies â Cal. Ian. 77. 18. Martii f.4.

6. Annum Calippicum ſextum inchoat 2. Julii f. 7. anni Periodi Iul. 4389, quæ hic novo exemplo neque prima Ab Moſaica eſt anni Mundi 3625, neque prima Ab Iudaica anni Iudaici 3436, quia prima Niſan Moſaica illius eſt 5. Apr. f.3, & proinde prima Tamutz 3. Iulii f.1, prima Niſan verò Iudaica hujus ſecundum calculum Iudaicum eſt 8. Martii f.3 & proinde prima Ab 4. Iul. f. 2. quia prima Tiſri añi ſequentis 3437 eſt primò dies 243 f.3. propter 21. ho. adh dies 244 f.4. & tãde propter Adu dies 245 f.5. Conſentit reſpectu hujus 2 Iulii f.7 cum Scaligero, Petavius, diſſentit iterum Calviſius, dum anno ſuo Calippico 6 adponit diem 183 f.7. hoc eſt, primam Iulii f.7, cum tamen 1. Julii in cyclo 21. non ſit f.7. ſed 6. unde Calviſius, prout é ſequenti calculo apparet, diem 183tiam revera completam pro incompleta ſumpſit, eique nihilominus f.7. diei 184tæ debitam appoſuit.

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	′	″	☉	☽	
53	106 compl.	1	8	19	44	5	19	
3572 A.	11	5	10	46	14	12	0	S.
3625	94 compl.	2	21	33	30	21	19	
3 Lunationes & diff	88	4	21	20	10 A.			
☌ fit die à Cal. Jan.	183 compl.	7	18	53	40	21	19	
Hoc eſt die incomp.	184	7	18	53	40	21	19	
Pro 6 Menſibus	182 S.							
Julii dies	2	f. 7	18	53	40	21	19	

2. Per Tabulas Syzygiarum Dn. D. Eichſtadii.

Anni Per. Jul.	d	f	h	′	″	☉	☽	
53	106	1	7	51	4	5	19	
4336 A.	11	5	10	20	30	12	0	S.
4389	94	2	21	30	34	21	19	
4 Lun. & differ.	88	4	21	20	10 A.			
☌ Julii	183	7	18	50	44	21	19	

Iterum.

Iterum E. hic anticipatio eſt inſtituta.

7. Anni ſeptimi Calippici prima Hecatombœonis eſt 21 Iulii f. 6. anni Periodi Iul. 4390 Cyclo Solis 22 præditi, eademque 21. Iulii f. 6. eſt ſimul prima Ab anni mundi 3626, quia prima Niſan ejuſdem anni ſecundum calculum in § 17 Scholii 8 poſitum eſt dies â Cal. Ian. 84. 25. Martii f. 7, & præterea in 21 Iulii f. 6. medium quoque incidit Novilunium. Petavius 21. Iunii ſubſtituit, in quam tamen nullum Novilunium, ſed potius in 22 Iunii incidit.

8. Prima Hecatombæonis anni octavi Calippici eſt 11 Iulii f. 4, quæ ſimul eſt prima Ab tam Moſaica quam Judaica anni Mundi 3627 & anni *Judaici* 3438, quia prima Niſan tam Moſaica quam *Judaica* eorundem annorum eſt dies â Cal. Ian. 74. 15 Martii anni Periodi *Julianæ* 4391mi f 5. Petavius 6 horarum omiſſione fretus ponit 10. *Julii* f. 3. quæ tamen nulli primæ Ab convenit.

9. Annum Calippicum nonum inchoat ſecundum Scaligerum, Petavium, & Calviſium 30 *Junii* f. 1. Anni Periodi *Jul.* 4392. Cyclo Solis 24 præditi, eademque 30. *Junii* f. 1. ſimul eſt prima Tamuz anni Mundi 3628 & Iudaici 3439, quia prima Niſan Moſ. eſt 2. Apr. f. 3.

10. Annum Calippicum decimum inchoat ſecundum Scaligerum 18 *Julii* feria 7 ſecundum Calviſium 17 *Julii* f. 7. & ſecundum Petavium 18 *Junii* f. 5. At 18 Iulii f. 7. eſt prima Ab Moſaica anni Mundi 3629, quia prima Niſan Moſaica ſecundum ſequentem calculum Calviſianum rectè intellectum eſt dies â Cal. Ian. 82. 22 Martii f. 1. & præterea in 18 Iulii f. 5. medium incidit Novilunium.

Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	'	''	⊖	☽	
57	92 compl.	6	8	18	18	9	4	
3572 A	11	5	10	46	14	12	0	S
3629	80 compl.	7	21	32	4	25	4	
4 Lun. & diff. Att.	118	6	10	4	13	A		

Ju-

☌ Iulii	199 compl.		7	7	36	17	25	4
Dies incompleti	200							
6 Menſes Jul.	182 S.							
Julii dies	18	f.	7	7	36	17	25	4
Lunatio	29		1	12	44	3 S.		
☌ Iunii die	18		5	18	52	14	25	4

Incidit quidem in 18 Iunii f. 5. Novilunium: ſed hæc 18 Iunii neque prima Tamutz eſt Moſaica neque Judaica. Nam prima Niſan Judaica anni Judaici 3440 eſt & fuit 24 Martii f. 3. & proinde prima Tamutz 21 *Junii* f. 1. & prima Ab Judaica 20 *Julii* f. 2. anni Periodi julianæ 4393. Cyclo Solis vigeſimo quinto præditi.

11. Prima Hecatombœonis anni Calippici undecimi ſecundum Scaligerum, Petavium, & Calviſium eſt 7 Iulii f. 4. anni Periodi Iulæ. 4394, eademque 7 Iulii f. 4 eſt prima Ab Moſaica anni Mundi 3630mi, quia prima Niſan Moſaica ſecundum Tabulas Syzygiarum tam Calviſii quam noſtras eſt & erit 11 Martii f. 5.

12. Annum Calippicum duodecimum ſecundum Scaligerum & Calviſium inchoat itidem prima Hecatombœonis eaque 26 Iulii f. 3. anni Periodi Iul. 4395 Cyclo Solis 27 præditi, quæ 26 Julii f. 3. iterum eſt prima Ab Moſaica anni Mundi 3631, quia prima Niſan Moſaica ejuſdem anni ſecundum eaſdem Tabulas eſt dies à Cal. Ian. 90 30 Martii f. 4. Petavius ſubſtituit 26 Iunii f. 1. ſed hæc dies & 27mam Iunii præcedit, & præterea ne primæ quidem Tamutz competit, ut ut Novilunium habuerit.

13. Annum Calippicum decimum tertium inchoat ſecundum Scaligerum & Calviſium 16 Julii f. 1. at ſecundum Petavium 15. Iulii f. 7. Anni Periodi Iul. 4396. Cyclo Solis 28. præditi, quæ 16 *Iulii* f. 1. ſimul eſt prima Ab Moſaica anni Mundi 3632, quia prima Niſan Moſaica eſt dies á Cal. Ian. 79. 20. Martii f. 2. quemadmodum 1. Niſan *Judaica* anni Iudaici 3443tii fuit 21. Martii f. 3. & prima Ab Iudaica 17 Iulii f. 2.

14. Annus Calippicus decimus quartus incipit ſecundum Scaligerum & Petavium 4. Iulii f. 5. anni Periodi Iul.

4397 Cyclo Solis primo præditi, & ſimul prima Tamutz Moſaica anni Mundi 3633, quia prima Niſan Moſaica ejuſdem anni eſt dies â Cal. Ian. 97. 6 Apr. f. 7. Calviſius anno Calippico decimo quarto apponit diem â Cal. *Ian.* 185. f. 5. hoc eſt 3. *Iulii*, cum tamen dies 185. Cyclo Solis primo non ſit feria 5. ſed 4.

Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	☉	☽
61	107 compl.	5	21	0	55	13	8
3572 A	11	5	10	46	14	12	0 S.
3633	96 compl.	7	10	14	41	1	8
3. Lunationes	88	4	14	12	10		
Differ. reſp. Ath.			7	8	0 A.		
☌ *Iulii*	185 compl.	5	7	34	51	1	8

E quo calculo apparet diem 185 tam à Calviſio ſumptam eſſe pro incompleta: Nam feria 5 non competit diei 185tæ ſed 186tæ.

15. Annum decimum quintum Calippicum inchoat & 23 *Iulii* f. 4. anni Periodi Jul. 4398 Cyclo Solis ſecundo præditi, & prima Ab Moſaica anni Mundi 3634. quia prima Niſan Moſaica eſt 27. Martii f. 5. Petavius 23. *Iunii* f. 2. ſubſtituit, quæ fuit ultima Siwan ſaltem.

16. Annum Calippicum decimum ſextum inchoat ſecundum Scaligerum, Petavium, & Calviſium 12. *Iulii* f. 1. Anni Periodi *Iulianæ* 4399 Cyclo Solis tertio præditi, qui trium Artificum conſenſus veritatem hujus primæ Hecatombœonis evincit, quia prima Niſan Moſaica anni Mundi 3635. anni P. 4399. reſpondentis eſt 16. Martii f. 2. & proinde prima Ab Moſaica 12. Julii f. 1.

17. Annum Calippicum 17. orditur ſecundum Scaligerum, & Calviſium 2. *Iulii* f. 6, ſecundum Petavium verò 1. *Iulii* f 5. anni Periodi *Iul.* 4400, quæ 2. *Iulii* f. 6. ſimul eſt prima Tamutz anni Mundi 3636, quia prima Niſan ejuſdem anni Mundi Moſaica eſt dies â Cal. *Ian.* 94. 4. Apr. f. 1.

18. Annum Calippicum decimum octavum inchoat 20. *Iulii* f. 5, anni Periodi *Jul.* 4401. Cyclo Solis quinto præditi, quia

quia hæc eſt prima dies Ab anni Mundi 3637mi, quandoquidem prima Niſan Moſaica ejuſdem anni ſecundum ſequentem calculum eſt dies â Cal. *Ian.* 84ta 24ta Martii f. 6.

Per Calendarium Judaicum

Anni P. J.	M.	Jud.	d		h	/	
29	29	29	270	compl.	19	262	
4373	3609	3420 A	10		20	900	S
4402	3638	3449	259	compl.	22	442	
6 Lunationes Jud.			177		4	438	
1 Niſan. *Iud.* Aſtron.			82	compl.	18	4	
4. Lunationes Jud.			118		3	1022	A
Novil. *Iud.* *Iulii.*			200	compl.	22	1026	
			201	incompl.			

Prima Niſan *Iudaica* Aſtronomica eſt dies 83. 23. Martii f. 5. & propter 18 horas 24 Martii f. 6. & proinde prima Ab 20 *Julii* f. 5. non 19. *Iulii* f. 4. ſecundum Calviſium, non 20. *Iunii* ſecundum Petavium, quia hæc Novilunio quidem prædicta eſt ſaltem ultima Sivvan.

19. Denique anni Calippici decimi noni prima Hecatombæonis eſt & 9. *Iulii* f. 2. anni Periodi *Iul.* 4402. & prima Ab Moſaica pariter & *Iudaica* anni Mundi 3638, quia prima Niſan tam Moſaica quàm *Iudaica* ejuſdem anni eſt dies â Cal. *Ian.* 72. 13. Martii f. 3. 72. d. 3. f. & 177. d. 2. f. additis, prima Tiſri anni Mundi 3639 & anni *Iudaici* 3450, & prima dies Hyperberetæi anni primi Alexandræi eſt dies â Calend. *Ianuar.* 249. 6. Septemb. f. 5. Et quia in hoc anno Calippico decimo nono primus annus Alexandræus cœpit, quemadmodum in vigeſimo ſecundus, in vigeſimo primo tertius, in vigeſimo ſecundo quartus, & ita conſequenter, ſemperque, paucis annis Calippicis & Alexandræis exceptis, prima Hyperberetæi Macedonici vel Tiſri Moſaici dependet â prima Hecatombæonis Calippici, & hæc ab illa, Ideo ſequentium trium Enneadecaeteridum Metonicarum ſive 57 annorum Calippicorum conſiderationem ad c. 8, in quo de Periodo Alexandræa agendum erit, reſervabimus. De alio Calviſii errore, ſecundum quem idem Calviſius agonum Olympicorum in tempora Metonica & Calippica incidentium

determinationes non è Metonica Enneadecaeteride, non è Periodo Calippica & quidem ad initium Epochæ Alexandrinæ extēſa, ſed è ſola Periodo Olympica deſumit, alibi dicēdū erit.

Cū autem hæc Epocha ratione uſus civilis non diu duraverit, itidem non opus erit, ut in peculiari Canone de Characteribus Civilibus tam Romanis quam Moſaicis & primi añi Calippici & reliquorum annorum Calippicorum agatur. Primus nimirum annus Calippicus ratione prioris ſemiſsis eſt annus Periodi Iul. 4384, qui habet Cyclum Solis decimum ſextum, Lunæ decimum quartum, & Indictionis quartum; quos Characteres habet quoque reſpectu prioris ſemiſsis annus primus Calippicus: & proinde pro inventione horum characterū in annis Calippicis numero horum dato 15. 13 & 3. addenda, & ſummæ per 28. 19. & 15. dividendæ.

Quæritur exempli cauſa, quos Cyclos habeat ratione prioris ſemiſsis annus Calippicus 330. Additione & diviſione rectè peractis, invenitur Cyclus Solis nonus, Lunæ primus, & Indictionis quartus, & proinde ſequens ſemiſsis Calippici habet Cyclum Solis decimū, Lunæ ſecundū, & Indictionis quartum, quos characteres habet etiam annus Periodi Iul. 4714. Iulianus 46, & Chriſti primus. Ita idem primus annus Calippici reſpectu poſtremi dodrantis eſt annus Mundi 3621. non autem ſecundum Calviſium annus 3620 & 3619: Qui annus 3621 mus eſt annus ſecundus in Cyclo Sabbathico, & 44tus in Jobelæo. Unde pro inventione horum characterum Moſaicorum numero annorum Calippicorum dato addenda erunt 1 & 43 & aggregata per 7 & 49 dividenda. Addantur annis Calippicis 330 iisdem unitas & 43, & 331 quidem per 7, 373 verò per 49 dividantur, & aderunt annus ſecundus in Cyclo Sabbathico & trigeſimus in Iobelæo, quos Characteres habent itidem annus Periodi Iul. 4714, annus Iulianus 46, & annus Epochæ Chriſtianæ primus propterea cum anno Calippico 330 concatenandi.

CANON *VI.* & ultimus.

Ad initium primæ Periodi Calippicæ elapſi ſunt

			Ideoq; 1. annus Calip. M.
Anni Nabonaſſaræi Prol.	4385	8 ferè M. Annus	00
Periodi Iulianæ	4383	6	4384
Mundi	3619	9 ferè	362

Iudæi

Judaici	3430	9 ferè	3432
A Diluvio	1963	8 ferè	1965
Ab Exodo	1167	3 ferè	1168
Ab initio Olymp.	446		447
Ab initio Urbis Varr.	423	2 ferè	424
Ab initio Nab. hiſt.	417	8 ferè	000
Ab Epocha Met.	102		103
Ab initio hebd. Danielis	91	9 ferè.	93

CAPUT VII.

De Annorum Philippicorum & mortis Alexandri Magni Epocha.

Conjunguntur hæ duæ Epochæ, non quod Alexander Magnus ſub initium Epochæ Philippicæ, hoc eſt, 12. Nov. f. 1. Anni Periodi Iul. 4390 mortuus fuerit, prout Codomannus ex errore eoque Tabulis Prutenicis & Eraſmo Reinholdo uſitato ſtatuit, ſed quod eadem Epocha in honorem mortis Alexandri Magni inſtituta Epocham Nabonaſſaræam in Ægypto penitus obliteraverit, dicta â Philippo ſecundum Scaligerum quidem Alexandri Magni Patre, ſecundum Petavium autem Alexandri Magni Fratre, id quod Scaliger quoque alicubi agnoſcit. Etſi autem Æræ Philippicæ in Periodo Iuliana locus certus eſt, &, prout paulò poſt demonſtrabitur, indubitatus: tamen in anno Alexandri Magni emortuali exprimendo Authores uno ferè anno variant, cui variationi forſan anſam dedit, quia nemo Alexandrum Magnum utpote pro DEO habitum mortuum eſſe primò credere voluit. Hinc Alexandri Magni mortem aſſignant initio anni Olympiadici 453tii (hoc eſt æſtati circiter anni Periodi Iul. 4390mi & anni Mundi 3626) Diodorus Siculus libro 17. Arrianus l. 7. Euſebius l. 8. demonſt. Evang. capite 2. & in Chronicis, & Joſephus libro 1. contra Appionem ê Caſtore & Clearcho, qua ratione mors Alexandri Magni prior eſt Philippica hac Epocha 3 vel 4 circiter menſibus. Contra Clemens Alexandrinus Alexandri Magni mortem in anno Olympiadico 453 ferè completo (hoc eſt in æſtate anni Periodi Iul. 4391 & anni Mundi 3627) reponit, cujus Clementis ſententiam amplectuntur Scaliger, Calviſius, D. Behm, Buntingus, &c. Et hac ratione mors Alexandri Magni Epochâ

Philippicâ 5 aut 6 circiter menſibus poſterior fuiſſet. Ita etiam in die Iuliana, qua Alexander Magnus mortuus ſit, variant Chronologi. Calviſius in anno Mundi 3627 è 22da Dœſii, qua Calviſio Alexander Magnus mortuus, facit 18. Apr. ſed hac ratione Alexander Magnus non mortuus eſſet circa ſolſtitium æſtivum, quod Plutarchus in Alexandri Magni vita exprimit: ſed 24 circiter diebus poſt æquinoctium vernum. Buntingus verò è 28 Dœſii menſis Macedonici, quam idem Plutarchus ibidem exprimit, facit 9. Iunii. Cœterum cum anni Philippici non tantum quantitatis: verùm etiam initii & finis ratione ſint anni Nabonaſſaræi, & in capite 5. ſectionis ſecundæ de annorum Nabonaſſaræorum menſiumq; æquabili quantitate, 5. Epagomenon appendice, ſyſtema Chronologicum explendi ineptitudine, de manifeſta Characteres chronologicos civiles vel recipiendi vel exhibendi incommoditate, & denique de modo, qua ratione anni cujusque Nabonaſſaræi dati initialis Iulianus dies una cum feria competente inveſtigandus ſit, pluribus actum fuerit: Ideo hic quoque multis principiis, Canonibusque opus non erit, ſufficientque una atque altera Hypotheſis.

Hypoth. I.

Annus Philippicus 562 eſt annus Nabonaſſaræus 986.

Hypotheſis hæc deſumpta eſt è capite 23. Cenſorini ſupra citato. Uterque autem annus & Philippicus 562 & Nabonaſſaræus 986 cœpit die à Cal Ian. 176. 26. Iunii f. 2. Anni Periodi Iul. 4951 & anni Chriſti 238.

Hypoth. II.

Annus 83. Philippicus eſt annus Nabon. 507, & annus Philippicus 52 eſt annus Nab. 476.

Hypotheſis hæc deſumpta eſt è Ptolomæi lib. 11. c. 3. Prius annorum par incipit 23. Oct. f 6. poſterius 30. Oct. f 3.

Hypoth. III.

Ab initio Epochæ Nabonaſſaris hiſtoricæ ad obitum Alexandri M. elapſi ſunt anni Ægyptiaci 424 & anni Juliani 4[illegible] & 260 d.

Hypotheſis hæc deſumpta eſt è Tab. Prut. ſub Tit. Intervalla Epocharum, quæ extant p. 10. & 11. In 424 annis Ægyptia-

cis

cis, 424 per 4 diviſis, continentur 106 luſtra Nabonaſſaræa, hoc eſt, 106 per 1460 multiplicatis, 154760 dies, ſive, 154760 diebus iterum per 1461 diviſis, 105 luſtra Iuliana ſive 420 anni Iuliani & 1355 dies, hoc eſt, 3 anni communes & 260 dies, adeoque 423 anni Juliani & 260. d.

Hypoth. IV.

Ab initio Epochæ Philippicæ, ſive ut Tabulæ Prutenicæ loquuntur, ab obitu Alexandri Magni ad initium Epochæ Chriſtianæ elapſi ſunt 323 Anni Ægyptiaci 130 di. 12. hor. & anni Iuliani 323, 50. di. 12 hor.

Hypotheſis hæc in Tabulis Prutenicis extat ibidem. 323 Nabonaſſaræi anni & 131 dies continent in una ſumma 118026 dies. His per 1461 diviſis, prodeunt in quoto 80 luſtra Iuliana, hoc eſt, 320 anni Iuliani, & in reſiduo 1164, ſive 3 anni Iuliani communes, & 51 dies. Eadem, quæ in proximè præcedentibus duabus hypotheſibus ponuntur, ad Periodum Iulianam applicata, & é Tabulis Alphonſinis deſumpta â Nicolao Müllerio in Tabulis Friſicis p. 245 ita proferuntur: Æra Philippi Patris, inquit, inchoata 12 Nov. f. 1. anni Periodi Iul. 4390 poſterior eſt æra Nabuchdonoſar, qui Ptolemæo Nabonaſſar dicitur, annis Romanis 423 & præterea diebus 260, hoc eſt diebus 154760. Eadem præcedit æram Chriſti Romanis annis 323, & 51 di. ſive diebus 118026. Hactenus Nic. Müllerius.

CANON I.

Annum Nabonaſſaræum prolepticum, Periodi Julianæ, Mundi, Iudaicum, Olympiadicum & Calippicum, in quibus primus annus Philippicus cœpit, modò proſthaphæretico invenire.

I. Per Hypotheſin primam annus Philippicus 562 eſt annus Nabonaſſaræus hiſtoricus 986 & prolepticus 4954: & proinde, 561 annis deductis, annus primus Philippicus eſt annus Nabonaſſaræus hiſtoricus 425 & prolepticus 4393. At hic annus Nab. prolepticus 4393 per Canonem VIII. libri I. quemadmodum & hiſtoricus 425 per caput V. ſectionis ſecundæ incipiunt die â Cal. Ian 316. 12. Nov. f. 1. Anni Periodi Iul. 4390 cyclo ſolis 22, Lunæ 1. prædìti. Patet E. Annum Philippicum primum iniiſſe unà cum anno Nabonaſſaræo hiſtorico 425 & prolepti-

co

co 4393, & quidem in ſecundo circiter menſe anni Mundi *3627* & anni Iudaici 3438, in ſecundo quadrante anni Olympiadici 453 Metonici 109 & Calippici ſeptimi.

II. Per Hypotheſin ſecundam annus Philippicus 83 eſt annus Nabonaſſaræus hiſtoricus 507, hoc eſt, annus Nabonaſſaræus prolepticus 4475, & annus Philippicus 52 eſt annus Nabonaſſaræus 476, hoc eſt annus Nabonaſſaræus prolepticus 4444tus. Sive jam 82 utpote numerus ſibiipſi æqualis â 4475, 507 & 83 annis, ſive 51 ab annis 4444, 476 & *52* ſubtrahantur, relinquuntur utrobique anni Nabonaſſaræi proleptici *4393*, anni Nabonaſſaræi hiſtorici *425* & annus primus Philippicus, iique correſpondentes, hoc eſt, annus primus Philippicus eſt annus Nabonaſſaræus hiſtoricus *425*, & prolepticus *4393*. At horum uterque incipit 12. Nov. f. 1. Anni Periodi Iul. *4390*, E. & annus Philippicus primus eadem ejuſdem anni die incipit, hoc eſt, cum ipſo anno Nabonaſſaræo proleptico *4393*, in fine anni Periodi Iul. *4390*, in ſecundo circiter menſe anni Mundi 3627 & anni Iudaici *3438*, in ſecundo quadrante anni Olympiadici *453*tii, Metonici 109, & Calippici ſeptimi, & denique unà cum anno Nabonaſſaræo hiſtorico *425*to.

III. Sive *424* anni Ægyptiaci ſecundum Hypotheſin tertiam ab initio Nabonaſſaris ad obitum Alexandri Magni elapſi addantur annis Nabonaſſaræis prolepticis 3968 ad initium Nabonaſſaris elapſis, ſive *423* anni Iuliani & 260 dies in eadem Hypotheſi tertia poſiti jungantur cum annis Periodi Iul. 3966 completis & 56 diebus, qui ſecundum caput quintum ſectionis ſecundæ ab initio Periodi Iul. usque ad primam Thot anni primi Nabonaſſaræi, ſive ad 26. Febr f. 4. effluxerunt aderunt illic quidem anni Nabonaſſaræi proleptici completi *4392*, hic autem anni Periodi Iul. completi *4389* & *316* di. ad obitum Alexandri Magni, hoc eſt, ad primi anni Philippici initium elapſi, quorum utrumque idem eſt, ac ſi dicerem: annus Philippicus primus cœpit unà cum anno Nabonaſſaræo hiſtorico *425*, & proleptico *4393* & quidem in fine anni Per. Iul. *4390*.

IV. Denique pro hypotheſeos quartæ uſu *323* anni Iuliani & 51 dies ſubtrahantur ab annis Periodi Iulianæ *4713* omnium conſenſu ad Epochæ Chriſtianæ principium elapſis, & remanē

manebunt, ut paulo ante, anni Periodi Jul. completi 4389, & 315 dies ad Epochæ Philippicæ initium elapſi, hoc eſt, anni Mundi 3626 & 1 cum dimid. menſes & anni Judaici 3437 & 1 cum dimid. menſes, anni Olympiadici 452 & 4 M. anni Nabonaſſaræi hiſtorici 424. & 0 M. anni Metonici 108. & 4 M & anni Calippici 6 & 4 cum dim. M.

CANON II.

Primum in anno primo Philippico Solſtitium hybernum factum eſt, die â Cal. Jan. 360. 26. Decemb. f. 3. Anni Periodi Jul. 4390 & anni Mundi 3627 & ſequens æquinoctium vernum die â Cal. Jan. 84. 25 Mart. f. 1. & propter 19 horas adhærentes 26 Martii f. 2. ejuſdem quidem anni M. ſed anni *P*. J. 4391.

*P*ro hujus Canonis demonſtratione ſufficiat ſequens Calculus Calviſianus.

Anni M.	d	f	h	/	⊙	
15	112	1	0	59	23	
3612 A	27	6	14	12	0	S.
3627	84 incom	1	10	47	23	Lipſiæ p. M.N.
			8	13 A		
Dies æquin. verni	84	1	19	0	23	Hieroſ. ab occ.
Pro anno comm.	365 A					
Summa dierum	449	1	19	0	23	
Intervallum hyb.	89	5	5	40		
Dies Solſtitii hyber.	360	3	13	20	23	

Quod erat demonſtrandum.

CANON III.

*P*rimum in Epocha Philippica Novilunium medium factum eſt die â Calend. Jan. 320. 16. Novemb. f. 5. anni P. Jul. 4390, quæ fuit prima Cisleu Moſaica anni Mundi 3627mi, 29. Marcheſvvan. Anni Judaici 3438. & 19na Thot anni ejuſdem Nabonaſſaræi 425ti, quemadmodum medium Plenilunium die â Calend. Januar. 335. 1. Decemb. f. 6. Anni ejuſdem *P*eriodi Jul. 4390.

Hunc Canonem demonſtrabit ſequens triplex calculus.

Qq *1. Per*

1. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P. J.	M.	Jud.	d	h	'	''	☉	☽
17	17	17	100 incompl.	19	54	35	6	1
4373	3609	3420 A.	16	13	32	26	12	0 S.
4390	3626	3437	84 incompl.	6	22	9	22	1
8 Lunationes			236	5	52	25		
Differ. reſp. Hieroſ.				8	13 A			
Primum in Ep. Phil. Novilunium			320	20	27	34	22	1 Hieroſ.
Dimidia Lunatio			14	18	22	2 A.		
Prim. Plenil. in Dec.			335	14	49	36	22	1
11 Menſes Juliani			334 S.					
Primũ Plenil. fit Dec. die 1 f. 6.				14	49	36	22	1

2. Pro 16. Nov. Anni Periodi Jul. 4390. Novilunio proque 1. Dec. Plenilunio per Tabulas Mülleri Copernicianas.

Anni Per. J.	d	h	'	''	pag.
Radix 4310	20	15	20	7	p. 142
Anni exp. B. 80	14	5	51	38	p. 160
Nov. in comm.	8	16	39	28 A	p. 166 A
Summa 4390	43	13	51	13	Subtr.
Novilunium	60	1	28	6	p. 170
Novil. fit Nov. die	16	11	36	53 in Friſ. p. M. N.	
Differ. Müllerii		8	47	10 A.	
Idem Novil.	16 f. 5.	20	24	3 in Eden. ab occ.	
Dimidia Lunatio	14	18	22	2 A	
☍ fit Dec. die	1 f. 6	14	46	5	

Pro 5ta Thot anni Nabonaſſarei 425. Novilunio & pro 19. Thot Plenilunio per Tabulas Mülleri Ptolemaicas priores.

Anni Nab.	d	h	'	''	pag.
Radix 401	6	10	50	35	p. 52
Anni Exp. 24	18	22	39	33	p. 66
Thot	0	0	0	0	p. 68

Summa 425	25	9	30	8	Subtr.
Novilunium	30	12	44	3	p. 70
Novil. Thot dies 5	3	13	55		
Dimidia Lunatio 14	18	22	2 A		
Plenil. fit Thot die 19	21	35	57		

Quæ erant demonſtranda.

CANON. IV.

Dato quovis anno Philippico una cum correſpondente anno Nabonaſſaræo hiſtorico, primam Thot una cum feria & P. J. anno, in quo illi incipiunt, invenire.

Canona VIIIvo libri 1. ut & 3968 annorum Nabonaſſaræorum prolepticorum ad Nabonaſſaris, 4392 annorum Nabonaſſaræorum itidem prolepticorum & 424 annorum Nabonaſſaræorum hiſtoricorũ ad Philippicæ Epochæ initium elapſorum intervallis fundamenti loco præſuppoſitis, res tota uno atque altero exemplo erit declaranda.

Exemplum primum.

Calviſius in Chronologia in anno Mundi 3633 dicit, quod annus Nabonaſſaræus 432dus (hoc eſt prolepticus 4400) & Philippicus octavus inceperint 10 Nov. f. 5, pro qua f. 5. Doctor Behm in Epocharum Tabulis ponit f. 1. Videamus uter verum an falſum dixerit, niſi ſphalma ſubſit. Si ab annis Nabonaſſaræis prolepticis 5656 ſub D poſitis ſubtrahantur anni Nabonaſſaræi proleptici dati 4400, manent 1256 anni, qui per 4 diviſi dant 314 dies â Cal. Januar. numeratos. Iidem 1256 anni ab annis Periodi Julianæ 5653 ſub eodem D repertis ſubtracti relinquunt annos Periodi Jul. 4397, quorum ultimus habet Cyclum Solis primum. Dies â Cal. Jan. 314 eſt quidem 10 Nov. ſed hæc 10 Nov. Cyclo Solis 1. eſt dies â Cal. Jan. 315. 315 & 1 additis, & 316 per 7 diviſis, manet unitas hoc eſt, 10 Nov. f. 1. anni Periodi Jul. 4397 eſt prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4400 hiſtorici 432 & Philippici octavi. Annis Periodi Jul. 763 & 298 d. ad conditum Mundi elapſis, ab annis Periodi Jul. 4396 & 315 d. ſubtractis, manent anni Mundi completi 3633 & 17 d. & proinde hæc prima Thot inventa non pertinet ad annum Mundi 3633 ſed 3634.

Exemplum ſecundum.

Ita idem Calviſius in anno Mundi 3649 dicit, quod annus Nabonaſſaræus hiſtoricus 448 (hoc eſt prolepticus 4416, & Philippicus 24tus cœperint 6 Nov. f. 6. pro qua f. 6. D. Behm in Epocharum Tabulis iterum rectè ſubſtituit f. 3. Nam annis 4416 ab annis iiſdem 5656 ſubtractis, manent 1240, quæ per 4 diviſa dant in quoto 310 hoc eſt 6. Nov. Iiſdem 1240 ab annis Periodi Jul. 5653 ſubtractis, manent anni Periodi Jul. 4413, quorum ultimus habet Cyclum Solis 17 At 6 Nov. in anno biſſextili eſt dies â Cal. Jan. 311 hoc eſt f. 3. non 6. Annis Periodi Jul 763 & 289 d. ab annis 4412 & 31 diebus ſubtractis, manent anni Mundi 3649 & 12 d. Prima E. Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4416 hiſtorici 448 & Philippici 24 eſt dies â Calend. Januar. 311. 6. Novemb. f. 3. Anni Periodi Jul. 4413 finientis, & anni Mundi 3650, incuntis non 3649. Eodemque modo in omnibus annis Nabonaſſaræis hiſtoricis & Philippicis correſpondentibus datis primæ Thot inveſtigari poterunt.

CANON V. & ultimus.

Ad initium Epochæ Philippicæ elapſi ſunt anni	A	M	Ideoq; primus añus Philippicus eſt annus.
Nabonaſſaræi prol.	4392	0	4393
Periodi Julianæ	4389	10 cum dimid. ferè	4391
Mundi	3626	2 ferè	4627
Judaici	3437	2 ferè	3438
A Diluvio	1970	1 ferè	1971
Ab Exodo	1173	8 ferè	1175
Ab initio Olymp.	452	4 ferè	453
Ab initio Urbis Varr.	429	6 ferè	430 & ſeq.
Ab initio Nab. hiſt.	424	0	425
Ab Epocha Met.	108	4	109
Ab initio Hebd. Dan.	98	2	99
Ab initio primæ per Cal.	6	5	7

CA-

CAPUT VIII.

De Epocha Alexandræa græcorum ſive Periodo Calippica à ſolſtitio æſtivo in autumnum 12. poſt Alexandri mortem annis translata.

IN hujus Epochæ conſideratione iterum Ill. Scaligeri ſententiam, quod videlicet anni Græcorum in libris Maccabœorum uſitati uſque ad Chriſti ætatem in Eccleſia Iudaica una cum adu & badu permanſerint, retinebimus, eamque â Calviſio, D. Behm, Helvico & Ubbone Emmio pluribus quidem explicatam, ab omnibus tamen non æque bene & rectè intellectam, â Petavio verò lib. 2. de doctrina temp. capite 17 & ſeq. & libro 10. capite 40 & ſequentibus mordicus impugnatam, cui Petavio aſtipulantur Samuel Petitus, Toletus pariter & Baronius in Annalibus, dum doctrinam de feriarum translatione è lacunis recentiorum Hebræorum petitam eſſe aſſerit, Johannes Kloppenburgius, Cochus & alii, quemadmodum Scaligero Münſterus & Iſaacus Caſaubonus. Cauſa hujus diſcrepantiæ unica eſt, quia Periodus Alexandræa â ſententiæ Scaligerianæ Fautoribus nunquam fuit rectè vel propoſita vel intellecta. Fautorum iſtorum præcipuus eſt Calviſius, qui Periodum Alexandræam Scaligerianam, ut antea Olympicam, Metonicam, & Calippicam, in multis annis & præcipuè in annis Julianis biſſextilibus ratione initialium dierum miſere mutavit & mutilavit, & annum primum Alexandræum cum anno Mundi 3638, & primum annum Chriſti, hoc eſt, annum Periodi Iul. 4714 cum anno Alexandræo 313 in Tabula annorum Alexandræorum ſecunda, quæ in capite 12. Iſagoges extat, contra Scaligeri mentem primus concatenavit, quem Calviſium D. Behm & Helvicus, Ubbone Emmio excepto, unanimiter hac in parte ſequûtur. Cæterum magnus hujus Calendarii Alexandræi & Epochæ uſus eſt non tantum in tota historia & præſertim Eccleſiaſtica: verùm etiam in Paſſione Dominica & in primo & ſecundo libro Maccabœorum, in quorum illo primus annus Græcorum, ut hoc ratione τῦ ἔτη hic addatur, incipit ſecundum Scaligeri mentem & Phraſin in vere anni Periodi Iul. 4402, in hoc vero in autumno ejusdem anni, de qua diſcrepantia per exempla ex utroque libro Maccabœo-

bœorum deſumpta declarata pluribus agit, D.Behm lib.2.Manud.tit.1.capite 6.licet Periodi Jul.filo Ariadnæo una cum Calviſio deſtitutus, & præcipue Ill. Scaliger libro 5. de Emend. temp. Titulo: De anno Alexandræo Judæorum p.419 & 430. Aliàs hæc Epocha vel ab Alexandro Magno, ut Scaliger, Calviſius, & D. Behm volunt, vel ab Alexandri Magni ſucceſſoribus, ut Petavius ibidem ſtatuit, dicta alio nomine quoque appellatur Epocha Dilcarnaim, ab Arabibus Terick Dilcarnaim, â Græcis Æra δικέρωτος, quia Daniel capite 8.v.3. & ſeq. Alexandrum Magnum Arietem bicornem vocat, ab aliis Epocha Contractuum, ab aliis denique Æra regni Græcorum, & Seleucidarum, prout de hac varietate pluribus agit D.Behm in Manud. l.2. Tit. 5. c. 6, Canonibus ipſis ſequentes definitiones, Hypotheſes, & communes ſententiæ erunt præmittendæ.

Definitio I.

Periodus Alexandræa nihil aliud eſt quàm Periodus Calippica è 27759 diebus & 76 annis Iulianis à Calippo vel Judæo quodam ita compoſita, ut loco æſtivi temporis initium ſit autumnale, quo mundus conditus eſt, primus annus Alexandræus in anno Calippico 19 incipiat, ratione Paſchatis badu & ratione Tiſri Adu hic primò hiſtoricè accedat, & prima dies Hyperberetæi Macedonici & Tiſri vel Moſaici, vel Judaici â primo die Hecatombœonis Calippici competentis & præcedentis, hoc eſt, cum prima Ab vel Tamutz convenientis plerunq; vel 59 vel 89 dieb⁹ in conſequẽtia remota dependeat.

76. annorum Periodum, ut in annis Olympiadicis, ita in annis Alexandræis dari negat & pernegat Petavius libro 2. de Doctrina Temp. capite 22 minimè recordatus, quod, dum in 20. cap. p.139 Periodum Calippicam non tantum admiſit: verùm etiam ad Gemini mentem caſtigavit, eo ipſo Periodum 76 annorum Alexandræam utpote in Periodo Calippica fundatam ex eaque oriundam ſimul tacitè poſuerit certè non refutaverit, de qua Periodi Alexandrææ refutatione tamen tum Petitiana &c.in Canonibus agendum erit. Adu & Badu in Periodo Alexandræa hic hiſtoricè primum introductorum cauſas refert Petavius libro 7. de doctrina temp.capite 18. & Paulus Guldinus libro 5.Refut.Elenchi Calviſiani capite 13. in Regula

gula V. p. 557. Prima Hyperberetæi Macedonici Tiſri Judaici & Moſaici & Boedromionis Attici in anno primo Alexandræo eſt & fuit 6. Sept. f. 5. 59. di. deductis, prima Panemi Macedonici, Ab Moſaici & Iudaici & Hecatombœonis Attici evadit 9. Iulii f. 2. in Num. 19. Can. quarti capitis ſexti & inventa & poſita: quæ dependentia primæ Tiſri â prima Ab & Tamutz & harum ab illa infra in pleriſque annis Alexandræis erit conſpicua.

Definitio II.

Annus Alexandræus eſt annus Lunæ ſolaris vel Calippicus â prima Tiſri vel Moſaica vel Iudaica inchoatus modò communis modò Embolimæus iſque ordinarius vel non.

Huc referenda ſunt ea, quæ ſupra in capite tertio ſectionis ſecundæ de annorum Lunarium, & Lunæ ſolarium variabili quantitate ſunt præmiſſa. Porro prima Tiſri vel Moſaica vel Iudaica inchoat annos 76 primæ Periodi Alexandrææ ſemper, in reliquis autem reliquarum Periodorum annis non item, quia hæc prima Tiſri Alexandræa propter erroneum motum Lunæ â Calippo uſurpatum in 304 annis poſterior eſt prima Tiſri Moſaica uno die, in 608 annis duobus, & in 912 annis 3. diebus, & tales anni Al. intelligendi ſunt in l. 2. Maccab.

Definitio III.

Annus Alexandræus Julianus eſt, cujus initialis menſis eſt October, ita ut reliqui menſes Iuliani unâ cum menſibus Macedonicis eadem initia habeant, & Februarius in communi anno 28. dies, in biſſextili autem 29 dies contineat.

Uſus Calendarii Alexandræi univerſalis 266 circiter annis duravit uſque ad Iulii Cæſaris principatum, & Monarchiæ quartæ initium. Tum enim Julius Cæſar Calendarium Iulianum, αὐτονομίᾳ tamen pro Calendarii uſu Judæis relicta, in toto Imperio Romano introduxit. Qua ratione anni Alexandr. iique Lunæ-ſolares, initio ab Octobri facto, tranſierunt in Iulianos.

Definitio IV.

Annus Alexandr. vel Græcorum libri 1. Maccab. eſt annus Lunæ ſolaris vel Calippicus â prima Niſan præcedente inchoatus, & eadem quantitate, cujus annus Alexand. in def. 2. poſitus eſt, præditus.

Exem-

Exempli cauſa, primus annus Alexandr. libri ſecundi incipit ſecundum Scaligerum die à Cal. Ian. *249* 6. Sept. f. 5. Anni Periodi Iul. *4402:177* di. 2. f. ſubtractis, primus annus Alexand. libri 1. Maccab. incipit die à Cal. Ian. 72. 13. Martii f. *3*. ejusdem anni Periodi Iul. at anni Mundi *3638*. Hinc Scaliger libro 2. Can. Iſag. capite 1. p. 118 dicit, quod à cap. Periodi Iul. ad æram Seleucidarum Iudaicam elapſi ſint anni *4401* & 72. di. Hinc Calviſius in anno Mundi *3638* hæc verba ponit: Græcorum annus primus, quorum ratio habetur in libro 1. Maccab, incipit *13* Martii f. *3*. Hactenus Calviſius. In eadem *13*. Martii, ut & 6. Sept. Novilunia ita inveniuntur.

Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	/	//	☉	☽	
66	*83* incōp.	*1*	*5*	*48*	*7*	*18*	*16*	
3572 A.	*11*	*5*	*10*	*46*	*14*	*12*	*0*	S.
2038	*71* incōp.	*2*	*19*	*1*	*53*	*6*	*13*	
Differentia Calv.			*8*	*13*	*0*	A.		
☌ Martii	*72*	*3*	*3*	*14*	*53*	*6*	*13*	in Hier. ab or.
6 Lunationes	*177*	*2*	*4*	*24*	*19*	A.		
● Sept.	*249*	*5*	*7*	*39*	*12*	*6*	*13*	

Hæc 6. Sept. f. 5. non pertinet ad annum Mundi *3638* in quo Calviſius ibidem Epochæ Alexandr. autumnalis initium reponit, ſed tanquam prima Tiſri ad annum Mundi *3639*. Menſes Alexandr. ſunt vel Macedonici alternatim pleni & cavi, modò 12. in anno communi, modò *13*. in anno Embolimæo, vel Iuliani iique ſemper 12, quorum primus eſt Octob. Eorundem menſium tum inter ſe tum cum menſibus Moſaicis & Syriacis concatenatio hæc eſt:

Moſaici	Syriaci	Macedonici	Juliani.
1. Tiſri	Tiſri prior	Hyperberetæus	October.
2. Marcheſvan	Tiſri poſter.	Dius	November.
3. Cisleu.	Canun prior	Apellæus	December.
4 Thebet	Canun poſter.	Audinæus	Januarius.
5. Schebat	Sabat vel Asbat	Peritius	Februarius.
6. Adar	Adar	Dyſtrus	Martius.
(Embol Veadar)			

7. Ni-

7. Niſan	Niſan	Xanthicus	Aprilis
8. Jiar vel Ziu	Jiar	Artemiſius	Majus
9. Siwan.	Hazyron	Dæſius	Junius
10. Tamutz	Tamutz	Panemus	Julius
11. Ab	Ab	Lous	Auguſtus
12. Elul	Elul	Gorpiæus	September.
	Elul alter	Gorpiæus alter	

Axioma I.

Quia anni Alexandræi libri 1. Maccab. integro anni ſemiſſe ſive 6. menſibus prius, quam anni Alexandræi libri 2. Maccab, & anni Alexandræi Juliani incipiunt, idcirco prior numeratio poſteriore uno fere anno major eſt.

Sic cladem â Gorgia illatam eandem primus liber Maccabæorum conjicit in annum Alexandræum 149 ſecundus in 148.

Axioma II.

In concatenatione annorum Alexandræorum l. 2. Maccab. cum annis Julianis a bruma, cum annis Exodi & Urbis â Vere, & Olympiadicis, Metonicis & Calippicis annis in æſtate inchoatis idem modus tenendus eſt, qui ſupra in annis Mundi, Judaicis, Diluvii &c. obſervatus.

Axioma III.

In quam feriam incidit prima Niſan, in eandem incidit & 15ta Niſan ſive Paſcha.

Hypoth. I.

Ab initio annorum Alexandræorum Julianorum uſque ad Calendas Junii & Dæſii Macedonici anni Chriſti 1252 (& anni Periodi Jul. 5965 Cyclo Solis primo præditi) elapſi ſunt dies 570764 hoc eſt, anni Alexandræi Juliani 1562 & 244. d.

Hypotheſin hanc uti & ſequentem, & inſuper alias habet Calviſius in capite 17. Iſag.

Hypoth. II.

Decima nona dies Junii anni Chriſti 325 (hoc eſt anni Periodi Jul. 5038 Cyclo Solis 26 præditi) qua die conſeſſus Concilii Nicæni inſtitutus, fuit decima nona dies Dæſii anni Al. Juliani 636.

Hypoth. III.

Aera Alexandræa ſecundum Alphonſinos diſtat ab æra Nabuchdonoſor ſive Nabonaſſaris annis Romanis 4.. & .. diebus, id eſt, diebus 159101. Eademque Æra Alexandræa præcedit æram incarnationis (hoc eſt, annum Periodi Julianæ 4714) annis Romanis 311 & 93 d. hoc eſt diebus 113685. Hypotheſis hæc deſumta eſt è Tab. Friſ. Nic. Mullerii, extant p. 245. Addit Author ad marginem tempus, hoc eſt, Calendas Octobris f. 2. Anni Periodi Julianæ 4402, quibus primus annus Alexandræus Julianus cœpit. Huc referri poſſent Eclipſes ibidem â Nicolao Mullerio ad annos, menſes, & .. es tam Alexandræos Julianos, quam Romanos applicatæ, & â Scaligero quoque libro 5. de emend. Temp. p. 428. citatæ & uſurpatæ, brevitatis tamen ſtudio omittendæ, quia omnes ad annos Alexandræos Julianos ſaltem, non autem ad *Alexandræos* Lunæ-Solares ſunt accommodatæ.

Hypoth. IV.

Quia jam per annos Alexandræos Julianos conſtat, quod eorum initium cadat in Octob. anni Periodi Jul. 44.., quodque anni Alexandr. & Calippici Lunares fuerint, illud jam Novilunium primam Tiſri & Hyperberetæi ſuppeditabit, quod primâ Niſan præcedenti 177 d. 2 f. & prima Ab .. præcedenti vel 59 vel 89 d. poſterius exiſtit.

Hypoth. V.

Conſtructio Tabulæ Periodi Alexandrææ, prout .. tat in capite 12. Iſag. Calviſii, licet poſtea in quibuſdam .. corrigenda, & præcipuè in Scal. libro 2. de Emend. Temp. Titulo. De Periodo Syro Macedonum Alexandræa p. 9.. & ſeq. eaque omnibus numeris perfecta, tota dependet partim â Calendario Moſaico, hoc eſt, â Tabulis Syzygiarum Lunarium, Calendarii Judaici, Prutenici, Petavianis, & aliis, partim â Calendario Judaico, partim denique â vera Periodo Calippica ſupra in capite 6. hujus Sectionis propoſita.

Hypotheſin hanc veram eſſe infra experientia comprobabit.

CANON I.

Annum Periodi Jul. Mundi, Judaicum, Olympiadicum, Metonicum & Calippicum, quibus primus annus Al. Jul. cœpit, modo proſthaphæretico invenire.

1. Per

I. Per Hypotheſin primam 570764 dies per 1461 d., quot in uno luſtro Juliano continentur, diviſi exhibent in quoto 390 luſtra Juliana ſive 1560 annos Iulianos & in reſiduo 974 d. hoc eſt, 974 per 365 diviſis, 2 annos & 244 d, adeoque in una ſumma 1562 annos Iulianos & 244 d. Iam ad Cal. Iunii anni Periodi Iul 5965ti elapſi ſunt anni Periodi Iul. completi 5964 & 152 d. Si ab his priores 1562 anni & 244 d. ſubtrahantur relinquuntur anni Periodi Iul. completi 4401 273 d. ad primum annum Alexandræum Iulianum elapſi, quorum 273 dierum ultimus eſt 30 Sept. unde 1. Octob. eſt initialis dies anni Alexandræi Iuliani primi. Si ab annis Periodi Iul. 4401 & 9 M pro annis Mundi 763 anni & 9.M, pro annis Iudaicis 952 anni & 9.M, pro annis Olympiadicis 3937 anni & 6. M, pro annis Metonicis anni 4281 & 6 M, & denique pro annis Calippicis anni 4383 & 6 M. ſubtrahantur, relinquuntur ſine dubio anni Mundi completi 3638, & o M, anni Judaici 3449 & o M, anni Olympiadici 464 & 3 M, anni Metonici 120 & 3. M. & denique anni Calippici 18 & 3 M.

II. Ita ſecundum Hypotheſin ſecundam ad conſeſſum concilii Nic. elapſi ſunt & anni Periodi Iul. 5037 completi & 169 dies ante 19. Junii elapſi, & anni Alexandræi Iuliani completi 635 & 261 d. Minore numero â majore ſubtracto, manent anni Periodi Iul completi 4401 & 273 d. hoc eſt, primus annus Alexandræus Iulianus cœpit cum Octobri anni Periodi Iul. 4402, una cum ipſo anno Mundi 3639 & Iudaico 3450, cum ſecundo quadrante anni Olympiadici 465, Metonici 121, & Calippici 19ni.

III. Quoad Hypotheſin tertiam è ſuperioribus conſtat, quod ad initium Nabonaſſaris hiſtoricum elapſi ſint anni Periodi Iul. 3966 & 56 d. Si his addantur anni Romani vel Iuliani 435 & 218 d, pro quibus ponendi videntur 217 in 159101 diebus illis (159101 per 1461 diviſis) contenti, prodeunt anni Periodi Iulianæ 4401 & 273 d. &c. Idem quæſitum invenietur, ſi 311 anni Romani 93 d. ſubtrahantur ab annis Periodi Iulianæ completis 4713 ad Epochæ Chriſtianæ initium elapſis. Quod erat faciendum.

CANON II.

Æquinoctium vernum medium, idque in primo [illegible] Alexandræo libro 1. Maccab. primum factum eſt, [illegible] Jan. 84. 25. Martii f. 1, quemadmodum ſequens æqu[illegible] autumnale, idque in anno primo Alexandræo Lun[illegible] primum die â Cal. Ian. 271. 28. Sept. f. 6. anni Periodi Ju[illegible] & anni Mundi 3639.

Pro utriuſque quæſiti demonſtratione ſufficiat [illegible] duplex calculus.

1. Per Tabulas Æquinoctiorum Petavii.

Anni P. J.	d	f	h	/	☉	
34	117 incompl.	6	10	52	6	
4368 A	33	5	8	48	0 S.	
4402	84 incompl.	1	2	4	6	Lip[illegible]
Differ. Calviſii			8	13		[illegible]
Diſtantia Æquin.	186	4	18	30	A	
Æquin. Autum.	271	6	4	47	6	[illegible]
Pro 8. Menſ.	243 S.					[illegible]
Sept. dies	28	f. 6	4	47	6	

Per Tab. Æquinoctiorum Calviſii, pro differentia [illegible] horis & 13 /. & eadem diſtantia additis, inveniuntur in anno M. 3638. primo quidē 84 d. in comp. [illegible] 1. f. 2. hor. 4 [illegible], deinde [illegible] 271 d. 6. f. 5. hor. 29 /. unà cum Cyclo Solis. Sexto.

CANON III.

Prima dies Hyperberetæi Macedonici, Tiſri Moſaici [illegible] Judaici, Boedromionis Attici, & ſecunda Epiphi [illegible] anni Nabonaſſaræi proleptici 4404, hiſtorici 436 & Philippici [illegible] dies â Calend. Ian. 249. 6 Septemb. f. quinta anni [illegible] Iulianæ 4402di, 177 diebus 2 feriis, primâ Niſan [illegible] te videlicet die à Calend. Januar. 72. 13. Martii f [illegible] 3. f. primâ Ab Moſaicâ videlicet die â Calend. Jan. [illegible] 9. Iulii f. 2. poſterior.

Calculum per Tab. Syzygiarum Calviſii inſtitutum habuimus in def. 4. Hic alios duos adhuc apponemus.

[illegible]

1. Per Tabulas Mullerii Copernicianas.

Anni Per. Jul.	d	h	′	″	pag.
Radix 4310	20	15	20	7	p. 142.
Anni exp. B. 92	26	17	11	47	p. 162.
Septim comm.	6	18	7	35 A.	p. 166.
Summa 4402	54	2	39	29	Subtr.
Novilunium	60	1	28	6	p. 170.
Novilunium fit Sept. die 5	f. 4. 22	48	37		in Friſ. p. M. N.
Differentia Mullerii		8	47	10 A.	
Feria Tiſri Sept. dies 6	f. 5. 7	35	47		in Eden ab occ.

2. Pro ſecundæ diei Epiphi anni Nabonaſſaræi hiſtorici 436 Novilunio per Tab. Mull. Ptolemaicas priores.

Per Canonem VIII. libri I. ab annis Periodi Julianæ 5653 ſuppoſitis ſubtrahantur anni Periodi Iul. dati 4401, & relinquuntur anni 1252, hoc eſt, 1252 per 4. diviſis, 313 dies ſive dies 9. Novembr. quæ cyclo ſolis 5 eſt feria 5. Iisdem annis 1252 ab annis Nabonaſſaræis prolepticis 5656 ſubtractis, manent anni Nabonaſſaræi proleptici 4404, hoc eſt. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4404 hiſtorici 463 & Philippici 12mi eſt dies a Cal. Ian. 313. 9. Nov. f. 5. & proinde 24ta Paophi eſt 1. Ian. f. 2. Anni Periodi Iul. 4402, prima Epiphi 5. Sept. f. 4. & ſecunda Epiphi 6. Sept. f. 5, in qua ſecunda Epiphi die ſecundum ſequentem calculum medium invenitur Novilunium.

Anni Nab.		d	h	′	″	pag.
Radix	*426*	*6*	*1*	*57*	*25*	p. *12*.
Anni exp.	*10*	*17*	*17*	*41*	*10*	p. *64*.
Epiphi Menſis		*4*	*16*	*59*	*27*	p. *68*.
Summa	*436*	*28*	*12*	*18*	*2*	Subtr.
Novilunium		*30*	*12*	*44*	*4*	p. *70*.
Epiphi dies		*2* f. *6*	*0*	*26*	*1*	p. M. N. Alexandriæ.

Quod erat demonſtrandum.

Conſentit ratione 6ta Sept. f. 5. Anni Periodi Jul. 4402 cum Scaligero, Calviſio, Ubbone Emmio &c. Petavius, dum lib. 2. de doctr. Temp. c. 22. primò Tabulam Periodi Syrorum Alexandri à cyclo Lunæ 15, cujus Periodi Neomenia prima 6

 Sept.

Sept. f. 5. incipiat, promittit, & tamen eandem Tabulam [illegible] Periodus Alexandr. tota commentitia ſit, vel promiſſi o[illegible] vel cauſæ diffiſus poſtea omittit. Diſſentit autem ab omnibus Samuel Petitus, ſiquidem Octaeteris in can. 4 c. [illegible] ſupra propoſita circa hæc quoque tempora in Eccleſia [illegible] ca ut Samuel Petitus vult, fuiſſet uſitata. Nam *2452* anni [illegible] annis Mundi *638* ſubtractis, & *1186* annis reſiduis per [illegible] annus iſte mundi fuiſſet annus ſecundus, *145* næ Octaeteridis inchoat⁹ ſecundū Tab: ibidem propoſitam die â Cal Ian. [illegible] Mart. f. [illegible]. Anni Periodi Iul. *4402* & Mundi *3638*, quæ [illegible] Niſan Petitiana anni primi Alex. primi Libri Macc. [illegible] admodum prima Tiſri ſequens & prima Hyperberetæi anni Mundi *3639* & annum primum Alexandræum libri 2 Macc. [illegible] inchoans, *177* di & *2*. f. & *81* di. *5* f additis, dies â Cal Ian. [illegible] Sept. f. [illegible], quarum dierum utraq; Neomeniâ cœleſti in *11*. Mart. & *6*. Sept. ſupra inventâ, *9* diebus eſt poſterior. Alias idem Samuel Petitus multis aliis nominibus Scaligeri de Periodo Alexandr. ſententiæ l. *1*. Ecl. Chronol c. *1*. & ſeq. contradicit, dum (1.) æquinoctium vernum â Moſis ætate ad Auguſti tempora in *3*. Apr. fixum eſſe vult, quod tamen eſt falſum. (2.) Tranſlationem feriarum his Periodi Alexand. temporibus [illegible], & (3.) ut plurima omittam, è loco Euſebiano probare [illegible] quod Iudæi ante Chriſti tempora nunquam ante æquinoctium, hoc eſt, ante *3*. Aprilis diem paſcha celebraverint, cujus [illegible] exemplum infra in anno Alexandr. ſexto occurret [illegible] um, ubi Paſcha tam Alexandræum, quam Iudaicum [illegible] *21*. Martii f. *4*. & propter Badu in *22*. Martii f *5*.

CANON IV.

Periodum Alexandræam Scaligerianam in ſequenti Tabula cum Calviſiana collatam, & â Calviſio in cap. [illegible] duabus Tabulis labore ut ſupervacaneo: ita in [illegible] libus erroneo comprehenſam per Calendarium vel [illegible] cum, vel Iudaicum, vel Calippicum perque Tabulas [illegible] micas, quod videlicet prima Hyperberetæi in *76* [illegible] prima Tiſri vel Moſaica vel Iudaica, vel etiam utra[illegible] prima Boedromionis Calippici eadem ſit, ſecundum hypotheſes [illegible] probare & comprobare, & [illegible]

[illegible]

Digitized by Google

[illegible] Calippicorum ſupra relictorum conſiderationem & primæ vel [illegible] vel Ab inventionem continuare.

Periodus Alexandrea Vera Scaligeriana.

[illegible]	Prima dies primi Menſis.	Anni Alex.	Prima dies primi Menſis.	Anni Alex.	Prima dies primi Menſis.
[illegible]	6. Septemb.	27	19. Sept.	53	1. Sept. Cal. 2.
[illegible]	[illegible] Septemb.	28	7. Sept. Calv. 6.	54	20. Sept.
[illegible]	[illegible] Septemb.	29	26. Sept.	55	9. Sept.
[illegible]	3. Sept. Cal. 2.	30	16. Sept.	56	27. Sept. C. 26.
[illegible]	[illegible] Sept.	31	6. Septembris.	57	17. Sept.
[illegible]	11. Sept.	32	23. Sept. Calv. 22.	58	6. Sept.
[illegible]	31. Auguſti.	33	12. Sept.	59	25. Sept.
[illegible]	18. Sept. Calv. 17.	34	2. Sept.	60	13. Sept. Cal. 12.
[illegible]	8. Sept.	35	20. Sept.	61	3. Sept.
[illegible]	[illegible] Sept.	36	9. Sept. Cal. 8.	62	22. Sept.
[illegible]	16. Sept.	37	28. Sept.	63	11. Sept.
[illegible]	4. Sept. Cal. 3.	38	17. Sept.	64	30. Aug. Cal. 20.
[illegible]	23. Sept.	39	6. Sept.	65	18. Sept.
[illegible]	12. Sept.	[illegible]	24. Sept. C. 23.	66	8. Sept.
[illegible]	2. Sept.	41	14. Sept.	67	27. Sept.
[illegible]	20. Sept. Cal. 19	42	3. Sept.	68	15. Sept. Cal. 14.
[illegible]	9. Sept.	43	22. Sept.	69	4. Sept.
[illegible]	28. Sept.	44	10. Sept. Cal. 9.	[illegible]	[illegible] Sept.
[illegible]	17. Sept.	45	31. Aug.	[illegible]	[illegible] Sept.
[illegible]	6. Sept. Calv. 5.	46	19. Sept.	[illegible]	1. Sept. C. 31. Aug.
[illegible]	[illegible] Sept.	47	8. Sept.	[illegible]	[illegible] Sept.
[illegible]	[illegible] Sept.	48	26. Sept. C. 25.	74	[illegible] Sept.
[illegible]	[illegible] Sept.	49	15. Sept.	75	28. Sept.
[illegible]	[illegible] Sept. Calv. 20.	50	5. Sept.	76	16. Sept. Cal. 15.
[illegible]	[illegible] Sept.	[illegible]	[illegible] Sept.		
[illegible]	[illegible] Auguſti.	[illegible]	[illegible] Sept. Cal. 11.		

1. *A*nnum *A*lexandræum primum & *C*alippicum 19 [illegible]-dimus in *C*an.3.& in def. 1.

2. *A*nni *A*lexandræi ſecundi in anno *C*alippico [illegible] die â*C*al.Ian.179. 28.Junii f.6. anni Periodi Julianæ 44[illegible] [illegible] ſolis ſeptimo præditi inchoando prima Hyperberetæi [illegible] â *C*al.Ian.268.25.Sept.f.4. a 28.Iunii f 6tâ 89 dieb' remota. [illegible] habet hic, ut in anno *C*alippico primo, locum *C*alenda[illegible] Iudaicum. Prima quidem Niſan Moſaica eſt 1. *A*pr. [illegible] prima Tamutz 29.Iunii f.7. prima Tiſri 25.Sept.f.4. Prima [illegible] Niſan Iudaica eſt 2.*A*pr.f.3, prima Tamutz 30.Iunii f.[illegible],& prima Tiſri 26.Sept. f.5.

3. *A*nni *A*lexandræi tertii initialis dies eſt dies â Cal.Ian. 257. 14.Sept. f.1. anni Periodi Iul. 4404 eaque ſimul & [illegible] Tiſri Moſaica anni Mundi 3641 & prima Boedromionis Ca-lippici anni 21mi 17. Iulii f 5ta inchoati, quæ per 14.Sept. quem-admodum hæc per illam expeditè invenitur, unde prima Ni-ſan Moſ.fuit dies 80. 21.Martii f.6.

4. Prima Hyperberetæi *A*nni *A*lex.quarti & anni Mun-di 3642 eſt dies á Cal. Ian. 247. 3.Sept.f.6. anni Periodi Iulianæ 4405 Cyclo ſolis nono præditi poſterior 6.Iulii f.3tia, quæ an-num Calippicum 22.inchoat, 59 diebus. Eadem autem 3.Sept. f 6.ſimul eſt prima Elul Moſaica, quia prima Niſan præcedens ſecundum ſequentem unicum calculum eſt dies á Cal.Ian.99. 8.*A*pr. f 5.& proinde prima Tamutz 6.Iulii f.3.

Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

*A*nni M.	d	f	h	′	″	⊙	☽
69	[illegible] compl.	1	20	58	3	[illegible]	[illegible]
3572 *A*.	11	5	10	46	14	[illegible]	[illegible]
3641	68 compl.	3	10	11	49	[illegible]	[illegible]
Lunatio	29	1	12	4[illegible]	3		
Differ.Calv.			8	3	0	[illegible]	
Prima Niſan Moſ.	68 compl.	[illegible]	7	8	[illegible]2	[illegible]	[illegible]

Diei 69næ & propter 18 horas 70mæ Novilunium pro-pter 15.di.& 10.ho.ab æquinoctio diſtantiam non eſt [illegible] ſed prima Niſan Moſaica eſt dies 99. 8.*A*pr.f.5. Prima Tamutz 6.Iulii f.3.& prima Elul dies á Cal.Ian.247.3 Sept. f.6. Si vel ma-[illegible]

ximè dies 70. 10 Martii f. 4. prima Niſan maneret, tamen & prima Ab 6 Julii f. 3. & prima Tiſri dies 247. 3. Sept. f. 6. evaderet. Calviſius anno Alexandræo quarto loco primæ Hyperberetæi aſſcribit diem â Cal. Jan. 246. f. 6. quæ foret 2. Sept. cui tamen f. 2. competit, quia diem â Cal. Jan. 246. revera completam ſumpſit pro incompleta.

5. Prima Hyperberetæi annum Alexandræum quintum & annum Mundi 3643 inchoans eſt dies â Cal. Januar. 265. 22. Septemb. f. 5. anni Periodi Jul. 4406 24tâ Julii f. 1, quæ annum Calippicum 23 inchoat, non 59 ſed 60 diebus poſterior. Suppeditat autem hanc 24. Julii Calendarium Moſaicum, quia prima Niſan præcedens eſt dies â Calend. Januar. 87. 28. Martii f. 2. è qua per badu fit 29 Martii f. 3, quam etiam Calviſius anno Alexandræo quinto libro 1. Maccab. in anno Mundi 3642 apponit, & proinde prima Ab 24 Julii f. 1. At prima Tiſri, 88 d. 3 f. & 177 d. 2 f. additis, Calippica fuit dies 265. 22. Sept. f. 5. licet Moſaica fuerit dies 264. 21. Sept. f. 4.

6. Undecimam Sept. f. 2. & primam Hyperberetæi anni Alexandræi ſexti ſuggerit I. 14 Julii f. 6. anni Periodi Julianæ 4407 cyclo Solis undecimo prædití, quæ annum Calippicum 24 inchoat. 14 & 59 additis, & â 73 diebus pro Aug. & Jul. 62 diebus ſubtractis, manet 11 Sept. f. 2: II. Calendarium Moſaicum & Judaicum, quia prima Niſan utraque eſt dies â C. J. 77. 18 Mart. f. 7, prima Ab 14 Julii f. 6, & prima Tiſri 11. Sept. f. 2. inchoans annum Mundi 3644. Si prima Niſan eſt 18 Martii f. 7, Paſcha fuit 1. Apr. f. 7. anni Mundi 3643. omninò 3. Apr. & æquinoctii die prius. At annus Mundi 3643. eſt ſeptimus Octaeteridis Petitianæ, cœpitque die â Cal. Jan. 85. 26 Martii f. 1. 8. diebus Neomenia cœleſti poſterius, & proinde Paſcha 9. Apr. f. 1. poſterius quidem 3. Apr. interim vitioſiſſimum, utpote non in Plenilunio ſed in ſecundo Lunæ quadrante conſtitutum. Ἄτοπον Petitianis figmentis dignum.

7. Diem â Cal. Jan. 243. 31. Aug. f. 6, & primam Hyperberetæi anni Alexandræi ſeptimi exhibet primò 3. Julii f. 3. anni Periodi Julianæ 4408 prima Hecatombæonis anni Calippici viceſimi quinti, quemadmodum & illa hanc. Secundò Calendarium Moſaicum, in quo prima Niſan anni Mundi 3644 eſt

dies â Cal. Jan. 95. 5. Apr. f.5, prima Tamutz 3. Julii f. 3. & prima Elul. 31. Aug. f. 6. licet prima Tiſri fuerit 29. Sept. f. 6. propter Adu 30. Sept. f. 7. Prima Niſan Alexandræa eſt dies 67. 8. Martii f. 5. & proinde Paſcha 22. Mart. f. 5. prius quidem æquinoctio tàm Coperniciano 25 Martii quam 3. Apr. Petitiano longe tamen melius Paſchate Petitiano. Nam annus Mundi 3644 utpote octavus Octaeteridis cœpiſſet 14 Apr. f. 7. 9 diebus poſt Novilunium, ipſumque Paſcha fuiſſet ſecundum ſequentem calculum 28 Apr. f. 7. vitioſisſimum.

Pro 7. Martii & 5. Aprilis Anni 4408. Noviluniis & pro 20. Apr. & per Tab. Müllerii Coperniciana.

Anni Per. Jul.		d	h	'	''	pag.
Radix	4403	20	15	20	7	142
Anni exp.	98	2	22	7	49	164
Martius in comm.		29	11	15	57	A. 166
Summa	4408	53	0	43	53	Subtr.
Novilunium		60	1	28	6	p. 170
Novil. fit Mart. die		7 f. 4	0	44	13	in Friſ p. M N.
Lunatio integra		29 1	12	44	3	
Differ. Müllerii			8	47	10	A.
Novil. fit Apr. die		5 f. 5.	22	15	26	
Dimidia Lunatio		14 1	18	22	2	A.
Plenilunium fit Apr. die		20 f. 6	16	37	28	

Unde apparet, quantum fidei hac in parte habendum ſit Samueli Petito in c. 2.3.4. & ſeq. Agathobulorum duorũ, Ariſtobuli, Maymonidæ, Africani, & Epiphanii teſtimonia ad vitioſam ſuã Octaeteridẽ accomodãti, per αἰνὰς καὶ πράσεις Joſephi ærã contractuũ ſecũdũ Scalig. innui neganti, & ibidẽ atq; alibi multa de Phaſib⁹ Lunar. in menſiũ Niſan, Ab, Elul. &c. â certis ſpeculatorib⁹ in montanis obſervatis è Maymonide afferenti.

8. Anni Alexandræi octavi, hoc eſt, anni Mundi 3646 & Judaici 3457 prima Hyperberetæi dies â Cal. Jan. 262. 18. Sept. f. 5. Anni Per Jul. 4409 cyclo Solis 13. præditi diſtat 59 d. â 21. Jul. f. 2. prima Hecatombœonis ãñi Calipp. 26, quemadmodũ & hæc ab illa totidẽ dieb⁹. Prima Niſ. Moſ ſecundũ ſequentẽ calculũ Calviſianũ eſt dies â Cal. Jan. 85. 25. Mart. f. 3. 1. Ab. 21. Iul. f. 3. & 1 Tiſri 18. Sept. f. 5.

Anni

Anni Mundi	d	f	h	'	''	☉	☽
73	95 compl.	1	9	40	40	25	2
3572 A.	11	5	10	46	14	12	0 S
3645	84 incompl.	2	22	54	26	13	2
Liffer. Calv.			8	13	0 A		
Prima Niſ. anni 3645	85	3	7	7	26	13	2
6 Lunationes	177	2	4	24	19 A		
Prima Tiſ. añi 3646	262 incompl.	5	11	31	45	13	2

Calviſius anno Alexandræo octavo aſcribit diem â Cal. Jan. 261. f. 5, cum tamen dies â Cal. Ian. 261. Cyclo Solis 13 non ſit f. 5. ſed 4ta.

9. Anni Alexandræi noni & Mundi 3647 prima Hyperb. eſt dies â Cal Ian. 251. 8. Sept. f. 3. anni Periodi Iul. 4410 â Calviſio in anno Mundi 3646 poſita diſtans à 10 Iulii f. 6, quæ annum Calippicum 27. inchoat, novo exemplo 60 diebus. Prima Niſan Moſaica eſt 14. Martii f. 7, & proinde prima Ab 10. Iulii f. 6, qua ratione prima Tiſri ſequens evaderet 7 Sept. f. 2. At prima Tiſri Iudaica eſt dies 250 7. Sept. f. 2. & propter 20. horas adhærentes dies 251. 8 Sept. f. 3. & proinde prima Niſan 15ta Martii f. 1. â Calviſio quoque ibidem annotata.

10. Anni Alexandræi decimi prima Hyperb. eſt dies â Cal. Ian. 269. 26. Sept. f. 1. Anni Periodi Iul. 4411. eademque prima Tiſri Moſaica anni Mundi 3648, quia prima Niſan eſt dies â Cal. Ian. 92. 2. Apr. f. 6. & proinde prima Tamutz Moſaica 30. Iunii f. 4, quæ â 26. Sept. 88. ſaltem diebus propter 2. Menſes cavos remota ipſum annum Calippicum 28. inchoat.

11. Decimam ſextam Sept. f. 6. Anni Periodi Iul. 4412 Cyclo Solis 16 præditi eamque initialem diem anni Alexandræi undecimi & anni Mundi 3649. ſuppeditat primo 19. Iulii f. 3. prima Hecatomb. anni Calippici 29ni. 2. Calendarium Moſaicum, in quo prima Niſan eſt 23. Mart. f. 4. prima Ab 19 Iul. f. 3. & prima Tiſri 16. Sept. f. 6, è qua per Adu tam Iudaicum quam Alexandræum fit 17 Sept. f. 7.

12. Ita etiam quartam Sept. f. 3. primam Hyperberetæi anni Alexandræi duodecimi & M. 3650 ſuggerit 1. 7. Iulii f. 7. anni Periodi Iul. 4413. cyclo Solis 17 præditi, quæ annum Calip-

picum ſomum inchoat, & 2. Idem Calendarium Moſaicum, quia ſecundum hoc & calculum ſubſequentem prima Niſan eſt dies â Cal.Ian. 71. 11. Martii f. 1, prima Ab 7 Iulii f. 7, & prima Tiſri 4. Sept. f. 3.

Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	/	//	☉	☽
1	81 compl.	2	15	30	0	9	5
3648 A.	11	1	16	37	1	20	0 S.
3649	69	7	22	52	59	17	5
Differ. Calv.			8	13	0 A.		
1. Niſ. Moſ.	70 compl.	1	7	5	59	17	5
6 Lunationes	177	2	4	24	19 A.		
Prima Tiſri	247 compl	3	11	30	18	17	5
Dies incompleti	248	3	11	30	18		
Pro 8 menſ.	244 S.						

1. Tiſri Moſ. eſt d. 4 Sept. f. 3 Anni Mundi 3650.

Atque hinc Calviſius anno Alexandræo 12 aſſcribit diem 247 f. 3, die videlicet completâ pro incompleta ſumptâ, quia dies 247 hic non eſt f. 3. ſed 2.

13. Eodem modo in anno Alexandræo 13tio 23 Sept. f. 3 anni Periodi Iul. 4414. Cyclo Solis 18 præditi dependet tum â 26 Iulii f. 6, quæ annum Calippicum 31. inchoat, tùm á Calendario Moſaico, in quo prima Niſan præcedens eſt 30. Mart. f. 7. â Calviſio in anno Mundi 3650 annotata, prima Ab 26. Iul. f. 6, & prima Tiſri 23 Sept. f. 2. Anni Mundi 3651. â Calviſio in eodem anno M. 3650 repoſita.

14. Anni Alexandræi 14ti initialem diem 12. Sept. f. 6. anni Periodi Iul. 4415 probat 1. 15. Iulii f. 3. annum Calippicum 32. inchoâs, 2. Calendariũ Moſaicũ, quia prima Niſan añi Mundi 3651 eſt 19 Mart. f. 4, prima Ab 15 Iulii f 3. & prima Tiſri anni Alexandræi 14 & Mundi 3652. 12ma Sept. f. 6.

15. Eodem modo primam Hyperb. anni Alexandræi 15 nim. 2. Sept. f. 4 exhibet 1. annus Calipp. 33tius 5. Iul. f. 1. inchoandus, 2. Calend. Moſaicum, in quo prima Niſan eſt 7 Apr. f 3, prima Tamutz 5. Iul. f. 1, & prima Elul. 2. Sept. f. 4. anni Periodi Iul. 4416 cyclo Solis 20 præditi, è qua 2. Sept. f. 4. per Adu fit 3. Sept. f. 5.

16. Pri-

16. Prima Hyperberetæi anni Alexandræi 16. 20. Sept. f.3. eſt poſterior primâ Boedromionis anni Calippici 34, qui incipit 23 Iulii f. 7. Anni Periodi Iul 4417 cyclo ſolis 21 prædi- ti, 59 diebus. Eadem 23. Iulii f.7. in Calendario Moſaico ſecundum ſequentem calculum Calviſianum eſt prima Ab anni Mundi 3653, quemadmodum 20 Sept. f.3. prima Tiſri anni Mundi 3654.

Anni Mundi	d	f	h	'	"	☉	☽
5	97 compl.	2	4	12	36	13	9
3648 A	11	1	16	37	1	20	0 S.
3653	85 compl.	7	11	35	35	21	9
Differ. Calv.			8	13	0	A.	
Prima Niſ. Moſ.	85 compl.	7	19	48	35	21	9
6 Lunationes	177	2	4	24	19	A.	
Prima Tiſri Moſ.	263 compl.	3	0	12	54	21	9
Dies incompl.	264	3	0	12	54	21	9
Pro 8. Menſ.	244 S.						

1 Tiſri anni M. 3654. 20. Sept. f. 3. Anni P. J. 4417.

Atque hæc eſt cauſa, cur Calviſius anno Alexandr. 16 aſſcribit diem 263 f.3, quæ tamen cyclo ſolis 21 eſt f.2.

17. Sequitur annus Alexandræus decimus ſeptimus inchoatus 9. Sept. f.7 Anni Periodi Iul. 4418, quæ 9. Sept. f.7. poſterior eſt 12 Iulii f. 4, quæ annum Calippicum 35 inchoat, 59. diebus. Prima Niſan Moſaica anni Mundi 3654 eſt 16 Martii f.5. â Calviſio quoque poſita, prima Ab 12 Iulii f.4. & prima Tiſri anni Mundi 3655 9. Sept. f.7. â Calviſio in anno Mundi 3654 appoſita.

18. Annus Alexandræus decimus octavus, hoc eſt, Mundi 3656 incipit 28. Sept. f.6. Anni Periodi Iul. 4419, quæ 28. Sept. f. 6. ſubſequitur 1. Iulii f. 1. primam Hecatombæonis anni Calippici 36ti 89 diebus. Prima Tiſri Moſaica anni Iudaici 3467 & Mundi 3656 eſt dies â Cal. Ian. 271 28 Sept. f. 6, prima Niſan præcedens dies â Cal. Ian. 94 4. Apr f.4, prima Tamutz 2. Iulii f.2. 1. Julii verò f. 1. poſita eſt loco 2 Iulii f.2, quia neomenia cœleſti ſecundum ſequentem calculum eſt prædita.

Period.	Jul.	M.	Jud.	d		h	'	''	☉	☽
	46	46	46	110		7	29	24	7	11
	4373	3609	3420 A.	16		13	32	26	12	0 S.
	4419	3655	3466	93 inc.		17	56	58	23	11
Differ. Calviſii						8	13	0 A.		
Prima Niſ. Moſ. anni Mundi 3655				94	f.4.	2	9	58	23	11
3 Lunationes				88	4	14	12	10	0	0 A.
Novil. hoc fit Julii die 1.				182	1	16	22	8	23	11
3 Lunationes				88	4	14	12	10	0	0 A
Prima Tiſ. & Hyperb. anni M. 3656				271	6	6	34	18	23	11
Pro 8 Menſibus				243	S.					
Prima Hyperb. anni Al. 18. eſt Sept. d. 28.					f.6.	6	34	18	23	11

19. 17mam Sept.f.3, quæ annum Alexandr. decimum no-num & Mundi 3657 in anno Periodi Jul. 4420 cyclo ſolis 24 in-choat, ſuppeditat tùm annus Calippicus 37mus 20 Iulii f.7. in-choatus, tum Calendarium Moſaicum, quia in hoc prima Ni-ſan Anni Mundi 3656 eſt dies à Cal.Ian. 83. 24. Mart.f.1, prima Ab 20 Iulii f.7, & prima Tiſri 17.Sept.f.3

20. In anno Alexandr. 20 redit 6 Sept. f. 1. ut & in anno 39 Calippico 9 Iulii f. 5. anni Periodi Iul. 4421 cylo ſolis 25 præ-diti, quarũ altera ab altera, prout ſupra in Can. 3 & definitio-ne 4, dependet, quæ analogia in ſequentibus quoque Enneade-caeteridum annis plerunque recurret & recurrit: unde dein-ceps compendiis utendum erit. Alias in anno 19 Alexandr. præcedente prima Niſan Moſaica itidem eſt dies â Cal.Ian. 77. 13 Martii f.6, prima Ab 9. Iulii f.5, & prima Tiſri & Hyperb. an-ni Alexandr. 20, & Mundi 3658 6 Sept.f.1. Calviſius anno Alex. 20 apponit diem 249 f.1. cum tamen dies 249 cyclo ſolis 25 non ſit f.1. ſed 7.

21. In anno Alexandr. 21 omnia ſe habent, ut in anno A-lexandr. ſecundo, & Num. ſecundo, feriis exceptis, & 28 Iunii diei anticipatione hic quoq; ſubintellectâ. Prima Niſan Mo-ſaica eſt 31 Martii f.4, prima Tamutz 28. Iunii f.2, initialis dies anni Calippici 39: 28 & 89 additis, & â 117 di. pro Iunio, Iul. & Aug. 92 diebus ſubtractis, manet 25 Sept. f. 7. Prima Tiſri verò Moſai-

Moſaica anni Alex. 21 & Mundi 3659 eſt 24 Sept. f. 6. quemadmodum prima Tiſri Judaica 25. Sept f. 7.

22. In anno Alexandr. 22. & anno Calippico 40. omnia ſe, feriis exceptis, habent, ut in anno Alexandr. 3. Prima Niſan Moſaica itidem eſt 21 Martii f. 2, prima Ab 17 Julii f. 1 & prima Tiſri anni Alexandr. 22 & Mundi 3660. 14ta Sept. f. 4. Anni Per. Jul. 4423 cyclo ſolis 27. præditi.

23. Annum Alexandræum 23. inchoat in anno Periodi Jul. 4424 3. Sept. f 1, quemadmodum annum Calippicum 41. 6. Julii f. 5 à 3 Sept. 59 diebus remota. Prima Niſan Tamutz & Elul in iiſdem diebus, ut in anno Al. 4. & Num. 4. hærent.

24. In anno Alexandræo 24 quoque, ut in anno Alex. quinto, exceptis feriis, ratione 21mæ Sept. f. 7, quæ hunc annum vigeſimum quartum, & 24 Iulii f. 4, quæ annum Cal. 42. inchoat, omnia eodem modo ſe habent. 24. di. Julii & 59 2 f. additis, & à 83 dierum ſumma pro Jul. & Aug. 62 diebus ſubtractis, manet 21 Sept. f. 7. anni P. J. 4425 cyclo ſolis 1 præditi, eaque initialis dies & anni Alexandræi 24 & anni Mundi 3662.

Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	'	''	☉	☽
13	*98* compl.	*6*	*16*	*53*	*49*	*21*	*17*
3648 A.	*11*	*1*	*16*	*37*	*1*	*20*	*0 S.*
3661	*87* compl.	*5*	*0*	*16*	*48*	*1*	*17*
Differentia Calviſiana			*8*	*13*	*0* A.		
Prima Niſan	*87* compl.	*5*	*8*	*29*	*48*	*1*	*17*
6 Lunationes	*177*	2	*4*	*24*	*19* A.		
Prima Tiſri	*264* compl.	*7*	*12*	*54*	*7*	*1*	*17*
Dies incompl.	*265*					Anni M. *3662*	

Atque hinc Calviſius anno Alexandræo 24 apponit diem 264 f. 7. hoc eſt, 20 Sept. quæ tamen cyclo ſolis 1 non eſt f. 7. ſed ſaltem 6.

25. In anno Alexandr. 25 omnia, feriis exceptis, quæ ſupra in anno Alex. 6 & N. 6 habuimus, recurrunt præter annum Periodi Jul. 4426 annum Mundi 3663 & annum Calippicum 43tium.

26. Idem fit ratione 3. Julii & 31 Aug. in anno Calippico

44.

44. anno Alexandræo 26 & anno Mundi 3664, quia prima Ni-
ſan Moſaica itidem eſt dies â Cal. Jan. 95 5 Apr. f. 1. Anni Perio-
di Jul. 4427 cyclo ſolis tertio præditi &c. In Calendario ver
Judaico prima Niſan anni Judaici 3474 & Mundi 366 eſt
Mart. f. 7. prima Ab 3 Julii f. 6 & proinde prima Tiſri annoru
ſequentium 31 Aug. f. 2.

27. Eodem modo in anno Alexandr. 27 & Mundi 366
prima Tiſri eſt 19 Sept. f. 1. Anni Periodi Jul. 4428 cyclo ſoli
quarto præditi itidem â 22 Julii f. 5, quæ annum Calippic
45tum inchoat, oriunda, licet prima Niſan Moſaica hic ſit
Martii f. 6. & proinde prima Ab 22 Julii f. 5. primaque Tiſri
Sept. f. 1.

28. Anni Alexandræi 28 prima Hyperb. eſt 7 Sept.
anni Periodi Jul. 4429 cyclo ſolis quinto præditi, depen
partim â 10 Julii f. 2. prima Ab & Hecatombæonis anni Ca-
lippici 46ti, partim â prima Niſan Moſaica præcedente
Mundi 3665 14 Martii f. 3. Utraque neomenia civilis per
quentem calculum Calviſianum ita invenitur.

Anni M.	d		f	h	′	″	☉	☽
17	84	compl.	4	16	52	23	25	2
3648 A.	11		1	16	37	1	20	0 S.
3665	73	compl.	3	0	15	22	5	2
Differentia Calv.				8	13	0	A.	
Prima Niſan anni 3665	73	compl.	3	8	28	22	5	2
6 Lunationes	177		2	4	24	19	A.	
1 Tiſ. anni 3666	250	compl.	5	12	52	41	5	2

Hinc Calviſius anno Alexandr. 29 aſcribit diem 25
cum tamen dies 250 cyclo ſolis quinto ſit ſaltem f. 4.

29. Anni Alexandr. 29 prima Hyperberetæi eſt 26. Sept.
f. 4. anni Periodi Jul. 4430 & cyclo ſolis 6, poſterior 30 Junii
quæ annum Calippicum 47 tanquam prima Tamutz incho-
at, 89 diebus, eſtque & hic prima Niſan Moſaica 2 Apr. f. 2.

30. Annum Alexandræum 30 & Mundi 3668 inchoat
Sept. f. 2 itidem, ut ſupra, in anno Alexandr. & Num 11. 59
bus à 19 Julii f. 6, quæ annum Calippicum 48 in anno P
Jul. 4431 inchoat, 59 diebus remota, & præterea prima Tiſri

non.

non Moſaica, ſed Judaica, hoc eſt, dies â Cal. Jan. *259* f. 2. unde prima Niſan præcedens fuit dies 82. 23. Martii f. 7. Calviſius in anno Mundi *3667* hanc 16. Sept. f. 2 nulla anni *A*lexandræi *30*mi, ſed ſola anni Judaici *3479* mentione addita, ponit, cum tamen Calendarium Judaicum tum hiſtoricè non extiterit, prima Tiſri Moſaica non 16 Sept. f. 2. ſed 15 Sept. f. 1, & quidem non anni Mundi *3667*, ſed *3668* anno Judaico *3479* reſpondentis fuerit, ipſaque Danielis hebdomas *21*. cum anno non *3667*, ſed *3668* inierit.

31. *A*nni *A*lexandræi *31* Mundi *3669* & Judaici 3480 prima Hyperberetæi eſt 5. Sept. f. *6*. ab 8. Julii f. *3*, quæ annum Calippicum *49* in anno Periodi Jul. *4432* & cyclo Solis octavo inchoat, itidem 59 diebus remota, quia prima Niſan Moſaica præcedens anni Mundi *3668* eſt dies â Cal. Ian. 71. 12 Martii f. *4*, prima *A*b 8 Iulii f. 3, & prima Tiſri Moſaica 5. Sept. f. ſexta.

32. *A*nni *A*lexandræi 32 & Mundi 3670 prima Hyperberetæi videlicet *23*. Septemb. f. 5. eodem modo â prima Hecatombœonis anni Calippici 50mi eaque *26* Julii f. *2*. 59 diebus, ut ſupra in anno *A*lexandræo 13, diſtat, eſtque itidem hic, ut ibidem, prima Niſan præcedens *30*. Martii f. 3. *A*nni Periodi Julianæ *4433*. Cyclo Solis nono præditi, prima *A*b *26*. Julii f. *2*. & prima Tiſri *23*. Septemb. f. 5.

33. Anni Alexandræi 33tii prima Hyperberetæi itidem, ut ſupra in anno Alexandræo 14, eſt 12 Sept. f. 2. & prima Boedrom. anni Calippici 51mi 15. *J*ulii f. *6*, eſtque & illa prima Tiſri Moſaica *A*nni *M*undi *3671*. & hæc prima *A*b anni præcedentis, quemadmodum prima Niſan *M*oſaica 19 *M*artii f. 7. *A*nni Periodi Iul. *4434* & cyclo Solis 10 â Calviſio quoque in anno mundi *3670*, una cum 12. Septemb. f. *2*. repoſita.

34. *A*nni *A*lexandræi 34ti & Mundi 3672 prima Hyperb. itidem, ut ſupra in anno *A*lexandræo 15, eſt *2*. Sept. f. *7*. *A*nni Periodi Iul. *4435*, eademque ſimul prima Elul Moſaica anni Mundi 3671, quemadmodum prima Tamutz 5 Iulii f. *4*, quæ annum Calippicum 52dum 59. diebus. 3. f. ante inchoat, quia prima Niſan Moſaica eſt 7. *A*pril. f. *6*, & prima Niſan Iudaica 8. *M*artii f. *6*.

35. Annus Caſippicus 53 incipit 23.Iulii f.2. Anni Periodi Jul. 4436 cyclo Solis 12 præditi: 23 Iul. 2. f. & 59 d. 3 f. additis, prodit 20 Sept. f. 5. prima Hyperberetæi anni Alexandræi 3[illegible] & anni Mundi 3673, quia prima Niſan Moſaica Anni Mundi 3672 eſt 27 Mart. f. 3, & prima Ab 23 Iul. f. 2.

36. Annus Calippicus 54 incipit 12 Iulii f. 7. Anni Periodi Iul. 4437 cyclo Solis 13 præditi: 12 d. Iulii 7 f. & 59 d. 3 f. additis, & 62. diebus pro Iulio & Auguſto ſubtractis, manet 9. Sept. f.3. prima Hyperb. & Tiſri tàm Moſaica quàm Iudaica anni Al. 36. Mundi 3674 & Iudaici 3485, quia Prima Niſan tàm Iudaica, quàm Moſaica ſecundum ſequentem Cal[illegible]num calculum unicum eſt dies â Cal. Ian. 76. 16 Mart. f. 1 & proinde prima Ab 12 Iulii f. 7.

Anni M.	d	f	h	/	//	☉	☽
25	86 compl.	2	5	33	34	5	10
3648 A.	11	1	16	37	1	20	0
3673	74 compl.	7	12	56	33	13	10
Differentia Calv.			8	13	0 A.		
Prima Niſ. Moſ.	74 compl.	7	21	9	33	13	10
6 Lunationes	177	2	4	24	19 A.		
1 Tiſri Anni 3674	252 compl.	3	1	33	52	13	10
Dies incompleti	253	3	1	33	52		
Pro 8 Menſibus	244 S.						
1 Tiſri anni Al. 36ti	9 Sept.	3 f.	1	33	52	13	10

Atque hinc Calviſius anno Alexandræo 36 aſſcribit diem 252 f. 3, licet dies 252 Cyclo Solis 13 non ſit f. 3. ſed ſaltem 2.

37. Annus Calippicus 55tus incipit ſecundum Scaligerum, Petavium, & Calviſium 1. Iulii f. 4. Anni Periodi Iul. 4438. 1 d. Iulii 4 f. & 89 d. 5 f. additis, & 62 d. ſubtractis, manet 28 Sept. fer. 2. quæ eſt prima quidem Hyperb. anni Alexandræi 37, at non prima Tiſri Moſaica anni Mundi 3675, quia prima Niſan præcedens eſt 3. April. f. 6, prima Tamutz 1. Iulii f. 4, & prima Tiſri 27. Septemb. f. 1. Calviſius in anno Mundi 3674. propter badu ponit 4. April. f. 7. & propter adu 28. Septemb. f. 2.

38. An-

38. Anni Calippici 56 prima Hecatomb. eſt 20. Iulii f. 3. 20 d. 3 f. & 59 d. 3 f. additis, & â ſumma 62 ſubtractis, manet 17 Sept. f. 6, prout ſupra in anno Alexandræo 19. quæ eſt prima Hyperberetæi anni Alexandræi 38 & ſimul prima Tiſri Moſaica anni Mundi 3676, quia prima Niſan Moſaica præcedens eſt 24. Martii f. 4. prima Ab 20 Iul. f. 3 & prima Tiſri 17. Sept. f. 6.

39. Annus Alexandræus 39 incipit in anno Periodi Iul. 4440, & cyclo Solis 16. 6 Sept. f. 3, â 9 Iul. f. 7, quæ annum Calippicum 57 inchoat, 59 d. f. 3. remota, quia prima Niſan itidem, ut ſupra in anno Alexandræo 20, eſt 13 Martii f. 1, 1 Ab 9. Iul. f. 7. & prima Tiſri 6 Sept. f. 3. anni M. 3677.

40. Anni Alexandræi 40mi & mundi 3678 prima Hyperb. & Tiſri tàm Judaica & Moſaica, quàm Alexandræa eſt 24 Sept. f. 2. poſterior 28 Junii f. 5. Anni Periodi Jul. 4441 cyclo Solis 17 præditi, quæ annum Calippicū 58 inchoat, 88 dieb. (adſunt enim 2 cavi menſes) remota, quia prima Niſan Moſaica anni Mundi 3677 eſt 31 Martii f. 7, & 1ma Tamutz 28 Junii f. 5, prout ſupra in anno Alexandræo 21.

Sed nimis prolixa res foret, ſi talis conſideratio in ſequentibus & reſtantibus 36 annis inſtituenda eſſet: Itaq; 44 tum ſaltem 48vum 52dum 56, 60, 64, 68, 72 & 76tum annos Alexandræos deinceps oculis Aſtronomicis propter Calviſium asſpiciemus.

41. Annus Alexandræus 44tus incipit 10 Sept. f. 7. Anni Per. Jul. 4445, cyclo Solis 21 præditi, quæ eſt & prima Hyperb. & prima Tiſri tàm Judaica, quàm Moſaica anni Mundi 3682 & anni Judaici 3493, â 13 Jul. f. 4, quæ annū Calippicum 62dum inchoat, 59 d. 3 f. remota, quia prima Tiſri tam Judaica, quam Moſaica ſecundum ſequentem calculum Judaicum Calviſianum eſt dies â Cal. Jan. 254. 10 Sept. f. 7, prima Niſan præcedens dies 77. 17. Mart. f. 5. & prima Ab 13 Julii f. 4.

Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	/
73	264 compl.	6	10	734
3420	10	5	20	900 S.
3493	253 compl.	7	13	914
6 Lun. Jud.	177	2	4	438 S.

1 Tiſ. Moſ. & Jud.	76 compl. 5	9	476	
Dies incompl.	77	5	9	476
2. Menſes	60 S.			
1. Niſ. anni 3492	17 Mart. f. 5	9	476	

Atque hinc Calviſius anno Alexandræo 44to aſſcribit loco primæ Hyperberetæi diem 253 f. 7, cum tamen dies 253 cyclo Solis 21. anno Periodi Julianæ 4445 non ſit f. 7. ſed ſaltem 6.

42. Annus Calippicus 66 incipit ſecundum Scaligerum & Petavium 29. Jun. f. 2, & proinde, 29 d. 2. f, & 89 d. 5 f. additis, prima Hyberberetæi ſequens annum Alexandræum 48 inchoans eſt 26 Sept. f. 7. Deinde prima Niſan tam Moſaica quam Judaica anni Judaici 3496 & Mundi 3685 ſecundum ſequentem calculum Judaicum Calviſianum eſt 2 Apr. f. 5, prima Tamutz 30 Junii f. 3. Anni Periodi Jul. 4449 cyclo Solis 25 prædicti (unde 29 Junii f. 2. originem habet â Calippico anno 66, & præterea Novilunio eſt prædita) & denique prima Tiſri 26 Sept. f. 7. inchoans annum Mundi 3686. Judaicum 3497 & annum Alexandræum 48vum.

Anni Jud.	d.	f	h	/
1	280 compl.	2	5	204
3496 A	11	2	2	680 S.
3497	269 compl.	7	2	604
Dies incompleti	270	7	2	604
3 Lunationes Jud.	88	4	14	219 S.
♂ Junii dies 29	181 f.	2	12	285 in Eden. ab occ.
3 Lunationes	88	4	14	219 S.
1 Niſ. Aſtron.	92 incompl.	4	22	166
1 Niſ. Pol. dies	93	5		
Pro 3 Menſ.	91 S.			
Dies Aprilis	2 f.	5	22	166

Atque hinc Calviſius anno Al. 48 aſſcribit diem 269 f. 7 qui dies 269 revera eſt f. 6.

43. Annus Alexandræus 52 hoc eſt Mundi 3690 incipit die

die â Cal. Jan. 256 12 Sept. f.5. Anni Periodi Jul. 4453 cyclo ſolis primo præditi, quæ ſequitur 15 Julii f.2. primam Hecatombœonis anni Calippici 70mi 59 diebus. Prima Niſan Moſaica eſt ſecundum ſequentem calculum Ptolemaicum dies â Cal. Ian. 78 18 Martii f.2, & propter 22 hor. adhærentes 19 Martii f.3, prima Ab 15 Julii f.2. & prima Tiſri 12 Sept. f.5.

Per Tabulas Müllerii Ptolemaicas poſteriores.

Anni Per. Jul.		d	h	'	"	pag.
Radix	4401	6	4	59	6	p. 96.
Anni exp. ſine B.	52	4	19	52	17	p. 108.
Sept. in biſſextili		7	18	7	33 A.	p. 118.
Summa	4453	18	18	58	56	Subtr.
Novilunium		30	12	44	3	p. 126.
Novil. fit Sept. die		11 f.4.	17	45	7	in Friſ. p.M.N.
Diff. Müllerii			8	47	10 A.	
Idem ☌ fit Sept. die		12 f.5.	2	32	17	inEden ab occ.
Pro 6 Menſ. præced.		184				
Summa dierum		196 5.	2	32	17	
6 Lunationes		177 2.	4	24	19 S.	
Prima Niſ. anni M.						
3689 Mart. dies		18 f.2.	22	7	58	inEden ab occ.

Calviſius hic quoque diem 255 f.5 anno Alexandræo 52do ex errore uſitato aſcribit, quia dies 255 cyclo ſolis 1 f.4 exiſtit.

44. Idem Calviſius in anno ſequenti Alexandr. 53 loco primæ Tiſri & Hyperberetæi ponit diem 245.2 Sept. f.2. (Anni Periodi Jul. 4454 cyclo ſolis 2 præditi) cum tamen neque 2 Sept. ſit feria ſecunda, ſed tertia; neq; in 2 Sept. f.3, ſed in 1 Sept. f.2. Novilunium inveniatur. Prima Niſan enim Moſaica eſt 6. Apr. f.1. prima Tamuz 4. Iulii f.6, quæ ſimul eſt prima Hecatomb. anni Calippici 71mi, & proinde prima Elul 1 Sept. f.2. quia prima Tiſri fuiſſet 30 Sept. f.3. In Calendario Iudaico commodior ferè adeſt ratio. Prima Niſan enim eſt 8 Mart. f.7, pro qua Calviſius in anno Mundi 3690 malè ponit 9 Martii f.1, prima Ab 4. Julii f. 6 & prima Tiſri 1 Sept. f.1. pro qua Calviſius ponit 2 Sept. f.2.

Anni M.	d	f	h	′	″	☉	☽
42	108	3	4	28	37	22	8
3648 A.	11	1	16	37	1	20	0 S.
3690 1 Niſ. Moſ.	96 incompl.	1	11	51	36	2	8
Lunatio	29	1	12	44	3 S.		
Novil. Mart.	66	6	23	7	33	2	8
Differ. Calv.			8	13	0 A.		
1 Niſ.	167 8. Mart. f.	7	7	20	33	2	8
6 Lunationes	177	2	4	24	19 A.		
Novil. Sept.	244	2	11	44	52	2	8
Lunatio	29	1	12	44	3 A.		
Novil. Oct.	274	4	0	28	55	2	8
Menſes 9	273						
Oct. dies	1	f. 4	0	28	55	2	8

45. 27 Sept. f. 4 prima Hyperberetæi anni Alexan[illegible] 56ti Mundi 3594ti & Judaici 3405 dependet 1. â prima H[illegible]tombœonis anni Calippici 74 videlicet â 1 Iulii f. 7, utpot[illegible] diebus hac poſterior. 2. â Calendario Moſaico, quia in h[illegible] prima Niſan ſecundum ſequentem calculum Judaicum C[illegible]viſianum eſt dies â Cal. Jan. 94 3 Apr. f. 2, 1 Tamutz 1 Julii [illegible] prima Tiſri 27 Sept. f. 4.

Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	′	
9	[illegible]81 compl.	6	17	951	
3496 A.	11	2	2	680	S.
3505	270 compl.	4	15	271	
3 Lunationes Jud.	88	4	14	219	S.
☌ fit Julii die 1 f. 7.	182 compl.	7	1	52	
3 Lunationes Jud.	88	4	14	219	S.
☌ Paſch. eſt 3. Apr. f. 2.	93 compl.	2	10	913	in Ed a[illegible]

Atque hinc Calviſius anno Alexandræo 56 appon[illegible] diem 270 f. 4, quæ dies 270 tamen cyclo ſolis quinto, & an[illegible]riodi Jul. 4457 non eſt f. 4 ſed ſaltem 3.

46. Anni Alexandræi 60mi & Mundi 3698 prima Hyperberetæi eſt 13 Sept. f. 2. anni Periodi Iul. 4461 eaque ſimul eſt & prima dies Boedromionis anni Calippici 78vi 16 Iulii die f. 6 inchoandi, & prima Tiſri Moſaica ejuſdem anni Mundi, quia prima Niſan Moſaica ſecundum ſequentem unicum calculum eſt dies à Cal. Ian. 80 20 Martii f. 7. prima Ab tàm Politica quàm Aſtronomica 16 Iulii f. 6 & prima Tiſri itidẽ utraq; 13 Sept. f. 2.

Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

Anni P. J.	M.	Jud.	Al.	d	h	′	″	☉	☽
12	12	12	12	95 compl.	22	23	20	1	15
4449	3685	3496	47 A.	16	19	23	12	20	0 S
4461	3697	3508	59	79 compl.	3	0	8	9	15
4 Lunationes				118	2	56	13		
Differ. Calviſii					8	13	0 A.		
☌ fit die 198 16 Jul. f. 6.				197 compl.	14	9	21	9	15
2 Lunationes				59	1	28	6 A.		
☌ fit die 257 13 Sept. f. 2.				256 compl.	15	37	27	9	15

Atque hinc Calviſius anno *Alexandræo* 60 adſcribit diem 256 f. 2., quæ f. 2 tamen competit diei 257mæ.

47. Anni *Alexandræi* 64ti prima Hyperberetæi eſt 30 *Aug.* f. 7. anni Periodi 4465 cyclo ſolis 13 præditi, eaque ſimul eſt & prima Boedromionis anni Calippici 82 & prima Tiſri Iudaica anni 3513 dependens partim à 2 Iulii f. 4. prima Hecatombœonis ejuſdem anni Calippici 82, partim à Calendario Iudaico, quia in hoc ſecundum ſequentem calculum prima Tiſri eſt dies à Cal. Ian. 243. 30 *Aug.* f. 7, pro qua Calviſius anno *Alexandræo* 64 aſſcribit diem 242 f. 7, prima Niſan Iudaica 6 Martii f. 5, & prima *Ab* 2 Iulii f. 4 tàm Politicè, quàm *Aſtronomicè*.

Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	′
17	253 compl.	2	17	905
3496 A.	11	2	2	680 S.
3513	242 compl.	7	15	225
Dies incompl.	243			
2 Lunationes Jud.	59	3	1	506

☌ fit

☌ fit Jul 2.f.4.	*184*	*4*	*13*	*799*
4 Lunationes Jud.	*118*	*6*	*2*	*1012 S.*
☌ Jud.Martii	*66*	*5*	*10*	*867*
2 Menſes *Jul.*	*60 S.*			
1 Niſ. Jud. Mart. dies	*6*	f.*5*	*10*	*867* in Ed. ab o...

48. Anni *A*lexandræi 68vi hoc eſt, anni *M*undi 3706 prima Hyperb. & Tiſri tàm *M*oſaici, quàm Iudaici eſt dies â Cal. Ian. 259. 15 Sept. f 7. *A*nni Periodi Iul. *4469* cyclo ſolis 17 prædi-ti poſterior & primâ Hecatombœonis anni Calippici 8.. ti ... mirum 18 Iulii f.*4* inchoati 59 di. 3. f. & primâ Niſan tàm *M*o-ſaici, quàm Iudaici, videlicet die â Cal. Ian. 82 22dâ *M*artii f.. 177 di. & 2.f. Calculus duplex extat in Fundam. in fine ... ſchol. 8.

49. *A*nni *A*lexandræi 72, prima Hyperberetæi nec non prima Tiſri Iudaica anni Iudaici 3521 eſt 1 Sept. f.5. *A*nni Periodi Iul. *4473* cyclo ſolis 21 præditi, quia prima Niſan Iudaica præcedens ſecundum ſequentem calculum Iudaicum Calviſianum eſt 8 *M*artii f. 3, prima *A*b *4* Iulii f. 2, quæ eſt etiam prima Hecatombœonis anni Calippici 90: unde *4* di. *2* f. & 59 di... additis, & â 63 di. 5 f. diebus *62* ſubtractis, manet pro prima Hyperberetæi & Boedromionis 1 Sept. *f*.5.

*A*nni *J*ud.	d	f	h	*l*
25	*255* compl.	*7*	*6*	*572*
3496 A.	*11*	*2*	*2*	*680 S.*
3521	*244* compl.	*5*	*3*	*972*
Dies incompleti	*245*	*5*	*3*	*972*
2 Lunationes *J*ud.	*59*	*3*	*1*	*506 S.*
☌ fit *J*ulii die *4* f. *2*	*186* incompl.	*2*	*2*	*466*
4 Lunationes	*118*	*6*	*2*	*1012 S.*
1 Niſ. *J*ud. *A*ſtron.	*67* incompl.	*2*	*23*	*534*
Lunatio *J*udaica	*29*	*1*	*12*	*793 A.*
1 Niſ. *M*oſaica	*97*	*4*	*12*	*247*

In Calendario verò *M*oſaico prima Niſan eſt 6 *A*pr. f. 4. prima Tamutz *4* Iulii f. *2* & prima Elul 1 Sept. f.*5*. *A*tque hunc Calviſius anno *A*lexandræo *72* aſſcribit diem *244* f. 5, quæ ...

tamen

tamen diei 245 competit, & tamen in anno Mundi 3709 no anni Judaici 3521mi anno Mundi 3710 reſpondentis primam Tiſri ponit 1. Sept. f. 5.

50. Anni Alexandræi 76 ejuſque in prima Periodo Alexandræa ultimi prima Hyperberetæi eſt 16 Sept. f. 4, quæ eſt etiam prima Tiſri Moſaici Anni Mundi 3714, quia prima Niſan Moſaica anni præcedentis eſt 23 Martii f. 2, 1ma Ab. 19. Julii f. 1, quemadmodum prima Tiſri 16 Sept. f. 4: unde prima Hecatombœonis anni Calippici 94. 20 Julii f. 2. delumpta eſt è Calendario Judaico, 16 verò Sept. f. 4 è Calend. Moſaico.

Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Judaici	d	f	h	/
29	270 compl.	6	19	262
3496 A	11	2	2	680 S.
3525	259 compl.	4	16	662
Dies incompleti	260	4	16	662
− Lunationes Jud.	59	3	1	506 S.
♂ fit Julii die 19 f. 1	201 incõp.	1	15	156
+ Lunationes Jud.	118	6	2	1012 S.
♂ Paſch. Moſ. eſt 23. Mart. f. 2.	83	2	12	224

51. Ex hac juſto fere longiore Periodi Alexandrææ theoria apodicticè conſtat, 1. quod Calviſius in primarum Hyperberetæi dierum aſſignatione 20 vicibus erraverit. 2. quod ſolus Scaliger Periodum Alexandræam rectè expoſuerit. 3. quod Periodus Calippica per Alexandræam aliquoties ſit correcta, & 4, quod exceſſus, cujus ſupra mentio facta eſt, additione in hac prima Periodo Alexandræa opus non fuerit, qua tamen in ſequentibus Periodis & præſertim, quatuor Periodis elapſis, in quinta, vel octo elapſis, in nona Periodo opus erit. Exempli unius gratia: Annis 304 elapſis, annus Alexandræus 305, hoc eſt, primus quintæ Periodi incipit quidem 6 Septemb. fer. 7. anni Periodi Julianæ 4706. Cyclo Solis ſecundo præditi. Aſt Novilunium medium propter menſis Lunaris Calippici juſto majorem quantitatem ſecundum ſequentem calculum non reperitur in 6. ſed in 5. Septemb.

Anni P. J.	d	h	/	//	pag.
Radix 4610	7	14	39	36	p. 142
Anni exp. B. 96	11	4	29	9	p. 162
Sept. in comm.	6	18	7	35 A.	p. 166
Summa 4706	25	13	16	20	Subtr.
Novilunium	30	12	44	3	p. 170
☌ fit Sept. die	4 f. 5	23	27	43	in Friſ. p. M...
Differ. Müllerii	1	8	47	10 A.	
Idem ☌ fit Sept. die	5 f. 6	8	14	53	in Eden ab occ.
Exceſſus in 304 annis 1	1	0	54	40 A.	
☌ Calipp. fit Sept. die	6 f. 7	9	9	33	in Ed. ab occ.

Motus Lunæ Calippicus ſuperat Tychonicum in una Olympiade 18 /. 28 //. horariis ſive 1180 //. 1180 //, per 76 Olympiades in 304 añis contentas multiplicatis, prodeunt 24 h. hoc eſt una dies 0 h. 54 / & 40 //, quæ addita producunt 6. Sept. f. 7. 9 h. 9 /. 33 //.

CANON V.

Characteres civiles nimirum cyclum Solis, Lunæ, Indictionis, Sabbathicum, & Jobelæum in primo & omnibus annis Alexandræis tam Lunæ-Solaribus, quam Julianis invenire.

Annus primus Alexandræus uterque cœpit in fine anni Periodi Jul. 4402 Cyclo Solis ſexto præditi, & proinde annus idem concatenandus eſt non cum anno Periodi Iul. 4402 eodem & cum anno Mundi 3638, prout Helvicus in Theatro & D. Behm in Epocharum tabulis faciunt, ſed cum anno Periodi Iul. 4403 cyclo Solis ſeptimo, Lunæ decimo quarto, & Indictionis octavo prædito. Hinc oritur regula: Numero annorum Alexandræorum dato pro cyclo Solis ſex, pro cyclo Lunæ 13, & pro Indictionis ſeptem addantur, Summæ per 28. 19. & 15. dividantur. & in reſiduo aderit Character Romanus poſtremo dodranti anni Alexandræi dandus aſſignandus. Exempli primi Loco ſit annus Alexandræus 312. 318 per 28, 325 per 19. & 319 per 15 diviſis, manent in reſiduo

duo

duo cyclus Solis 10. Lunæ ſecundus, & Indictionis quartus, quos Characteres habent, prout ſupra aliquoties propoſitum eſt, & infra demonſtrandum erit, annus Periodi Iul. 4714, annus Iulianus 46, annus Epochæ Chriſtianæ primus, & annus Mundi 3950. unde concluditur, quod hi anni non cum anno Alexandræo 313, prout D. Behm, Helvicus, & Calviſius faciunt, ſed cum anno *Al.* 312 ſint concatenandi.

Loco exempli ſecundi ſit annus Alexandræus 636 concurrens ſecundum Socratem â Calviſio in capite 17. citatum cum anno Chriſti 325, in quo concilium Nicenum celebratum, è quo unico exemplo, 324 â 636 & 325 ſubductis, Calviſius facilè deprehendere potuiſſet, quod annus primus Chriſti, hoc eſt, Julianus 46, Periodi Jul. 4714 & Mundi 3950 non ſit annus Alexandræus 313 ſed 312. Annus hic Chriſti 325 eſt annus Periodi Iul. 5038, habetque cyclum Solis 26, Lunæ 3, & Indictionis 13. Videamus jam, an ſecundum regulam præmiſſam annus Alexandræus 636 hos quoque Characteres ratione poſtremi dodrantis obtineat. 642 per 28, 649 per 19, & 643 per 15 diviſis, aderunt in reſiduo cyclus ſolis vigeſimus ſextus, Lunæ tertius, & Indictionis decimus tertius. Rectè E. annus Alexandræus, 636 â Socrate cum anno Chriſti 325, hoc eſt, cum anno Periodi Iul. 5038 Mundi 4274, quem Calviſius apponit, & Iuliano 370 ſunt concatenati, & proinde 324 ubique ſubtractis, primus annus Chriſti eſt annus Iulianus 46, *Al.* 312, annus Mundi 3950 & annus P. J. 4714.

Pro Characterem Moſaicorum inventione è ſuperioribus conſtat, quod prim⁹ annus Alexand. tam Lunæ-Solaris I. 2. Macc. quam Iulianus ſit annus Mundi 3639. *At* hic annus Mundi 3639, 3639 per 7 & 49 diviſis, eſt annus ſextus in cyclo Sabbathico, & decimus tertius in Jobelæo. Hinc oritur Regula: Numero *A*lexandræorum annorum dato pro Cyclo Sab. quinq;, & pro Jobelæo duodecim addantur, & ſummæ per 7 & 49 dividantur &c. Detur exempli primi loco annus *A*lexandræus 312. 317 per 7, & 324 per 49 diviſis, aderit in reſiduo annus ſecundus in cyclo Sabbathico, & trigeſimus in Jobelæo, quos Characteres habent etiam annus Periodi Iul. 4714, (hoc eſt annus Julianus 46. & Chriſti primus) & annus

 Mun-

Mundi 3950. Detur exempli ſecundi loco annus Alexandræus idem, qui ſupra, 636, 641 per 7 & 648 per 49 diviſis, erit hic annus Alexandræus 636, annus quartus in cyclo Sabbathico, & undecimus in Jobelæo; quos characteres habent etiam annus Periodi Iul. 5038 (hoc eſt annus Iulianus 370 & Chriſti 325) & annus Mundi 4274.

CANON VI. & ultimus.

Ad initium Epochæ Al. elapſi ſunt		M.	Ideoque primus annus Alexandræus eſt annus
Anni Nab. prol.	4403	10	0000
Per Iul.	4401	8	4403
Mundi conditi	3638	0	3639
Iudaici	3449	0	3450
â diluvio	1982	11	1984
Ab Exodo	1185	6	1186 & ſeq
Ab initio Olymp.	464	2	465
Ab initio Urbis Varr.	441	4	442
Ab initio Nab hiſt.	435	6	000
Ab Epocha Metonis	120	2	221
Ab initio hebd. Dan.	110	0	111
Ab initio primæ Per Cal.	18 &	2	19
Ab initio Epochæ Philipp.	11	9 cum dim. fere.	00

CAPUT IX.

De Epocha Iuliana ſive Iulii Cæſaris primi Romanorum in Monarchia quarta & ultima Imperatoris.

HAbita compendii ratione, 4 Epochæ nobis omittendæ erunt, & tamen breviter ante Aeræ Julianæ conſiderationem recenſendæ.

Earum prima eſt Epocha Chaldaica, cujus primus annus ratione ipſius anni formæ initii & finis planè idem eſt cum anno ſecundo Alexandræo die â Calend. Ian. 268. 25 Sept. f. 4. anni Periodi Iulianæ 4403 inchoato, ſecundus cum tertio, tertius cum quarto. Unde facile, unitate vel additâ, vel ademptâ, ex annis Chaldaicis añi Alexand. & ex his illi fieri poſſunt.

Ho-

Horum annorum Chaldaicorum præter Ptolemæum (ut cum annum Nabonaſſaræum 512 dicit eſſe Chaldaicum 75, hoc eſt annum Alexandræum 76, & annum Nabonaſſaræum 519 facit annum Chaldaicum 82) & Aſtronomos alios mentionem faciunt Columella, Plinius, & alii, quando affirmant hanc vel illam ſtellam oriri hoc vel illo anno Chaldaico, vel mane vel veſperi in Chaldæa. De hac Epocha Chaldaica pluribus agunt Joſ. Scaliger libro 2 de Emend. temp. Tit: De Periodo Chaldœorum Alexandræa, quam Periodum itidem negat Petavius libro 2. de doctr. Temp. c. 22, & poſt Scaligerum Calviſius in c. 12. Iſagoges.

Secunda eſt Epocha Dionyſiana Ptolemæi Philadelphi. Ex Alexandri enim Magni ſucceſſoribus non poſtremus fuit Ptolemæus Lagus, qui primus in Ægypto imperium ampliſſimum condidit, & ſucceſſores Reges 12, quos Scaliger libro 2. Can. Iſag. p. 129 & 130, & Petavius libro 10 de doct. temp. c. 46. accuratè recenſent, poſt ſe reliquit. Horum ſucceſſorum primus fuit Ptolemæus Philadelphus inſignis eruditorum fautor, ſub quo Vetus Teſtamentum per ſeptuaginta Interpretes in græcum ſermonem converſum, ſecundus verò Ptolemæus Evergetes, cujus Syracides in præfatione meminit. In hujus Ptolemæi Philadelphi honorem Dionyſius Mathematicus hanc Epocham Dionyſianam in æſtate anni Periodi Iul. 4429 & Mundi 3665 & quidem ſecundum Calviſium in Chronologia 26 Iunii f. 2, 12 menſibus â Zodiacis ſignis denominatis, & tot dierum, quot dies Sol in quolibet ſigno conſumit, conſtitutis, inſtituit: in cujus Epochæ tamen deſcriptione, quam vel Scaliger libro 4 de Emend. temp. p. 268 & libro 5. p. 433, ut & in Canonibus Iſag. paſſim, vel Petavius in libro 4. de doctr. Temp. c. 16. 37 &c. ubi Scaligerum in omnibus ferè refutat, vel D. Behm libro Manud. 2. tit. 1. c. 6. vel Calviſius in capite 14. Iſag. habent, multa dubia occurrunt. Hinc Scaliger l. 2. Can. Iſag capite 1. p. 120 ad hujus Epochæ Dionyſianæ initium elapſos eſſe dicit annos Periodi Iul. 4428. o di. incertus quaſi, quanam anni 4429ni die annus primus Dionyſianus cœperit. Illud ſaltem hic notetur, 38vum annum, cujus Syracides in præfatione meminit, eſſe vel annum Dionyſianum 38, hoc eſt, annum Mundi

 3703,

3703, ſimulque annum imperii Philadelphi 38vum, & primum annum Ptolemæi Evergetæ, vel annum 38vum in cyclo Jobelæo & 10 vel 11mum annum Evergetæ. Annus undecimus Evergetæ eſt annus M.3713 : quo numero per 49 diviſo, manent 38

Tertia eſt Epocha Haſmonæa in memoriam arcis Sionis ab hoſtibus per 25 annos obſeſſæ, & in initio anni Alexandræi 170mi libro 1 Maccab. Simoni Iudæorum ſummo Pontifici & Duci deditæ, inſtituta 23 die Iiar anni Alexandr. 171mi l.1 Mac. vel 170mi anni libri ſecundi, hoc eſt, 16 Maji f.6, anni Mundi 3808 prout Calviſius in anno hoc Mundi rectè ponit, quia prima Niſan ſecundum ſequentem calculum unicum eſt dies à Cal. Jan. 83. 24 Mart. f.2. & propter badu 25 Mart. f.3.

Per. Jul.	M.	Jud.	Al.	d	h	′	″	☉	☽
47	47	47	47	99 inc.	16	18	2	8	12
4525	3761	3572	123 A.	17	1	13	59	0	[illegible]
4572	3808	3619	170	82 inc.	15	4	3	8	14
Differentia Calviſii					8	13	0 A.		
1 Niſ. propter 23.24 Mar. f 2, propter badu 25. M. f. 3.				82	23	17	3	8	1[illegible]
6 Lunationes				177	4	24	19 A.		
1 Tiſri *Moſ.* 17 Sept. f.4.				260	3	41	22	8	[illegible]
& propter adu dies				261	18. Sept. f. 5.				

& proinde 23 Jiar 16 Maji f.6, & prima Tiſri 18 Sept. f.5. Idem hemerologium invenitur per Periodum Alexandræam. Annus ſequens Alexand. 171, 171 per 76 diviſis, eſt annus 19nus Periodi tertiæ inchoandus 17 Sept. f.4 anni Periodi Iul. 4572 & propter adu 18 Sept. f.5, & proinde prima Niſan præcedens eſt 25 Martii f.3. Hiſtoria ipſa legatur in fine capitis 13 lib. 1. Macc. Non diu autem; ſed 105 annis ſaltem, hæc Epocha duravit, quia his elapſis, Antigonus è familia Haſmonæa ultimus, Antonio jubente, ſecuri fuit percuſſus.

Quarta eſt Epocha Antiochena, quæ alio nomine Epocha αὐτονομίας Antiochiæ, χρηματισμὸς Antiochiæ, & Epocha χρηματιζούσης πόλεως vocata ſecundum Scaligerum, Petavium, & Calviſium hac in re & Periodi Iul. anni ratione concordes cœpit, 1 oct. die anni Periodi Jul. 4665 finientis, anni Mun-

di

di 3902 & Alexandræi 264 (pro quo Calviſius annum Alexandræum 265 ponit,& initium hujus Epochæ in anno *M*undi 3901 reponit) 9 Sept. f. 1. & propter adu 10 Sept. f. 2. ineuntis, unde primus annus Antiochenus reverà eſt annus *M.* 3902.

His præmiſſis, jam ipſa Epocha Julii Cæſaris contemplanda venit. Romanorum ergo imperio, quod hactenus ratione tribunorum plebis Democraticum, reſpectu Conſulum & Senatus Ariſtocraticum fuerat, jam ad ἀκμὴν quaſi deducto, pleriſque Alexandri *M*agni ſucceſſoribus & nominatim Syriæ, Ægypti, & *M*acedoniæ Regibus â Romanis hactenus vel bello victis, vel aliis artibus ſubactis, & Domino *M*eſſia ſecundum Danielis vaticinium ſub quarta & ultima *M*onarchia in carnem & mundum venturo, hujus monarchiæ quartæ ortui occaſionem præbuerunt Pompeji & Julii Cæſaris bella civilia, & præcipuè pugna Pharſalica anno Periodi Iul. 4666 habita, per quam Julius Cæſar, Pompejo victo, & paulò poſt in Ægypto miſerè interfecto, monarchicum axioma adeptus anno Periodi Iul. 4667 bellum Alexandrinum cum Ptolemæo Cleopatræ fratre, anno 4668 bellum Africanum cum Scipione, Catone, & Iuba, quemadmodum anno 4669 ultimum bellum cum Pompeji liberis in Hiſpania geſſit, bellis omnibus civilibus feliciter confectis, Romam rediens triumphavit, calendarium Iulianum, cujus primus annus, prout infra demonſtrandum erit, cum anno Periodi Iul. 4669 coincidit, per Soſigenem ex Ægypto Romam vocatum inſtituit, & introduxit, & tandem anno ſequente Periodi Iul. 4670 adeoque anno Iuliano ſecundo Idibus *M*artii in Curia â conjuratis miſerè interfectus fuit, quæ hiſtoriæ prolixè deſcribuntur ab ipſo Iulio Cæſare in libris de bellis civilibus, Diodoro Siculo, Appiano, Plutarcho, Ioſepho, Dione Caſſio, Hirtio, Svetonio &c.

Porro Pompilianum Calendarium hactenus Romæ uſitatum adeo tum vitioſum fuit, ut menſes hyemales in autumnũ, autumnales in æſtatem & ita porro trajecti, fuerint: unde annus Romanus, qui primum annum Iulianum, hoc eſt, annum Periodi Iul. 4669 proximè anteceſſit, 15 menſium, hoc eſt 444 dierum factus fuit inchoatus 14 Octob. anni Periodi Iul. 4667 & cum ipſo anno Periodi Iul. 4668 finitus, & propterea

annus

annus Confuſionis vocatus. Cumque anni Iuliani ſtructura vel è libro I. vel etiam jam antea ſatis nota ſit, ideò de eadē hic non agemus, ſed Canonibus aliquot hypotheſes & Axiomata præmittemus.

Hypotheſis I.

Annorum Julianorum initium præcedit primum Epochæ Chriſtianæ annum (hoc eſt annum Periodi Iul. 4714) 45 annis completis Iulianis.

Hypotheſis hæc extat in Tab. Prut. p.11.

Hypoth. II.

Annus Julianus 283 ſecundum Cenſorinum ſupra ſæpe citatum eſt annus Urbis Varronianus 991, & proinde primus annus Iulianus eſt annus Urbis Varr.709nus.

Hypoth. III.

In Calendas Januarias primi anni Iuliani incidit Novilunium medium ſolſtitio hyberno proximum, & ab eodem à 24 Dec. conſtituto 7 diebus remotum.

Hic Character primum annum Iulianum â 19 annis præcedentibus & ſequentibus evidenter diſcernit, quia Synodi in primam Ianuarii reditus in 19 annis demum evenit.

Hypoth. IV.

Ab initio annorum Philippicorum ad primum annum Julianum elapſi ſunt anni Iuliani 278 & 49 di. cum 12 horis, hoc eſt 50 dies.

Hypotheſis hæc extat in Tab. Prut. ibidem.

Hypoth. V.

Ab initio Nabonaſſaris hiſtorico ad primum annum Iulianum elapſi ſunt anni Iuliani completi 701 308 di. 12 ho. hoc eſt, 309 dies.

Hypotheſis hæc in Tab. Prut extat ibidem.

Hypoth. VI.

Anni, *Menſes*, & dies Juliani eadem ratione, qua anni, *Menſes*, & dies Epochæ Chriſtianæ, incipiunt à media nocte.

Hypotheſis hæc deſumpta eſt è capite 23 Cenſorini eiuſque verbis ſequentibus: Romani, inquit, à media nocte ad mediam noctem diem eſſe exiſtimarunt. Hactenus Cenſorinus: Unde illud: Nox media Auſonii placet &c.

Axio-

Axioma I.

Vitioſa intercalatio â Pontificibus poſt Julii Cæſaris mortem per 36 annos inſtituta Calendarii Juliani integritati nihil derogat.

Cum Pontifices Romani poſt Julii Cæſaris mortem intercalare, hoc eſt, quintum quemque annum 366 dierum facere debuiſſent, intercalârunt illi ex inſcitia quarto quovis anno, adeoque in 36 annis loco 9 dierum 12 dies adjecerunt, adeo ut Auguſtus Julii Cæſaris ſucceſſor errorem hunc anno Juliano 38 deprehenſum emendaturus loco 3 illorum ſuperfluorum dierum 12 annos Jul. ſine intercalatione tranſire, hoc eſt, omnes 365 dierum exiſtere permiſerit. Quam vitioſam Pontificum intercalationem, eamque ad annos Julianos genuinos in peculiari ſyſtemate applicatam exhibet D. Behm. in Ep. Tab. p. 162.

Axioma II.

Errant Tabulæ Prutenicæ, dum è falſo hoc principio ſupra in Olympiadum conſideratione notato, quod prima Olympias 28. Junii Anni Periodi Jul. 3939 cœperit, ab initio Olympiadum ad Epochæ Jul. principium tantum 729 años Jul. & 183 dies 12 h. ſive 184 d. effluxiſſe ponunt, pro quibus 184 diebus tamen 182 ponendi erant.

Ab initio Periodi Jul. ad initium Julii Cæſaris elapſi ſunt 4668 anni completi, quemadmodum ad initium Olympiadũ anni itidem completi 3937 & 189 d. Minore numero â Majore ſubducto, manent 730 anni Jul. completi, & 177 d., verum intervallum.

CANON. I.

Annus primus Julianus eſt annus Periodi Julianæ 4669 & nullus alius.

1. Per Hypotheſin primam ante Epochæ Chriſtianæ initium elapſi ſunt anni Juliani 45 completi, quemadmodũ & añi Periodi Jul. completi 4713. 45 ab annis 4713 ſubtractis, manent anni Periodi Jul. 4668 completi ante Julii Cæſaris initiũ elapſi, & proinde annus primus Iulianus eſt annus Periodi Iulianæ 4669 & nullus alius.

2. Si per Hypotheſin ſecundam annus primus Iulianus eſt annus Urbis Varronianus 709, & primus annus Urbis Varro-

nianus cœpit die à Cal. Ian. 112. 21. Apr. f. 2. Anni Periodi Iul. 3961 cyclo Solis decimo tertio præditi : ſequitur, quod ab initio Urbis Varroniano ad primum annum Iulianum elapſi ſint 707 anni Iuliani completi & 254 d. inter 21 Apr. & 1. Ian. intercepti : Additis ergò 3960 Periodi Iul. annis completis & 112 d. & 707 annis & 254 d, fiunt anni Periodi Iul. 4668 completi ad initium Iulii Cæſaris elapſi, hoc eſt, annus primus Iulianus eſt annus P.I. 4669 & nullus alius.

3. Ita Novilunium medium ſecundum ſequentem calculum incidit in 1 Ian. f. 6. Anni Periodi Iul. 4 6 6 9, quemadmodum ſolſtitium hybernum proximè præcedens in 24 Dec. f. 5. Anni P. J. 4668.

1. Pro 1. Jan. Novilunio per Tab. Müllerii Copernicianas.

Anni P. J.		d	h	/	//	pag.
Radix	4610	7	14	39	36	p. 142
Anni exp. ſine B. 59		21	4	45	24	p. 158
Januarius in biſſext.		0	0	0	0	A. p. 160
Summa	4669	28	19	25	0	Subtr.
Novilunium		30	12	44	3	p 170
Novil. fit Ian. die 1 f. 6		1	17	19	3	

2. Pro 24. Dec. Solſtitio hyberno per Tab. Æquin. Petavii.

Anni P. J.	d	f	h	/	⊙
49	117 compl.	4	2	7	21
4620 A.	35	0	7	0 S,	0 A.
4669	82 incompl.	3	19	7	21
Decemb. Anni 4668	31	0	0	0	A.
Summa dierum	113	3	19	7	21
Diſtantia Solſt. ab Æquin.	89	5	5	20	S.
Solſt. hyb. fit Dec. die	24 f.	5	13	47	21

4. Si ab initio Periodi Iul. ad initium Epochæ Philippicæ, prout ſupra in Canone quinto c. 8. hujus ſectionis tertiæ concluſum fuit, elapſi ſunt anni completi 4389 & M. 10 cum dimid. ſive 315 dies ad 12. Novemb. numerati, quemadmodum

dum per Hypotheſin quartam ab initio Epochæ Philippicæ ad initium Epochæ Julianæ anni Juliani 278 & 50 d, his certè additis, fiunt & prodeunt anni Periodi Iul. 4667 & 365 d. ſive anni 4668 completi ad initium Epochæ Iulii Cæſaris elapſi: & proinde primus annus Iulianus eſt annus Periodi Iul. 4669 & nullus alius.

5. Denique per caput 5 ſectionis ſecundæ ab eodem Periodi Jul. initio ad initium Nabonaſſaris hiſtoricum effluxerunt anni completi 3966 & 56 dies, quemadmodum ab hoc Nabonaſſaris initio ad Epochæ Iulianæ principium, ſecundum hypotheſin quintam, anni Iuliani 701 & 309 d. Numeris his additis, prodeunt eodem modo, ut in membro quarto, 4668 anni Periodi Iul. completi, & proinde primus annus Iulianus eſt annus P. J. 4669 & nullus alius.

CANON II.

Annus primus Iulianus cœpit 1. Ianuarii f. 6. Anni Periodi Iul. 4669 cyclo Solis 21mo præditi una cum Novilunio medio, quæ 1 Ianuarii f. 6. ſimul fuit 30 dies Chojac anni Nabonaſſaræi proleptici 4671, hiſtorici 703, & Philippici 279, prima Schebat anni Mundi 3905 Moſaica, 29na & ultima dies Thebet Iudaica anni Iudaici 3716, unde Petavius libro 10. de doctr. temp. c 59 ſecundam Ianuarii f. 7. conſtituit primam Schebat, vigeſima nona & ultima item Audynæi dies anni Alexandræi 267 itidem, ut annus Iudaicus 3716, embolimæi deficientis & è 383 diebus conſtantis.

1. Primæ Ianuarii f. 6. Novilunium præter calculum in canone primo præmiſſum demonſtrandum erit perſequenter tres calculos.

1. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d	f	h	′	″	☉	☽	
29	101 compl.	1	18	16	11	9	14	
3876 A.	12	4	10	9	19	16	0	S.
3905	90 incompl.	4	8	6	52	21	14	
3 Lunationes	88	4	14	12	10	S.		
Novil. fit Ian. die	1 f.	6	17	54	42	21	14	p.M.N.Lipſ.

 2. Per

2. Per Tab. Syzyg. noſtras inveniuntur anni P. J. 46
M. 905, Judaici 3716. Alex. 267. 1. die 5. Jan. 17 ho. 54 /. 43 /.
cum cyclo ☉ 21. ☽ 14.

Meridiani Lipſienſis & Romani 27 /, differentiam ſtudio omitto.

3. Pro 30mæ Chojac Novilunio per Tab. Müller. Ptol. priores.

Radix Nabon.	d	h	/	//	pag.
Radix 701	6	14	12	35	pag. 52
Anni exp. 2	21	6	22.	40	p. 64
Chojac	1	9.	47	50	A. p. 68
Summa 703	29	6	23	5	Subtr.
Novilunium	60	1	28.	7	p. 70
Novil. fit. Chojac die	30 f. 6	19,	5,	2	

Scaliger libro quarto de Emend. temp. p. 234 co
ctionem Luminarium in hac 1. Januar. fuiſſe negat. Sed ſ
dum, quod hoc reſpectu Calendarii Iudaici, in quo occ
Solis diem politicum inchoat, faciat..

2. Per Canonem VIII. l. 1. dato anno Periodi Iul. 46
cyclo Solis vigeſimo prædito, datur etiam prima Thot a
Nabonaſſaræi proleptici 4671 hiſtorici 703 & Philippici
videlicet 4. Sept. f. 6, & proinde 1 Jan. f. 6. anni Periodi Jul.
quentis 4669 hoc eſt, anni Juliani primi eſt 30 Chojac coru
dem annorum.

3. Annus Mundi 3905, in quem primæ Januarii Calen
incidunt. fuit ordinarius Embolimæus è 384 diebus compo
ſitus, quia Tiſri ejus Moſaica ſecundum ſequentem calcu
unicum fuit dies â Calend. Januar. 248. 5. Septemb.
quemadmodum prima Niſan anni præcedentis 3904 dies
12. Martii f. 5.

Per Tab. Syzyg. Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	☉	☽	
28	83	2	20	43	30	8	13	
3876 A.	12	4	10	19	19	16	0	S.

3904	71		5	10	34	11	20	13
Differ. Calv.				8	13	0		
1 Niſ. 12. Mart.	71	f.	5.	18	47	11	20	13
6 Lunationes	177		2	4	24	19 A.		
Prima Tiſ. 248. 5. Sept.			7	23	11	30		

At prima Tiſri anni Mundi ſequentis 3906 ſecundum calculum primum in Num. 1. præmiſſum, eſt dies â Cal. Ian. 267 23 Sept. f. 6, quia prima Niſan præcedens fuit dies 90 30 Mart. f. 4. 118 diebus & 266 diebus additis, fiunt 384 dies. Si prima Tiſri anni Mundi 3905 fuit 5 Sept. f. 7. prima Marcheſvan evaſit 5. Oct. f. 1, prima Casleu 3 Nov. f. 3, prima Thebet 3 Dec. f. 5. & proinde prima Schebat 1 Ian. f. 6. Unde quodammodo colligere licet Soſigenem Calendario quoque Moſaico inſtructum in primæ Ianuarii hujus conſtitutione non ad Calendarium vel Alexandr. tum temporis ſanè in Judæa uſitatum vel Judaicum tum nondum inventum, in quorum utroque 1 Ian. f. 6 eſt vigeſima nona Thebet & Audynæi, ſed ad Calendarium Moſaicum reſpexiſſe, ita ut 1 Ian. f. 6 cum prima Schebat anni Mundi 3905 coinciderit.

4. Annus Judaicus 3716 anno Mundi 3905 correſpondens incipit ſecundum ſequentem calculum Judaicum Calviſianum die â Cal Ian. 248 5 Sept. f 7, propter 23 ferè horas adhærentes die 246. 6 Sept. f. 1, & propter adu die 259. 7 Sept. f. 2: unde prima Niſan præcedens Judaica fuit dies 73 14 Mart. f 7.

Per Calendarium Jud. Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h.	/
68	260 incompl.	2	13	168
3648 A.	11	1	14	240 S.
3716 1 Tiſ.	248 incompl.	7	22	1008

quemadmodum prima Tiſri anni ſequentis 3717 itidem ſecundum ſubſequentem calculum die â Cal. Jan. 267. 23. Sept. f. 6,

Anni Judaici	d.	f	h	/
69	278 compl.	1	10	757
2648	11	1	14	240
3717 1 Tiſri	267 incompl.	6	20	517

& partim propter adu, partim propter 21 horas die 268 24.

 Sept.

Sept. f. 7 anni Periodi Jul. 4669 cyclo ſolis vigeſimo primo præditi, unde prima Niſan præcedens fuit dies 91 31 Martii f. 5, & proinde annus Judaicus 3716, in cujus menſem Thebet 1 Ian. f. 6 incidit, 116 & 267 diebus additis, fuit 383 dierum, hoc eſt, Embolimæus deficiens, & menſis Casleu tertius fuit cavus non plenus. Si ergo prima Tiſri eſt 7 Sept. f. 2. prima Marcheſvan evaſit 7 Oct. f. 4. prima Casleu 5 Nov. f. 5, prima Thebet 4 Dec. f. 6 & prima Schebat 2. Ian f. 7, & proinde 29 Thebet 1 Ian. f. 6. Anni Periodi Iul. 4669 & anni primi Iuliani.

5. Denique annus Alexandr. 267 hoc eſt, annus 39nus quartæ Periodi Alexandr. incipit 6 Sept. f. 1, & propter adu 7 Sept. f. 2: unde prima Niſan præcedens itidem eſt 14 Mart. f. 7. anni Periodi Iul. 4668, quemadmodum annus Alexandr. ſequens 268, hoc eſt, 40mus Periodi quartæ iniit die à Cal. Ian. 268. 24 Sept f. 7. anni Periodi Iul. 4669, unde prima Niſan præcedens fuit itidem dies 91. 31 Martii f. 5, & proinde annus Alexandr. 267 fuit itidem, 116 & 267 diebus additis, 383 dierum, & Appellæus itidem 29 dierum extitit. Si enim prima Hyperberetæi eſt 7. Sept. f. 2, prima Dii fuit 7 Oct. f. 4, prima Apellæi 5 Nov. f. 5, prima Audynæi 4 Dec. f. 6. Anni Periodi Iul. 4668, & proinde vigeſima nona Audynæi 1 Ian. f. 6. Anni Periodi Iul. 4669, hoc eſt, anni primi Iuliani: quæ erant demonſtranda.

CANON III.

Characteres civiles nimirum cyclum Solis, Lunæ, Indictionis, Sabbathicum & Jobelæum in primo & omnibus annis Julianis invenire.

Annus primus Julianus eſt annus Periodi Jul. 4669. At hic annus habet cyclum Solis 21, Lunæ 14, & Indictionis 4. Hinc oritur Regula: Pro inventione horum Characterum in annis Iulianis numero annorum Iulianorum dato pro cyclo ſolis 20, pro cyclo Lunæ 13, & pro Indictione 3 addantur, aggregata per 28 19 & 15 dividantur &c. Exempli primi loco ſit annus Iulianus 46, 66 per 28, 59 per 19, & 49 per 15 diviſis, aderunt in reſiduo cyclus Solis decimus, Lunæ ſecundus, & Indictionis quartus, quos Characteres ſupra etiam habebant annus Periodi Iul. 4714tus, annus Mundi 3951, annus Alexandr. 312. & annus Chriſti primus. Loco exempli ſecundi ſit annus Julia-

Julianus 370 ſupra cum anno Periodi Jul.5038 cum anno Mundi 4274 cum anno Alexandr.636 & cum anno Chriſti 325 concatenatus.390 per 28,383 per 19 & 373per 15 diviſis,remanebunt in reſiduo cyclus Solis 26,cyclus Lunæ 3, & Indictionis 13, quos Characteres habent anni prædicti. Quoad Characteres Moſaicos, cum ad Epochæ Iulianæ initium elapſi ſint anni Mundi 3904 & 4 M. erit certè annus primus Iulianus ratione maximæ partis annus Mundi 3905. At hic annus Mundi 3905,3905 per 7, & 49 diviſis, eſt annus ſextus in cyclo Sabbathico, & triceſimus quartus in Jobelæo: Pro inventione ergo Characterum Moſaicorum in annis Iulianis ratione primi dodrantis conſideratis numero annorum Iulianorum dato pro cyclo Sabbathico quinque, & pro Jobelæo 33 addantur, aggregata per 7 & 49 dividantur &c. Loco exempli primi ſit idem annus Iulianus 46 ſupra cum anno Periodi Iul.4714 Mundi 3950, Alexandræo 312 & cum anno primo Chriſti concatenatus. 51 per 7,& 79 per 49 diviſis, erit hic annus itidem,ut prædicti anni omnes, annus ſecundus in Sabbathico, & trigeſimus annus in cyclo Jobelæo Loco exempli ſecundi ſit annus Iulianus 370 575 per 7 & 403 per 49 diviſis, manebunt in reſiduo annus quartus in cyclo Sabbathico, & undecimus in Iobelæo, quos Characteres Moſaicos habent quoque annus Periodi Iul.5038, annus Mundi 4274, annus Alexandr. 636, & annus Chriſti 325.

CANON IV & Ultimus.

Ad initium Epochæ Jul.elapſi ſunt anni Nabonaſſarei prol.	Anni	M.	Ideoque primus ann' Jul.eſt ann°
	4670	4	0000
Per. Jul.	4668	0	4669
Mundi conditi	3904	4	3905
Judaici	3715	4	3716
A Diluvio	2248	3	2249
Ab Exodo	1451	10	1453
Ab initio Olymp.	730	6 ferè	731 & ſeq.
Ab initio Urbis Varr.	707	8 ferè	709
Ab initio Nab.hiſt.	701	10 ferè	000
Ab initio hebdomadū Dan.	376	4	377
Ab initio Epochæ Meton.	386	6 ferè	387 & ſeq.

Ab

Ab initio Epochæ Calipp.	284	6 ferè	285
Ab initio Philipp. Æræ	278 Æg.	3 ferè	000
Ab initio Epochæ Alexand.	266	4 ferè	267.

CAPUT X.

De primo Thot Auguſtorum Actiaco ſive de Epocha Urbis Alexandriæ ab Auguſto poſt Antonii & Cleopatræ mortem captæ.

Iterum hîc brevitatis ſtudio 5 Epochæ omittentur, quæ tamen nomine tenus ſaltem prius enumerabuntur.

Prima eſt Epocha Imperii Auguſti, non quidem ſimpliciter Monarchici, & tamen Monarchico proximi, quia Euſebius, & ex Euſebio Beatus Lutherus, Philippus Melanchton, Buntingus, Funccius, Codomannus &c. Chriſtum natum ſcribunt anno 42do Auguſti, & quidem Chriſti nativitate in 25 Dec. vel anni Periodi Iul. 4712 & Iuliani 44, ut Buntingus vult, vel anni 4713 & Juliani 45ti conſtitutâ, ut cæteri volunt. Duo autem, inquit Scaliger libro 5 de Emend. temp. Tit. De initio Cæſaris Auguſti p. 443, imperii Auguſti initia â Scriptoribus uſurpantur: prius quidem ab exercitu ab eodem Auguſto 19 annorum adoleſcente privatâ impenſâ pauló poſt Julii Cæſaris mortem comparato: alterum ab Actiaca victoria. Sed prius initium, prout Scaliger ibidem adjicit, alii â cæde Julii Cæſaris idibus Martii anni Juliani ſecundi, vel Periodi Julianæ 4670 facta, poſtquam Auguſtus â ſuis Cæſar ſalutatus in Sept. eorundem annorum contra Antonium exercitum comparavit, alii â Conſulatu ejuſdem Auguſti numerant, quem Conſulatum Auguſtus, Hirtio & Panſa Coſſ. in pugna cum Antonio habita ſimul interfectis, unà cum Pedo iniit in Auguſto menſe anni Juliani tertii & Periodi Iul. 4671, & hinc in Novembri eorundem annorum unà cum Antonio & Lepido Triumvir evaſit. Eadem ferè tradit Petavius libro decimo de Doctr. Temp. capite 64, & addit, quod Auguſtus idem mortuus fuerit in Auguſto anni Iul 59, hoc eſt, anni Epochæ Chriſtianæ 14ti & Periodi Iul. 4727: Unde uno anno Iuliano & 8 M. â 45 annis Julianis ad Epocham Dionyſianam elapſis ſubtractis, manent 43

anni

anni & 4 M. â primo Auguſti initio ad vulgarem Chriſti nativitatem elapſi, quemadmodum 2 annis & 7 M. ſubtractis, 42 A. & 5 M. At uno anno & 8 Menſibus â 44 annis Julian. ſecundum Buntingum ad nativitatem Chriſti elapſis ſubtractis, manent 42 A. & 4 M, vel 2 annis & 7 menſibus ſubtractis, 41 anni & 5 Menſes. At Salvator ſecundum Scaligerum natus eſt in autumno anni Juliani 43, & Periodi Jul. 4711. 1. anno & 8. menſibus â 42 annis & 9 menſibus ſubtractis, manent 41 anni & 1 menſis, hoc eſt, Salvator natus eſt anno Auguſti 42do ineunte, quemadmodum anno 41mo, ſi ab annis Jul. iisdem 42 & 9 M. ſubtrahantur anni 2 & 7 Menſes.

2. Eſt Aera imperii Herodis Magni, ſub quo Chriſtus natus, prior, quæ incipit in æſtate anni Iuliani ſexti. Herodes enim Hyrcano ex Haſmonæa familia penultimo â Parthis auribus mutilato, & in captivitatem fœdam abducto, Phaſaelo fratre ab iisdem interfecto, & Antigono ab iisdem Parthis Judææ Rege conſtituto, in initio anni Iuliani ſexti Romam profectus, ab Auguſto & Antonio Triumviris tum temporis rerum harum indignitate permotis in æſtate ejuſdem anni ſexti impetravit, ut Iudææ Rex conſtitueretur, ut referunt Dio l. 48 & Ioſ. l. 14. Antiquit. capite 24. 25. & 26, ubi addit hoc factum eſſe Olympiade 184ta finiente, hoc eſt, anno Olympiadico 736 ferè completo, ſive, in medio anni P.I. 4674.

3. Eſt Epocha Hiſpanica, cujus initium incipit una cum anno Iuliano octavo, & Periodi Iul. 4676 Cyclo ſolis vigeſimo octavo, Lunæ ſecundo, & Indictionis undecimo prædito, hoc eſt, in hyeme anni Mundi 3912, quia tum demum temporis Hiſpani Calendarium Iulianum receperunt, in quo initio conſentiunt Calviſius, Scaliger & Petavius, unde Septenario vel addito vel ſubtracto, facile ex annis Hiſpanicis anni Iuliani, & ex his illi fieri poſſunt.

4. Epocha eſt Aera Herodis Magni poſterior. Herodes enim anno Iuliano 6to Iudææ Rex conſtitutus, & in Iudæam reverſus, non ſtatim toto regno ab Antigono poſſeſſo & præſertim Hieroſolymâ fuit potitus, ſed eam una cum Soſio Duce Romano anno Juliano nono ineunte obſedit, & ſeptimo obſidionis menſe cœpit, & quidem in anno Sabbathico,

prout Ioſephus ſignatè addit, qualis annus Sabbathi ratione primi dodrantis ſecundum canonem tertium præcedentis capitis eſt annus Iulianus nonus, hoc eſt, annus Periodi Iulianæ 4677 & annus Mundi 3913. Hieroſolyma â Soſio & Herode captâ, Antigonus ex Haſmonæa familia ultimus Rex & ſummus Pontifex â Soſio ad Antonium adductus hujus juſſu in Herodis gratiam ſecuri percuſſus fuit, in quo Antigono, ſceptro â Iuda ablato, Haſmonæorum principatus, poſtquam annos 105 floruit, deſiit.

5. Denique eſt Epocha pugnæ navalis inter Auguſtum interque Antonium ad Actium 2. Sept. in vitioſo Calendario Iuliano & 3 Sept. anni Iuliani quinti & Periodi Iul. 4683 in genuino teſte Dione l. 50 habitæ, ubi tanti hanc diem facit, ut dicat numerationem annorum Monarchiæ Auguſti ab eodem 2 Sept. inſtituendam eſſe. Etſi enim Antonius, ut cum Auguſto in majorem gratiam rediret, anno Iuliano 6 Octaviam Auguſti ſororem uxorem duxerat: tamen & paulo ante Cleopatram ultimam Ægypti Reginam adamaverat, & anno Iuliano decimo, Lepido ab ipſo Auguſto in ordinem redacto, ipſoque Auguſto tanquam juvene contempto, in Ægyptum profectus Cleopatræ illegitimis amoribus indulgebat, & Romani Imperii provincias inter Cleopatræ filios teſtamento diſtribuebat: quod teſtamentum Auguſtus anno Iuliano 14 populo Romano publicè prælegit, eumque ipsâ rei indignitate permotum incitavit, ut bellum contra Antonium & Cleopatram decerneret, idque ipſi Auguſto anno Iuliano 15 gerundum committeret. His de cauſis pugna ad Actium, in qua Antonius magna clade affectus & victus una cum Cleopatra in Ægyptum abactus eſt, habita eſt 3 Sept. anni Iuliani 15 Periodi Jul. 4683 & Mundi 3919 finientis. His præmiſſis, ſequitur ipſa hujus capitis decimi Epocha. Antonius enim una cum Cleopatra ad Actium ab Auguſto anno Jul. 15 victus in Ægyptũ fugit, quos Auguſtus anno Iuliano decimo ſexto Periodi Iul. 4684to & Mundi 3920mo cum exercitu inſecutus, pugnis aliquot præmiſſis, eò adegit, ut Antonius præ deſperatione violentas manus & mortẽ ſibi intulerit, & in Cleopatræ ſinu expiraverit. Cleopatra verò, ne captiva Romæ in triũpho circũduceretur, aſpidis morſu perierit..

Ipſa

Ipſa Alexandria Ægypti metropolis ab Auguſto occupata eſt 29 Aug. 6. decimi ſexti anni Iulian. vitioſi, quæ fuiſſet 31. Aug. f. 1, in genuino. Et quia hæc 29 Aug. tum fuit prima Thot ãni Nabonaſſarei 719, (proleptici 4687 & Philippici 295) ideo Ægyptii jugo Romano jam penitus ſubjecti, & Iul Calendario hactenus nunquam uſi in totius hujus hiſtoriæ memoriam peculiarem hanc Epocham â 29 Aug. anni Iul. decimi ſexti, Periodi Iul. 4684 & Mundi 3920mi finientis inchoatam inſtituerunt, ita tamen, ut prima Thot non amplius añum Iul. in 1460 annis pervagaretur, ſed, anno Iuliano recepto, in 29 Aug. defigeretur. Ipſis Canonibus præmittimus unicum Axioma, & tres Hypotheſes.

Axioma.

Anni hujus Epochæ Actiaci diligenter diſcernendi ſunt ab annis Actiacæ victoriæ incipientibus 3. Sept. anni Iuliani decimi quinti, & Periodi Iul. 4683, cujus Actiacæ victoriæ Epocha deſcripta eſt in membro quinto præloquii.

Admonitionem hanc ponit ipſe Petavius libro 10. de doctrina temp. c. *69.*

Hypoth. I.

Ab initio Nabonaſſaris hiſtorico ad initium hujus Epochæ Actiacæ elapſi ſunt anni Nab. completi 718.

Hypotheſin hanc habet Ptolemæus libro primo magnæ conſtruct. capite octavo. Porrò annis Nabonaſſaræis 718. completis, 179 d. ab annis Iulianis 718 ſubtractis, reſpondent anni Juliani 717, 186 d. ſive 717 anni & 6 M. circiter.

Hypoth. II.

Ab initio annorum Philippicorum ad Alexandriæ captæ diem elapſi ſunt anni Philippici completi 294 (hoc eſt anni Nab. hiſtorici 718 & proleptici 4686.)

Hypotheſis hæc deſumta eſt è lib. 1. Strom. Clementis, uſurpata â Scaligero libro 5. de Emend. temp. p. 481, habetque fundamentum in Hypotheſi prima.

Hypoth. III.

Secundum Cenſorinum Annus Iul. 283 eſt annus hujus Epochæ 267, & proinde primus hujus Epochæ annus eſt annus Iulianus 17 & P. J. 4685.

Alexandria capta eſt ipſaque hæc Actiaca Epocha poſterior cœpit 29 Aug f. 6. in vitioſo & 31 Aug. f. 1. in vero Calendario Juliano anno Iuliano 16 & Periodi Iul. 4684 to cyclo Solis octavo prædito, quæ 31. Aug. f. 1. fuit ſimul prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 4687 hiſtorici 719 & Philippici 295 & 21ma Elul tam anni Mundi 3920 ejuſque Sabbathici & Iobelæi ſimul, quam anni Judaici 3731, & 21ma Gorpiæi Macedonici anni Alexandræi 282.

1. 29næ Aug. f. 6tæ in vitioſo Calendario Juliano cum 31 Aug. f. 1. genuina convenientia melius in Tabula Behmiana cum Axiomate præcedentis capitis citata oculis aſpicitur, quam hic verbis explicatur.

2. Dato anno Periodi Iul. 4684 & cyclo Solis octavo datur per Canonem VIII. libri 1 ſimul prima Thot & 31 Aug. f. 1. anni Nabonaſſaræi prol. 4687 hiſtorici 719 & anni Philippici 295.

3. Prima Niſan anni Mundi 3920 ſecundum ſequentem duplicem calculum eſt dies â Cal. Jan. 74 15ta Martii f. 7. & propter 20 horas dies 75. 16 Martii f. 1, quia prima Tiſri ſequentis anni Mundi 3921 eſt dies â Cal. Jan. 252. 9 Sept. f. 3. (quem Calviſius in anno Mundi 3919 ponit,) & proinde prima Elul eſt 11 Aug. f. 2 & 21 Elul. 31. Aug. f. 1.

1. Per Tab. Syzyg. Calviſii.

Anni Mundi	d	f	h	'	''	☉	☽	
44	86 incompl.	4	22	5	52	24	10	
3876 A.	12	4	10	9	19	16	0	S.
3920	74 incompl.	7	11	56	33	8	10	
Differ. Calv.			8	13	0 A.	0	0	
1. Niſ. Aſtr.	74	7	20	9	33	8	10	
6 Lunationes	177	2	4	24	19 A.	0	5	
Prima Tiſri	252	3	0	33	52	8	10	
Pro 8 menſibus	243 S.							
1 Tiſ. Sept. dies	9	f. 3	0	33	52	8	10	Hieroſ.

(ab occ.
a Ver

3. Per Tab. Syzyg. noſtras inveniuntur eodem modo 74 di. 20 ho. 9./. 34.//. & poſtea 252 di. 0 ho. 33./. 53.//. unà cum cyclo Solis 8. & Lunæ 10.

4. Ita etiam anni Judaici 3732 prima Tiſri tàm Politica quàm Aſtronomica ſecundum ſequentem unicum calculum Calviſianum eſt eadem dies â Cal. Ian. 252 9 Sept. f.3, prima Niſan præcedens eadem dies 75 16 Martii f.1. anni Iudaici 3731, & proinde prima Elul eadem quoque 31 Auguſti f.1.

Anni Jud.	d	f	h	/
8	263 incompl.	7	20	362
3724 A.	11	4	20	20 S.
3732 1 Tiſri	252 incompl.	3	0	342
6 Lunationes Jud.	177	2	4	438 S.
Prima Niſ. Aſt. anni 3731	74 incompl.	7	19	966

Male proinde Calviſius hanc primam Tiſri Judaicam & 9 Sept. f.3 in anno Mundi 3919 aſcribit anno Iudaico 3731: Nam hæc 9 Sept. eſt prima Tiſri anni M. 3920 & anni Jud. 3732di.

5. Denique annus Alexandr. 283tius, hoc eſt, annus 55tus quartæ Periodi incipit itidem ſecundum Periodum Al. ſupra poſitam die â Cal. Ian. 252. 9 Sept. f.3. anni Periodi Iul. 4684 & proinde prima Xanthici anni Alexandræi 282 itidem eſt dies 75 16 Martii f.1. & vigeſima prima Gorpiæi 31 Aug. f.1. Quæ erant demonſtranda. Ex hoc exemplo apparet, quod Calendarium Iudaicum deſumptum ſit ex Alexandræo, & hoc è Calippico & Moſaico.

CANON II.

Primum in primo hujus Ægyptiorum Actiacæ victoriæ Epochæ anno æquinoctium autumnale, hoc eſt, anni Mundi 3921 invenire.

Per Tab. Æquin. Calviſii.

Anni M.	d	f	h	/	☉
56	*111* incompl.	*2*	*22*	*28*	*8*
3864 A.	*29*	*1*	*12*	*24*	*0 S.*
3920	*82* incompl.	*1*	*10*	*4*	*8*
Diſtantia Æquin.	*186*	*4*	*18*	*30*	*0 A.*

Dies Æquin.Aut.	289 incompl.	6	4	34	8
Pro 8 Menſ.	243 S.				
Dies Æquin.Aut.Sept.d.	26	6	4	34	8

Secundum hunc calculum æquinoctium vernum ante hanc Epocham proximum incidit in anno M.3920 in diem 8 Cal.Ian.82dã 23 Mart.f.1, quemadmodum ſequens æquinoctium autumnale idque in hac Epocha Actiaca & in anno Mundi 3920 primum in diem â Cal.Ian.269nam 26 Sept. f.6tam. Anni Per. Iul.4684; Quod erat demonſtrandum.

CANON III.

Characteres civiles tam Romanos quàm Judaicos & Moſaicos in primo & omnibus hujus Actiacæ Ægyptiorum victoriæ Epochæ annis invenire.

1. Primus hujus Epochæ annus, â majore parte facta denominatione, eſt annus Periodi Iul.4685. At hic annus habet cyclum Solis nonum, Lunæ undecimum, & Indictionis quartum. Ergo eoſdem cyclos habet & annus primus hujus Epochæ, & proinde pro Characterum horum in annis hujus Epochæ datis & ratione poſtremorum 8 menſium conſiderata inventione numero annorum dato pro cyclo ſolis octo, pro Lunæ decem, & pro Indictione quatuor ſunt addenda, & aggreata per 28 19 & 15 dividenda. Detur exempli gratia annus hujus Epochæ trigeſimus. 38 per 28, 40 per 19, & 34 per 15 diviſis, habebit hic annus trigeſimus cyclum ſolis decimum, Lunæ ſecundum, & Indictionis quartum, propterea cum nullo alio anno, quam Periodi Iul. 4714 Mundi 3950, Alexandreoque & Chriſti primo concatenandus. At Clemens Alexandrinus nativitatem Chriſti in anno hujus Epochæ 28 reponit: unde Epocha Dionyſiana integro biennio â Nativitate Chriſti aberraverit.

2. Ratione Characterum Moſaicorum primus hujus Epochæ annus totus ferè cum anno Mundi 3921 concurrit. D. Behm econtra hunc annum primum conjungit cum anno M. 3920. At hic annus Mundi 3921 eſt annus primus in cyclo Sabbathico pariter & Jobelæo, & proinde anni hujus Epochæ hoc compendii habent, ut, nullâ additione præmiſsâ, pro inventione horum Characterum Moſaicorum anni hujus Epochæ dato

dati rectè per 7 & 49 dividantur. Exempli loco ſit idem annus trigeſimus. Erit hic, diviſione per 7 & 49 inſtituta, haud ſecus atque annus Periodi Iul. 4714, Mundi 3950, Alexandræus 312, & primus Chriſti, annus ſecundus in cyclo Sabbathico, & trigeſimus in Jobelæo. At annus 28, in cujus initio Salvator ſecundum Clementem natus, eſt annus ſeptimus in cyclo Sabbathico, & vigeſimus octavus in Jobelæo, quos Characteres habent quoque annus Periodi Iul. 4712, annus Mundi 3948 & annus Alexandr. 310. Doctor Behm econtra annum Act. victoriæ Ægyptiorum vigeſimum octavum concatenat quidem cum annó Alexandr. 310, at cum anno Mundi 3947, & cum anno Periodi Iul. 4711 integro anno ante verum Chriſti natalem annum.

CANON IV & Ultimus.

Ad initium Epochæ Ægypt. Actiacæ elapſi ſunt		Ideoq; primus hujus Epochæ annus eſt M	
Anni Nab. prol.	4686	0	0000
Periodi Julianæ	4683	8	4685
Mundi conditi	3919	11 cum dimid.	3921
Anni Judaici	3730	11 cum dimid.	3732
A Diluvio	2263	10 ferè	2265
Ab Exodo	1467	5	1468
Ab initio Olympiadum	746	2 ferè	747
Ab initio Urbis Varr.	723	4 cum dim. ferè	724
Ab initio Nabonaſſaris	718		000
Ab initio Epochæ Meton.	402	1 cum dim. ferè	403
Ab initio hebd. Dan.	392	0	393
Ab initio Epochæ Phil.	294		
Ab initio Epochæ Calipp.	300	2	301
Ab initio Epochæ Alex.	281	11 cum dimid.	283
Ab initio Epochæ Jul.	15	8	17
A victoria ad Actium	1	0	2

CAPUT XI.

De anno Mortis Herodis M. quo vivente adhuc Chriſtus natus.

PRæcedere hanc debebat Epocha Auguſtorum, cum qua Epocha ipſa Monarchia Auguſti reverà cœpit. Poſtquam enim

enim Auguſtus inſigni de Antonio & Cleopatra anno Julia-
no decimo ſexto reportatâ victoriâ, anno Juliano decimo ſe-
ptimo ſequenti multos triumphos in ipſius honorem acta
conſecutus, hiſque delectatus anno Juliano decimo octavo
cenſum egiſſet, Apollinis templum perfeciſſet, ludos quin-
quennales inſtituiſſet, & Triumviratus acta aboleviſſet, his o-
mnibus ingentem apud cives Romanos gratiam ſibi compa-
ravit, & proinde anno Juliano ſequenti decimo nono ut im-
perium hoc ſtabiliret, & Romanis volentibus & conſentien-
tibus imperaret, in Senatu orationem recitavit, qua ſe impe-
rium deponere velle promiſit, eâque effecit, ut omnibus ſum-
mè annitentibus, compelleretur, ut imperium deinceps ſolus
retineret. Sic E. *Auguſto* 17 Ianuarii f.3 anni Iuliani decimi no-
ni, Periodi Iul. 4687 & anni *Mundi* 3924 ti cyclo ſolis undeci-
mo Conſulibus *Auguſto* VIImum, & Vipſanio *Agrippa* à
Senatu populoque Romano per L. Plancum αὐτοκράτορος
titulus attributus fuit teſte Dione l.52, à quo principio tempo-
ris accurato anni *Auguſtorum* incipiunt, licet latè Calendis
quoque Ianuarii anni Iuliani 19 & Periodi Iul. 4687 annum
primum *Auguſtorum* inchoent. Hinc Cenſorino in loco ſupra
allegato annus *Auguſtorum* 265tus eſt annus Iulianus 283, hoc
eſt Periodi Iul. 4951, & proinde, 264 utpote æquali numero u-
trinque ſubductis, primus annus *Auguſtorum* eſt annus Julia-
nus 19. & annus Periodi Iul. 4687mus. Hinc facilè 18 annis ad-
ditis & ſubtractis, ex annis *Auguſtorum* anni Iuliani & ecō hic
illi fieri, & deinde per Canonem 3. capitis 9. hujus ſectionis ter-
tiæ Characteres utrique inveniri poſſunt. De qua Epocha *Au-
guſtorum* pluribus agunt Scal. in libris de Emend. Temp. Cal-
viſius in c. 23 Iſagoges, & D. Behm libro 2. Manud. Tit. 4. cap. 4.
p.100. His præmiſſis, jam agendum eſt de anno mortis Hero-
dis non in forma Canonica ſed vulgari, licet ad verum genui-
num Chriſti natalem annum inveſtigandum non parum ad
res faciat: De qua re plerique Chronologi & ii præcipue, qui
Chriſtum primo Epochæ Chriſtianæ anno natum eſſe volunt,
Petavii judicio, ἀλόγως & ἀμεθοδεύτως pronunciant. Ex opi-
nionibus autem, quæ de Herodis morte non è conjecturis in-
certis ſed è fundamentis Chronologicis & *Aſtronomicis* ſta-
bilito-

hiſtoria Joſephi, qui ſolus ferè Herodis hujus vitam deſcripſit, deſumptis pronunciant, duæ ſunt præcipuæ: Una eſt Joſephi Scaligeri, altera Petavii. Utriuſque opinionis fundamenta ſunt non tantùm ea, quæ ſupra de priore & poſteriore Herodis initio ſunt præmiſſa; verum etiam & in ſpecie ipſius Joſephi verba, qui libro 17 antiquit. capite 8, ubi Herodis mortem enarrat, ſignatè addit, quod Herodes mortuus fuerit, cum regnaſſet 34 annis ab eo tempore, cum Antigonum è medio ſuſtulit, annis verò 37, poſtquam â Romanis regnum obtinuit, & quidem, quod mortuus fuerit tùm paulo ante Paſcha, tùm paulo poſt eclipſin Lunæ, quæ Eclipſis ſecuta fuerit eam diem, quâ 40 Studioſi Judaici, qui aquilam Romanam dejecerant, una cum Præceptoribus Herodis juſſu combuſti ſunt. Cum autem Joſephus nullam vel Juliani vel Olympiadici anni, quibus Herodes mortuus fuerit, mentionem adjecerit, ideo annus Herodis emortualis per alterutram è duabus illis eclipſibus eruendus fuerit. Prima ergo eclipſis Lunaris ante Paſcha & tempus vernum facta, prout Petavius libro 11. de Doctr. temp. capite 1. computat, totumque calculum eclipticum libro 8 de Doctr. temp. p. 820. explicat, facta eſt in anno Juliano 42 Periodi Jul. 4710 & anno M. 3946 Scalig. cyclo Solis ſexto, Lunæ decimo ſeptimo præditis, die â Calend. Ian. 72. 13 Martii f. 3, quæ eclipſis 6 ſaltem digitorum exiſtens viſa eſt 3 circiter horis ante ortum Solis. Videamus jam per ſequentes tres calculos, quomodo Plenilunium ſaltem medium circa tempus vernum in iisdem annis inveniatur.

1. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni P.I.	d	h	′	″	☉	☽	
73	101 incompl.	3	23	40	18	17	
4637 A.	14	20	3	36 S.	16	0 A.	
4710	86 incompl.	7	20	4	6	17	
Differ. Petavii		2	55	0 A.			
☌ Paſch.	86	10	15	4	6	17	Hier. p. M. N.
Dimidia Lunatio	14	18	22	2	0	0 S.	

☍ Præ-

☍ Præcedens	71 incompl.	15	53	2	6	17
Pro 2 Menſibus	59 S.					
☍ fit Martii die	12 f. 2.	15	53	2	6	17 p. M.N. [illegible]

2. Per Tab. Mülleri Copernicianas, pro differenti[illegible] 47 / & 10 //. additis, inveniuntur 12 d. Mart. 16. hor. 11. [illegible] in Eden. poſt M. N. quemadmodum 3. Per Tab. Syzyg. [illegible]ſii & in anno M. 3946, pro differentia 2 hor. 13 / & pro dim[illegible]dia Lunatione 14 dieb⁹ 0 f. 18 hor. 22 / & 2 // additis, 12 d. [illegible] 2. f. 16. hor. 12 / 33 // p. M.N. Hieroſólymæ una cum cyclo [illegible] & Luna 17.

Plenilunium ergo hoc medium idque eclipticum c[illegible]git 22 Martii f. 2. paulo poſt quartam horam pomeri[illegible], unde Plenilunium verum poſterius fuit medio 11 hor[illegible] ter. Annus mundi 3946, 3638. ab annis 3946 ſubtra[illegible], [illegible]nus Alexandræus 308. Sequens annus 309, hoc eſt, qui[illegible]nus quintæ Periodi Alexandrææ incipit ſecundum Pe[illegible] Alexandræam Scaligeri die á Cal Jan. 265. 22 Sept. f. 7, [illegible] proinde Paſcha præcedens anni Alexandræi 308 & Mun[illegible] 163 d. 2 f. á 265 d. 7 f. ſubtractis, celebratum eſt die [illegible] C[illegible] 102. 12. Apr. f. 5, Novilunio Paſchali Moſaico in diem [illegible] Apr. f. 3. incidente. Et proinde Herodes ſecundum [illegible] Petavii ſententiam mortuus eſt inter 13. Martii f. 3. in[illegible] 12 Apr. f. 5. anni Juliani 42 & Periodi Iulianæ 4710. A[illegible]riodi Iul. 4683. & 8 M, qui ſecundum Canonem 4. ca[illegible] præcedentis ad initium Epochæ Ægyptiorum Acti[illegible] ſunt, ab annis ejuſdem Periodi Iul. 4709 compl[illegible] & [illegible] ad mortem Herodis Petavianam elapſis ſubtracti[illegible], ma[illegible] anni 25 & 7 M. Actiaci ad mortem Herodis elapſi. At C[illegible] omnium confesſione & conceſſione natus eſt Herode adhuc vivente: Natus ergo eſt ita ante annum 26 Actiacum, id quod eſt contra Clementis Alexandrini teſtimonium, qui d[illegible] [illegible]vatorem natum eſſe anno Actiaco 28. Præterea, Chriſto [illegible]dum Petavium 25 Decemb. anni Iuliani 41 & Periodi Iul[illegible] 4709. nato, & Herodis morte in fine Martii anni Iuli[illegible]

& Pe-

& Periodi Julianæ 4710 ſequentium mox ſubſecuta, inter nativitatem Chriſti & Herodis mortem intercipiuntur ſaltem 3 menſes. At Herodes in infanticidio ad bimulos reſpici juſſit. Falſa ergo eſt hæc Petavii de Herodis morte ſententia è ſolo Scaligero & Calviſio contradicendi ſtudio prolata, quod ſtudium vel hinc apparet, quia Petavius majore affectus quam delectus ratione habitâ, hanc minorem 13tiæ Martii f. 3 & 6. digitorum eclipſin lunarem in eclipſeographia libr. 8. ponit, id quod etiam Myſticus Chronologus Haynlinus in Elencho Chronologico p. 117 in anno ſuo mundi 3960 hoc eſt, Periodi Julianæ 4710, & in anno ante Epochæ Chriſtianæ initium ſexto fruſtra facit, & ſequentem contra Scaligerianam eclipſin 10 Januarii f. 7. anni Periodi Julianæ 4713 factam & 21 digitos eclipticos complexam omittit, ut Petavianâ eclipſi longe majorem & notabiliorem, ſic ad præſens negotium multò commodiorem. Hoc 10 Januar. f. 7. *Anni* Periodi Julianæ 4713 & Mundi 3949 Plenilunium medium per ſequentes tres calculos ita invenitur.

1. Per Tabulas Noviluniorum Petavii.

Anni Per Jul.	d	h	′	″	☉	☽
76	97 compl.	18	33	38	21	1
4637 *A.*	14	20	3	36 S.	16	0 A.
4713	83 incompl.	22	30	2	9	1
Differentia Pet.		2	55	0	0	0 *A.*
☌ Paſc. Mart.	84 incompl.	1	25	2	9	1
2 cum dim. Lunat.	73	19	50	8	0	0 S.
☍ Med. fit Jan. die 10 f. 7		5	34	54	9	1 p. M. N. (Lut.

2. Per Tab. Mull Ptolem. poſteriores, pro differentia iterum 2 hor. 47′. & 10″ additis, inveniuntur 10 di. Januar. 40′ 28″ Hieroſolymæ p. M. N. quemadmodum *3.* Per Tab. Syzyg. Calviſii & annum M. 3949. 10 d. Januar. 7 f. 5 hor. 54′ 13.″ Hieroſolymæ p. M. N. numerata una cum Cyclo ☉ 9. ☽ 1.

Plenilunium ergo medium factum eſt 10 Ian. f. 7. anni Periodi Iul. 4713 paulo ante quintam circiter horam matutinam. Ipſum Plenilunium verum ipſaque eclipſis Lunaris, prout Calviſius in anno Mundi 3949 addit, contigerunt hora prima poſt mediam noctem : unde Plenilunium medium fuit verò poſterius 4 circiter horis.

Inquiramus jam etiam diem Paſchatis tam Alexandrinum ante quod tum in Judæa uſitatum Herodes mortuus fuit, quam exercitii ergo Moſaici pariter & Iudaici.

1. Pro Paſchate Moſaico anni Mundi 3949. Periodi Jul. 4713. Judaici 3760. & Alexandræi 311.

Prima Niſan Moſaica ſecundum primum & tertium calculum præcedentes eſt dies â Calend. Ian. 83. 23 Martii f. 5. & propter 23 h. & differentiam addendam 24 Martii f. 4. & proinde Paſcha Moſaicum 7 April. f. 4, & prima Tiſri ſequens dies 261. 17 Septemb. f. 6.

2. Pro Paſchate eorundem annorum Judaico.

Prima Tiſri anni Iudaici ſequentis 3761 ſecundum ſequentem unicum calculum Judaicum Calviſianum eſt dies â Calend. Ian. 261. 17 Sept. f. 6. & proprer adu dies 262. 18 Sept. f. 7, & proinde, 177 d. 2 f. â 262 d. 7 f. ſubtractis, prima Niſan Iudaica anni Iudaici 3760 eſt dies â Cal. Ian. 85. 25 Martii f. 5. & Paſcha dies 99. 8 Apr. f. 5.

Per Calendarium Judaicum Calviſii.

Anni Jud.	d	f	h	/
37	272 compl.	4	7	1009
3724 A.	11	4	20	20 S.
3761	261 incompl.	6	11	989

3. Pro Paſchate Al. anni Al. 311.

Annus ſequens 312. hoc eſt, octavus annus quintæ Periodi incipit ſecundum verã Periodi Alexandrææ Tabulam Scaligerianam die â Calend. Ianuar. 262. 18. Sept. f. 7. 177 d. 2 f. â 262 d. 7 f. ſubtractis, Paſcha Alexandræum anni Alexandr. 311

itidem, ut in Calendario Judaico utpote è Calendario Alexandr. oriundo, eſt dies â Cal. Ian. 99 8. Apr. f. 5. Si jam Herodes paucis diebus ante Paſcha mortuus eſt, mortuus fuerit in fine Martii anni Periodi Iul. 4713 & Juliani 45ti. Annis Julianis 5 & 6 M, quibus elapſis Herodes Romæ Regnum accepit, ab annis Julianis 44 & 3 M ad mortem Herodis Scaligerianam elapſis ſubtractis, manebunt pro imperio Herodis priore 38 anni completi, & 9 M, pro quibus Joſephus ſupra 37 ſaltem annos ponebat, quemadmodum, 8 annis & 6 M. ab iiſdem 44 A. & 3 M. ſubtractis, 35 A. & 9 M, pro quibus ſupra à Joſepho in numeris lapſo 34 ſaltem anni ponebantur. Concludimus ergo, quod Herodes mortuus fuerit in fine Martii anni Periodi Iul. 4713 Mundi 3949 Iudaici 3760, Olympiadici 775, Alexandræi 311 Iuliani 45ti & anni Actiaci 29ni, 9 menſibus ante Epochæ Chriſtianæ initium, & uno anno & 6 menſibus poſt nativitatem Chriſti Scaligerianam factam in Autumno Anni Periodi Iul. 4711 & Iuliani 43tii. Inſignis Aſtronomus Michael Mæſtlinus, nullâ vel per Scaligerianam, vel per Petavianam Lunæ Eccliſes illas δοκιμασία inſtitutâ, in Tab. Chronologicis pag. 49 mortem Herodis conjicit in annum Mundi 4077 & quidem in tempus paſchale anni Per. Iul. (633 A. & 9M. in Periodo Iul. & annis Mundi 4076 & 8 M. additis) 4711mi & Iuliani 43tii: quæ ſententia Mæſtlini fundamento Aſtronomico nullo nititur.

SECTIO IV & ULTIMA.

Conſiderans Epochas à primo Chriſti anno ordine ſe conſecutas.

CAPUT I.

De Epocha Chriſtiana & Dionyſiana.

Veteris Teſtamenti Epochis præcipuis tàm prolepticis quàm hiſtoricis Biblicis pariter & profanis tùm Politicis item tùm Aſtronomicis in præcedentibus tribus Sectionibus hactenus conſideratis, ſequantur jam & ſequentur in hac quarta vel ultima Sectione Novi Teſtamenti Æræ, inter quas merito & jure debito prima eſſe debebat Epocha vera anni &

menſis Chriſti natalis. Quia verò â notis ad ignota procedendum, nihilque certi de vera Nativitatis Chriſti Epocha pronunciari poteſt ante cognitionem primi anni miniſterii Chriſti & ætatis Chriſti 30mi, & anni decimi quinti Tiberii, nihil item de hac cognitione ante annum σταυρώσιμον ſcientificè conſideratum, nihil denique de hoc ante Epochæ Chriſtianæ ſolidam notitiam: ideo per ὕστερον πρότερον primo omnium agemus de Epocha Chriſtiana, hinc de anno σταυρωσίμῳ (cujus conſiderationi tamen Octaeteridis Petitianæ, quam Cl. Voſſius etiam uſurpat, refutationem in peculiari capite præmiſimus,) hujus Epochæ deinde ductu de anno Baptiſmi Chriſti & Tiberii decimo quinto anno ætatiſque Chriſti trigeſimo, & tum demum de anno, menſe, & die Chriſti Natali [illegible], hiſque præmiſſis cæteras Epochas ordine ſe conſequentes adjiciemus. Ipſi autem Epochæ Chriſtianæ theoriæ ſequentia principia ſunt præmittenda.

Axiomata.

I.

Æra Chriſtiana in ſe nihil vitii habet ratione initii & progreſſus Chronologici in Periodo Juliana & Epocha Juliana fundati: hiſtoricè autem id, quod promittit & unde nomen accepit, videlicet veram Nativitatem Chriſti in ſuo initio non exhibet, ſed ab anno nati Chriſti vero ſecundum [illegible] uno anno, ſecundum Scaligerum biennio, ſecundum [illegible]um quadriennio, ſecundum Keplerum & Syslugam Polonum quinquennio, ſecundum Haynlinum denique ſexennio aberrat.

Æram Chriſtianam, cum antea, nemine integris ferè 500 annis de Epocha Chriſti nati ſollicito (quam incogitantiam & oblivionem meritò admiratur D. Behm libro 2. Manuduct. c. 1. cap. 6. pag. 101.) ſecundum Epochas gentiles & præſertim Alexandræam, Actiacam, & Diocletianæam tempora numerarentur, & hiſtoricè annotarentur, primus Dionyſius Exiguus Abbas & Monachus circa annum Chriſti 530 præſcripſit, quæ Æra Chriſti à Dionyſio ita præſcripta, & cum anno Periodi Jul. 4714 & Juliano 46 inchoata, à Pontificibus [illegible] Eccleſiæ obtruſa poſtea diuturnitate temporis ipſo [illegible]

inva-

invaluit, ut omnibus ferè aliis Epochis authoritate par cenſeatur, ſolaque ferè hodiè uſurpetur.

Axioma II.

Anni Epochæ Chriſtianæ, prout vel ad anni Juliani exemplum in communes & biſſextiles, in menſes menſiumque partes, Calendas, Nonas & Idus diviſi, vel feriarum Chriſtianarum, Martyrum Feſtorumque tàm mobilium quàm immobilium Characteribus in Computo Eccleſiaſtico, vulgaribuſque Calendariis notati exiſtunt, omnibus ſunt noti.

Axioma III.

Forma annorum in hac Epocha Chriſtiana eadem eſt cum Juliana, & proinde commodiſſima, in qua Paſchata, Moſaicum, Judaicum, σταυρώσιμον, & Ἀναστάσιμον Nicenum, Dionyſianum, & Gregorianum per Tabulas Aſtronomicas inveniantur, annotentur, & examinentur.

Hypotheſis I.

Initium primæ Olympiadis diſtat ab Æræ Chriſtianæ hujus principio non 774 annis 148 di. 12 ho, prout Tabulæ Prutenicæ ponunt, ſive 774 annis & 6 menſibus, ſed 775 annis & 176 diebus vel 6 M.

In Sectione ſecunda & Olympiadum theoria demonſtratum eſt, quod ab initio Olympiadum ad Epochæ Julianæ initium elapſi ſint non 729 anni & 184 dies, ſive 6 menſes, ut eædem Tabulæ ex errore volunt, ſed 730 anni & 6 menſes. Additis 730 annis & 6 menſibus & 45 annis Julianis ante Epochæ Chriſtianæ initium elapſis, fiunt 775 anni & 6 M.

Huc plures Hypotheſes ex iisdem Tabulis Prutenicis deſumptæ referri poſſent: verbi cauſa: quod ab initio Nabonaſſaris hiſtorico ad initium Chriſti Domini ſive Epochæ hujus Chriſtianæ elapſi ſint 746 anni & 10 menſes, ab initio Epochæ obitus Alexandri & Philippicæ ad eundem Chriſtum Dominum, 328 & 1 cum dimid. menſes, & denique à C Julio Cæſare ad idem initium 45 anni: quæ tamen Hypotheſes partim ſupra habentur, partim brevitatis ſtudio hic omittentur.

Hypoth. II.

Annus hic Chriſti præſens 1649 habet cyclum Solis ſextum, Lunæ decimum ſextum, & Indictionis ſecundum, & proinde

A	B
1	28
2	27
3	26
4	25
5	24
6	23
7	22
8	21
9	20
10	19
11	18
12	17
13	16
14	15
15	14
16	13
17	12
18	11
19	10
20	9
21	8
22	7
23	6
24	5
25	4
26	3
27	2
28	1

inde, ſimili regreſſu, qualem in Definitionibus libri 1 habuimus, inſtituto, primus Epochæ Chriſtianæ annus habet cyclum Solis 10, Lunæ 2, & Indict. 4tum.

Pars prior hujus Hypotheſeos extat in vulgaribus Calendariis hujus anni Chriſti 1649.

Quoad poſteriorem partem & cyclum ſaltem Solis, à 1 28 ſubtractis, manent 22. Additis 1649 & 22, fiunt 1671, quæ per 28 diviſa, relinquunt 19 ſub B, quibus ſub A reſpondent 10: hoc eſt, annus primus Chriſti habet cyclum Solis decimum. Idem fiat in cyclo Lunæ, & Indictionis, & apparebit, annum primum Chriſti habere cyclum Lunæ 2, & Indict. 4.

Hypoth. IV.

Initium annorum Chriſti anteceſſit proximè μέση σύνοδος vel Novilunium medium 17 di 5 ho. 22 /. 30 //. &c. quemadmodum μεσὴ πανσέληνος ſive medium Plenilunium 2 di [illegible] ho. 0 /. 28 //. &c.

Hypotheſis extat in Tab. Prut. p. 3 Per hanc Hypotheſin primus Chriſtianæ Epochæ annus, vel annus Periodi Jul. 4714, & Julianus 46 â multis annorum centenariis in conſequentia & antecedentia evidentiſſimè diſcernitur.

CANON I.

Primus Epochæ Chriſtianæ annus cœpit 1. Januarii f. 7. Anni Per. Jul. 4714ti, quæ Ianuarii dies 1ma f. 7. ſimul fuit & 11 Tybi anni Nabonaſſaræi proleptici 4716 hiſtorici 748 & Philippici 324, quia prima Thot eorundem annorum fuit 23tia Auguſti f. 2 anni Periodi Jul. 4713, & 18va dies Thebet Moſaici anni Mundi 3950 ejuſque communis ordinarii, & 16ta dies Thebet anni Judaici 3761 ejuſque communis abundantis, & 16ta dies Audynæi anni Alexandr. 312, & prima Januarii anni Juliani 46, anni Actiaci trigeſimi morte Herodis Scaligeriana 9 menſibus & Petaviana 3 annis & 9 M. poſterior.

Hæc jam ordine ſunt demonſtranda.

I. Quod hæc 1 Januarii f. 7. eadem ſit cum 1. Jan. f. 7 anni Periodi Jul. 4714 & Juliani 46, id 1. demonſtratur per hypotheſin primam. Annis Periodi Jul. 3937 & 6 M. ad primam Olympiadem elapſis & annis 775 & 6 M. in eadem Hypotheſi prima poſitis additis, fiunt anni Periodi Jul. 4713 completi,

hoc

hoc eſt, 45 anni Juliani,ad Epochæ Chriſtianæ initium elapſi. Idem 4713 Periodi Jul. & 45 Epochæ Julianæ annorũ numerus comparabitur, ſi ſecundum ejusdem hypotheſeos primæ annexa addantur 1. 3966 Periodi Jul.anni 2 menſes,& anni 746 & 10 menſes. 2. 4389 anni & 10 cum ſemiſſe menſes & 323 anni& 1 cum dim.menſes, & 3. 4668 anni completi & 45 anni.

2. Idem evincitur per Hypotheſin 2dam. Primus Epochæ Chriſt.annus habet cyclum Solis decimum, Lunæ ſecundum, & Indictionis quartum. Annis Periodi Iul.4714 per 28.19 & 15 diviſis, remanebit itidem cyclus Solis 10, Lunæ 2, & Indictionis 4. Iidem Characteres competunt per Canonem 3.capitis noni Sectionis 3.anno Juliano quadrageſimo ſexto, quemadmodum etiam per præcedentia præcedentium Sectionum capita: anno Mundi 3950, anno Iudaico 3761, anno Alexandr.312 & anno Actiaco 30.

3. Omnium autem evidentiſſimè anni primi Chriſti cum his annis & præcipuè cum anno Periodi Jul.4714, Mundi 3950, Judaico 3761, Alexandræo 312 & Juliano 46to convenientia per ſequentes 5 Calculos demonſtratur hypotheſeos tertiæ ipſius Plenilunii & Novilunii ante Epocham Chriſti præceſſionis beneficio.

1. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

P. J.	*M.*	*Jud.*	*Al.*	*Jul.*	*d*		*h*	*'*	*''*	☉	☽
37	*37*	*37*	*37*	*37*	*89*		*21*	*15*	*31*	*26*	*2*
4677	*3913*	*3724*	*275*	*9 A.*	*17*		*12*	*55*	*31*	*16*	*0 S.*
4714	*3950*	*3761*	*312*	*46*	*72*	*incõpl.*	*8*	*20*	*0*	*10*	*2*
Et proinde dies completi					*71*		*8*	*20*	*0*	*10*	*2*
Pro anno Per.Jul. 4713 præced.					*366*	*compl.*	*0*	*0*	*0*	*0*	*0 A.*
Summa					*437*	*compl.*	*8*	*20*	*0*	*10*	*2*
3 Lunationes					*88*		*14*	*12*	*10 S.*		
Dies Novilunii medii					*348*	*compl.*	*18*	*7*	*50*	*10*	*2 S.*
Idem 366 dierum numerus					*366*						
Præceſſio medii Novilunii					*17*	*compl.*	*5*	*52*	*10*	*10*	*2*
Dimidia Lunatio					*14*		*18*	*22*	*2 S.*		
Præceſſio medii Plenilunii					*2*	*compl.*	*11*	*30*	*8*	*10*	*2*

 Atque

Atque in hoc calculo ad inſtitutum hoc maximè accom-modato Annus Periodi Jul. 4714 Mundi 3950 Judaicus 37[illegible] Alexandræus 312 & Julianus 46tus expreſsè habentur, [illegible] quod meridianorum differentia ſcrupulorum /motuum [illegible] //dorum diſcrepantiam cauſatur.

2. Pro 14 Dec. Anni P. J. 4713. Novilunio per Tab. Mæ-ſtlerii Copern.

Anni P. J.	d		h	/	//	pag.
Radix 4710	3		6	26	6	p. 142
Anni exp. ſine B. 3	2		8	50	2	p. 152
Dec. in Biſſ.	10		3	55	25	A. p. 168
Summa 4713	15	incompl	19	11	33	Subtr.
Novilunium	30		12	44	3	p. 170
☌ fit Dec. die	14	f. 3.	17	32	30	
& proinde die compl.	13		17	32	30	S.
Dec. habet dies	31	compl.	0	0	0	
Præceſſio Novil.	17		6	27	30	
Dimidia Lunatio	14		18	22	2	S.
Præceſſio Plenilunii	2		12	5	28	in Friſ. p. [illegible]

3. Per Tabulas Syzygiarum Calviſii.

Anni M.	d		f	h	/	//	☉	☽
74	84	incompl.	5	18	29	18	26	2
3876 A.	12		4	10	9	19	16	0 S.
3950	72	incompl.	1	8	19	59	10	[illegible]
Dies completi	71		1	8	19	59	0	[illegible]
Pro año præced. biſſext.	366	A.						
Summa	437	compl.	1	8	19	59	10	[illegible]
3 Lunationes	88	compl.		14	12	10 S.		
☌ medium	348	compl.		18	7	49 S.	10	[illegible]
Iidem dies	366							
Novilunii præceſſio	17	compl.		5	52	11	10	[illegible]
Dimidia Lunatio	14			18	22	2		
Præceſſio Plenilunii	2	compl.		11	30	9	10	[illegible]

4. Per

4. Per Tabulas Noviluniorum Petavii, quarum meridianus occidentalior eſt Regiomontano Meridiano ſecundum Tab. Prutenicas una hora & 35 /.

Anni P. J.	d	h	/	//	☉	☽
1	87 incõpl.	9	12	23	2	2
4713 A.	15	1	53	49 S.	8	0 A.
4714	72 incõpl.	7	18	34	10	2
Dies completi	71	7	18	34	10	2
Pro anno præced. biſſext.	366 A.					
Summa	437 compl.	7	18	34	9	1
3. Lunationes	88	14	12	10 S.		
☌ Dec.	348 cõpl.	17	6	24 S.	9	1
Iidem dies	366					
Præc. Novilunii	17 comp.	6	53	36	9	1
Differentia Merid.		1	35	0 S.		
Eadem præceſſio in RegiMont.	17	5	18	36	9	1
Dimidia Lunatio	14	18	22	2 S.		
Plenilunii præceſſio in Regiomonte dies	2	10	56	34	9	1

5. Per Calendarium Judaicum noſtrum

Per. Jul.	Mundi	Jud.	Al.	Jul.	d	h	/
37	37	37	37	37	272 compl.	7	1009
4677	3913	3724	275	9 A.	11	20	20 S.
4714	3950	3761	312	46	260 cõpl.	11	989
3 Lunationes Judaicæ					88	14	219 A.
Novilunium Judaicum Decẽb.					349 compl.	2	128 in Ed. ab oc
Differentia						8	849 S.
Idem Noviluniũ in Friſ. p. M. N.					348 cõpl.	17	359 S.
Iidem dies					366	0	0
Præceſſio Novilunii					17 compl.	6	721
Dimidia Lunatio					14	18	596 S.
Præceſſio Plenilunii					2	12	125

Abundat utrobique propter motum Lunæ Ptolemaicum juſto majorem una ferè hora.

2. Dato anno Periodi Jul. 4713 cyclo Solis nono prædicto, datur per Canonem VIII. libri primi prima Thot & anni Nabonaſſaræi proleptici 4716, hiſtorici 748 & Philippici 324 nimirum 23 Aug. f. 2, prout etiam D. Behm in Epocharum Tabulis ponit, & proinde prima Tybi eſt 21 Dec. f. 3 & 12 Tybi 1. Jan. f. 7 anni Periodi Iul. 4714 Iuliani 46 & anni primi Chriſti.

3. Annus Mundi 3950, prout in fine præcedentis capitis ultimi habuimus, incipit in Calendario Moſaico die à Cal. Ian. 261. 17 Sept. f. 6, quemadmodum annus ſequens 3951, prima Niſan ſecundum præcedentem calculum primum & quartum die à Cal. Ian. 72. 3 Martii f. 1. exiſtente, die à Cal. Ian. 249. 6 Sept. Unde annus Mundi 3950, 106 & 248 diebus additis, 354 dierum evadit.

Si prima Tiſri eſt 17 Sept. f. 6, tunc prima Thebet eſt 13 Dec. f. 4. & proinde 18va Thebet 1. Ian. f. 7. Anni Periodi Iul. 4714 Mundi 3950 Juliani 46ti & primi Epochæ Chriſtianæ anni.

4. At annus Judaicus 3761 anno Mundi 3950 correſpondens incipit propter adu die à Cal. Ian. 262 18 Sept. f. 7, quemadmodum ſequens 3762 ſecundum ſequentem unicũ calculum

Per. Jul.	Mundi	Jud.	Al.	Jul.	d	h	/
38	38	38	38	38	262 incomp.	16	8[illegible]
4677	3913	3724	275	9 A.	11	20	[illegible]
4715	3951	3762	313	47	250	20	78[illegible]

die à Cal. Jan. 250 7 Sept. f. 4 & partim propter adu partim propter 20 horas adhærentes die à Cal. Ian. 251 ma. 105 & 250 diebus additis, annus Iudaicus 3761 mus 355 dierum, hoc eſt, communis abundans exiſtit, & proinde Marcheſvan plenus evadit. Si prima Tiſri eſt 18 Sept. tunc prima Thebet fuit 17 Dec. f. 6. & proinde 16ta Thebet prima Ianuarii f. 7 anni P. J. 4714.

5. Annus Alexandr. 312 incipit, quemadmodum in fine præcedentis Sectionis tertiæ habuimus, die à Cal. Ian. 261. 18 Sept. f. 7, quemadmodum ſequens annus 313, hoc eſt, nonus Periodi quintæ die à Cal. Ian. 251. 8 Sept. f. 5: unde anni Alexandr. 312 mi eadem eſt quantitas & ratio, quæ anni Judaici 3761 & proinde ſi prima Hyperberetæi fuit 18 Sept. f. 7, prima Audynæi

næi extitit itidem 17 Dec. f. 6. Anni Periodi Jul. 4713 & 16ta Audynæi 1 Ian. f. 7. Anni Periodi Julianæ 4714 Juliani 46ti & primi Chriſtiani.

6. Annus Actiacus trigeſimus invenitur, ſi ab annis Periodi Iul. 4713 completis ad Epochæ Chriſtianæ initium elapſis ſubtrahantur anni Periodi Iul. 4683 & 8 M. ſecundum Canonem ultimum capitis 10 tertiæ Sectionis ad Epochæ Actiacæ Ægyptiorum initium elapſi, & 29 anni & 4 menſes relinquantur.

7. Denique 4712 Periodi Jul. annis & 3 menſibus ad mortem Herodis elapſis ab annis Periodi Iul. 3713 ſubtractis, manent 9 M, quemadmodum 3 anni & 9 menſes, ſi 4709 Periodi Jul. anni completi & 3 M. ad mortem Herodis Petavianam elapſi ſubtrahantur ab iiſdem 4713 P. J. annis.

CANON II.

Primum in primo Epochæ Chriſtianæ anno, hoc eſt, Periodi Jul. 4714 & Iuliano 46 Novilunium, primum item Plenilunium per primum, tertium, & quartum calculos in præcedenti Canone præmiſſos invenire.

In primo calculo pro Novilunio Paſchali anni primi Chriſti inventi ſunt 72 di. incompleti 8 ho. 20 /. 0 /. Lipſiæ poſt mediam noctem.

	d		h	/	//
	72 incompl.		8	20	0
	59		1	28	6 S.
Primum ☌	13 Jan.	f. 5.	6	51	54
Dimid. Lun.	14		18	22	2 A.
Primum ☍	28	f. 6.	1	13	56

Si 59 di. 1 ho. 28 /. 6 // pro 2 Lunationibus ſubtrahantur, fiunt 13 di. Jan. incompleti 6 ho. 51 /. 54 //. hoc eſt primum in Epocha Chriſtiana Novilunium medium factum eſt 13 Jan. f. 5 Si pro dimidia Lunatione 14 di. 18 ho. 22 /. 2 //. addantur, habentur 28 dies incompleti Ian. 1 ho. 13 /. 56 //. hoc eſt, primum in hac Epocha Plenilunium incidit in 28 Jan. f 6.

Ita pro Novilunio eodem per adjunctum calculum tertium invenitur itidem 13 Ian. f. 5. 6 ho. 51 /. 53 //, quemadmodum pro Plenilunio proximè ſequēti 28 di. Ian. f. 6.

d		f	h	/	//
72	incompl.	1	8	19	59
59		3	1	28	6 S.

☌ fit Jan.	13	5	6	51	53
Dimid. Lunat.	14	0	18	22	2 A.
☍ Jan.	28	6	1.	13	55

1 hor. 13 /. 55 // [illegible] Lipſ. poſt me[illegible]diam noct[illegible].

Denique per calculum quartum Petavianum inveniuntur pro eodem Novilunio primo 13 dies Jan. 5 hor. 50 /. [illegible] //. quemadmodum pro primo Plenilunio

	d	h	/	//
	72	7	18	34
	59	1	28	6 *S.*
1 ☌ Jan.	13 f. 3.	5	50	28
1 cum dim. Lunat.	14	18	22	2 *A.*
☍ Jan. di.	28	0	12	30

28 di. Januarii 0 ho. 12 /. 30 //. Qvod erat demonſtrandum. Eidemque modo in omnibus Epochæ Chriſtianæ annis ea[illegible] inveniri poterunt.

CANON III.

Æquinoctium vernum medium & reliqua tria cardinalia tempora in primo & omnibus Epochæ Chriſtianæ anni[illegible] per Tabulas Æquinoctiorum tàm Calviſianas qàm Petavianas invenire.

1. Per Tab. Petavianas & annum P. J. 4714.

Anni P. J.	*d*	*f*	*h*	*/*	☉
10	*117 incompl.*	*4*	*15*	*16*	*10*
4704 A.	*35*	*0*	*22*	*24 S.*	*0 A.*
4714 Æq. vernum	*81 incompl.*	*3*	*16*	*52*	*10 h. e. 22. Mar[illegible]*
Diſtantia a Solſt. æſt.	*93*	*2*	*9*	*15*	*0 A.*
Dies Solſtitii æſtivi	*175 (24. Jun.) f. 6*	*2*	*7*	*10*	
Eadem Diſtantia	*93*	*2*	*9*	*15*	*0 A.*
Dies æquin. Autumn.	*268 (25. Sept.) f. 1*	*11*	*22*	*10*	
Diſt. Solſt. hyb. ab Æq.	*89*	*5*	*5*	*20*	*0 A.*
Dies Solſtitii hyb.	*[illegible] (23 Dec. f. 6*	*16*	*42*	*10 Lu[illegible]*	

Per hunc calculum *Petavianum* æquinoctium [illegible] primum incidit in 22 Martii f. 3, Solſtitium æſtivum in [illegible] f. 6, æquinoctium autumnale in 25 Sept. f. 1, & denique [illegible] hybernum in 23 Dec. f. 6.

2. Per Tab. Æquinoctiorum Calviſii, iisdem diſtantiis additis, inveniuntur pro æquinoctio verno anni [illegible]

81 di. 3 f. 17 ho. 34 /. unâ cum cyclo ſolis 10, pro ſolſtitio æſtiv. 175 di. 6 f. 2 ho. 49 /, pro æquinoctio autum. 268 di. 1 f. 12 ho. 4 /. & denique pro ſolſtitio hyb. anni Mundi 3951 357 di. 6 f. 17 ho. & 24 /.

Qvod erat demonſtrandum.

Eodemque modo in omnibus Epochæ Chriſtianæ annis eadem cardinalia tempora invenientur.

CANON IV.

Characteres civiles tàm Romanos quàm Moſaicos & Judaicos in primo & omnibus Epochæ Chriſtianæ annis invenire.

Primus Epochæ Chriſtianæ annus per Hypotheſin ſecundam habet cyclum Solis decimum, Lunæ ſecundum, & Indictionis quartum. Hinc oritur Regula: Pro inventione horum Characterum in Epochæ Chriſtianæ annis numero annorum Chriſtianorum dato pro cyclo Solis novem, pro Lunæ unum, & pro Indictione tria addantur, aggregata per 28, 19 & 15 dividantur &c. Loco exempli unici ſit annus Chriſti 1649 in eadem Hypotheſi ſecunda uſurpatus. 1658 per 28, 1650 per 19, & 1652 per 15 diviſis, manebunt in reſiduis cyclus Solis ſextus, Lunæ decimus ſextus, & Indictionis ſecundus. Eodemque modo in omnibus aliis Epochæ Chriſtianæ annis hi Characteres Romani inveniri poterunt. Legatur caput 16 & 17 Calviſii Iſag, & apparebit, quam mirabilibus ambagibus Calviſius utpote Periodi Iul. artificio & adminiculo deſtitutus, & nihilominus Buntingum & reliquos omnes Chronologos reprehendere conatus hanc regulam ipſam & inveniat & tradat.

Characteres Moſaicos & Judaicos quod attinet, cum annus primus Chriſti ratione maximæ partis ſit annus Mundi 3950, hic autem, 3950 per 7 & 49 diviſis, fuerit annus ſecundus in Sabbathico, & trigeſimus in Jobelæo cyclo, ideo oritur hinc regula ſequens: Pro inventione horum Characterum Moſaicorum in annis Epochæ Chriſtianæ datis, & ratione dodrantis prioris conſideratis numero annorum Chriſtianorum dato, pro cyclo Sabbathico unitas & pro Jobelæo 29 addantur, aggregata per 7 & 49 dividantur, &c. Exempli loco ſit idem annus Chriſti 1649, hoc eſt, annus Periodi Jul. 6362,

qui

qui ſecundum ea, quæ in libro primo de Periodo Juliana ſunt præmiſſa, itidem reſpectu priorum 9 menſium eſt annus quintus in cyclo Sabbathico, & duodecimus in Iobelæo. Annis ergo 1650 per 7, & annis 1678 per 49 diviſis, illic itidem 5, & hic 12 manebunt, hoc eſt annus hic Chriſti 1649 eodem, quo Periodi Iul. 6362 annus, modo eſt annus quintus in cyclo Sabbathico, & duodecimus in Iobelæo. Eodemque modo hi Characteres Moſaici & Iudaici in omnibus aliis Epochæ Chriſtianæ annis inveniri poterunt.

CANON V & Ultimus.

Ad initium Epochæ Chriſtianæ elapſi ſunt		M	Ideoq; primus Epochæ Chriſtianæ annus eſt annus
Anni Nabonaſſ. proleptici	4715	4 cum dim.	0000
Periodi Jul.	4713	0	4714
A conditu Mundi	3949	3 ferè	3950
Anni Judaici	3760	3 ferè	3761
A Diluvio	2293	2 ferè	2294
Ab Exodo Iſraëlitarum	1496	9 ferè	1498
Ab initio Olympiadum	775	6 ferè	776 & ſeq.
Ab initio Urbis Varr.	752	9 ferè	754
Ab initio Nab. hiſt. Anni Jul.	746	10	000
Æg. Anni.	747	4 cum dim.	000
Ab initio Hebd. Dan.	421	3	422
Ab initio primæ Per. Cal.	329	6	330 & ſeq.
Ab initio Epochæ Phil. Æg.	323	4 cum dim.	000
Ab initio Epochæ Alexandrææ	311	3 ferè	312
Ab initio Epochæ Julianæ	45	0	46
Ab initio Herodis priore	39	6	40 & ſeq.
Ab initio Herodis poſteriore	36	6	37 & ſeq.
A Thot Ægyptiorum Actiaco	29	4	30
Denique â morte Herodis	0	9	2

CA-

De Octaeteridis Petitianæ in Auguſti tempore inchoatæ & non tantum â Samuele Petito, verùm etiam â Voſſio ad paſcha ςαυρώσιμον applicatæ falſitate.

2 Annis Chriſti 284 & annis Periodi Jul. 4713 additis, fiunt anni Periodi J. 4997, & hinc 4668 ſubtractis, manent anni Juliani 329. 29na Auguſti eſt dies à Cal. Jan. 242da, & cyclus ſolis 13. ſemper incipit f.3 242 & 2 additis, & 242 per 7 diviſis, manet 6, hoc eſt, 29 Auguſti eſt f. 6. 28væ Auguſti Novilunium per ſequentem triplicem calculum ita invenitur.

1. Per Tabulas Müllerii Copernicanas.

Anni Per. Juſ.	d	h	'	''	pag.
Radix 4910	24	2	43	8	p. 144.
Anni exp. 87	1	1	59	1	p. 162.
Auguſtus in biſſext.	6	6	51	38 A	p. 168.
Summa 4997	31	11	33	47	Subtr.
Novilunium	60	1	28	6	p. 170.
Novil. fit Aug. die	28 f.5.	13	54	19	in Friſ. p. M. N.
Diff. Merid. Friſ. & Alexand.		2	0	0 A	
Idem Novil. fit Aug. die	28 f.5	15	54	19	Alexādriæ p. M. N.

2. Per Tab. Syzyg. noſtras pro differentia Meridiani Alex. & Lipſ. ſecundum Calviſium 1 hor. & 41 / additis, inveniuntur in anno P. J. 4997 Mundi 4233 Jud. 4044 Alexand. 295 & Chriſt. 284 [illegible] pro prima Niſan 94 di. [illegible]

26 //

[illegible] cyclus Solis 13 Lunæ 19. deinde verò pro 5 Lunationibus 147 diebus 15 ho. 40 / 16 // additis, 241 di. 16 ho. 8 / 37 //.

3. Pro 17 Athyr anni Nabonaſſaræi 1032 Novilunio per Tabulas Mülleri Ptolemaicas priores.

Anni Nabonaſſ.		d	h	/	//	pag.
Radix	1026	7	4	41	25	p. 54.
Anni expanſi	6	4	17	39	53	p. 64.
Athyr		0	22	31	53 A	p. 68.
Summa	1032	12	20	53	11	Subtr.
Novilunium		30	12	44	3	p. 70.
Novil. fit Athyr die		17	15	50	52	p. M. N. Al.

Calviſius Novilunium hoc 29 Aug. f. 6 aſſcribit. Sed revera[illegible] dici metachroniſmum committit. Alias hæc 29 Aug. f. 6 vocatur etiam prima Thot in anno nimirum 314 Actiacæ Ægyptiorum victoriæ fixo & Juliano non Ægyptio, ut notat Scaliger loco citato.

Pro 21 Junii f. [illegible] ſolſtitio æſtivo per Tabulas Æquinoctiorum Calviſii.

Anni M.	Chriſti	d	f.	h	/	☉
33	33	1 1 cópl.	2	9	4	13
4200	251 A	32	4	2	0 S	0 A.
4233	[illegible]	80 inc.	5	[illegible]	4	13
Differentia eadem Calviſii				1	41	
Diſtantia Solſtitii ab Æquin. 93			2	9	15 A	0
Dies Solſt. æſt. eſt di. â C. Jan. 173			7	18	0	13
Pro 5 menſibus		152 S				
Solſtitium æſt. fit Jun. die		21	7	18	0	13 Al. p. M. M.

3. Secundum præcedentem calculum ſecundum prima Niſan Moſaica anni Mundi 4233 eſt dies a Cal. Ian. 94 3 Apr. Et prima Tiſri anni Mundi ſequentis 4234 dies 271 27 Sept. f. 7, & proinde prima Elul anni Mundi 4233 29 Aug. f. 6.

4. Secundum ſequentem unicum calculum è Calendario Judaico Calviſii deſumptum prima Tiſri anni Iudaici 4045 eſt dies à Cal. Ian. 241 28 Aug. f. 5. propter 22 horas dies 242. 29

Anni Jud.	Anni Chriſti	d	f	h	l
17	17	253 compl.	2	17	905
4028	267 A	12	3	19	220 S
4045	284	241 incom.	5	22	685

Aug. f.6. & propter adn dies 243 30 Aug. f.7 prima Niſan anni Judaici 4044 dies â Cal. Ian. 66 6 Martii f.6, Paſcha Iudaicum 20 Martii f.5 coincidens cum die Æquinoctii verni, & proinde 29 Aug. f.6. eſt vigeſima nona dies Elul. ſexti menſis.

5 Annus Alexandr. ſequens 596 eſt annus 64tus octavæ Periodi inchoatus ſecundum Tabulam Periodi Alexandreæ Scaligerianam die â Cal Ian. 243 30 Aug. f.7. quæ fuit tum temporis hiſtoricè prima Hyperbereta i Macedonici, unde prima Xanthici anni Alexandr. 595 itidem fuit dies â Cal. Ian. 66 6 Martii f.5, & ultima Gorpiæi itidem 29 Aug. f.6. Annus 595, hoc eſt, 63tius Periodi cœpit die â Cal. Ian. 254 11 Sept. f.3. Anni Periodi Iul. 4996. 112 di. & 242 di. additis, fiunt 354 dies.

6. Denique annis Iulianis 15 & 8 menſibus ad initium Actiacæ Ægyptiorum victoriæ elapſis ab annis Iulianis 328 & 8 M. ſubtractis, manent anni Actiaci Ægyptiorum 313 completi, ad initium hujus Epochæ Diocletianææ elapſi, hoc eſt, primus annus Diocletianæus eſt annus Actiacus 341. Quæ erant demonſtranda.

CANON II.

Characteres civiles tam Romanos quam Judaicos in primo & omnibus aliis annis Diocletianæis invenire.

Annus primus Diocletianæus ratione ultimi octantis eſt annus Chriſti 285. hoc eſt, annus Periodi Iul. 4998 & annus Iulianus 330, qui anni omnes habent cyclum Solis 14 Lunæ 1 & Indictionis 3. Hinc oritur Regula: Pro inventione horum Characterum Romanorum in annis Diocletianæis ratione poſtremi octantis conſideratis numero annorum Diocletianæorum dato addantur 13, 0, & 2, aggregata per 28, 19 & 15 dividantur, &c. Exempli loco ſit annus Diocletianæus 968 in hypotheſi prima poſitus. 981 per 28, 968 per 19 & 970 per 15 diviſis, habebit hic annus Diocletianæus cyclum Solis 1 Lunæ 18 & Indictionis 10, quos Characteres habent etiam annus Chriſti 1252 hoc eſt, annus Periodi Iul. 5965 & annus Iulianus 1297 At idem

addita

annus Diocletianæus primus totus ferè concurrit cum anno Mundi 4234, qui eſt annus ſextus in cyclo Sabbathico, & vigeſimus annus in Cyclo Iobelæo. Hinc oritur Regula: Pro inventione horum Characterum Iudaicorum in annis Diocletianæis numero annorum dato addenda ſunt 5 & 19, aggregatum per 7 & 49 dividenda &c. Detur idem annus Diocletianæus 968. Erit hic annus 968 ſeptimus in cyclo Sabbathico pariter & Iobelæo. Eodemque modo in aliis quoque hujus Epochæ annis hi characteres inveniri poterunt.

CANON III. & *ultimus*.

Ad Epochæ Diocletianææ initium elapſi ſunt	A.	M.	Ideoq; primus hujus Epochæ annus eſt
Anni Nabonaſſaræi Proleptici	*4999*	*2* cum dim.	añus *0000*
Periodi Jul.	*4996*	*8*	*4998*
Mundi	*4232*	*11*	*4234*
Judaici	*4043*	*0*	*4044*
Ab initio Olymp.	*1059*	*2* ferè	*1060*
Ab initio Urbis Varr.	*1036*	*4* ferè	*1037*
Ab initio Nab. hiſt.	*1931* Æg.	*2* cum dim.	*0000*
A prima Periodo Calip.	*613*	*1* ferè	*614*
Ab initio Epochæ Philipp.	*607*	*2* cum dim. ferè	*000*
Ab initio Epochæ Alexand.	*595*	*0*	*596*
Ab initio Epochæ Julianæ	*328*	*8*	*330*
Ab Actiaca victoria Æg.	*315*	*0*	*314*
A Nativitate Chriſti vera	*285*	*11* ferè	*287*
Ab initio Epochæ Chriſt.	*283*	*8*	*285*
A paſſione Dominica	*251*	*5*	*252*
Ab initio Hieroſ. ſub Tito facto	*214*	*0*	*215*

CAPUT VIII.

De Epocha Indictionis Conſtantinianæ.

DE Indictionibus in genere notandum eſt, quod ab illis Imperatoribus Romanis fuerint nomen ſortitæ, ſub quibus ſunt inchoatæ. Sic Valentiacæ Indictionis mentio occurrit in Codice Theodoſiano, ut notant Scaliger & Baronius. Ita in Chronico Alexandrino, ut refert Petavius libro 11 de doctr. temp.

temp. capite 40 ad annum primum Julii Cæſaris, hoc eſt, ad annum Periodi Iul. 4 6 6 6 hæc verba fuerunt aſſcripta: ἀρχὴ ἰνδικτιῶνος, quia 4666 per 15 diviſa relinquunt unitatem. Soli autem Indictioni Conſtantinianææ, de qua in hoc capite ſermo eſt, datum eſt, inquit Scaliger, ut Faſtos imò ut Inſtrumenta Notariorum publica ſignaret. Porrò, quo anno Chriſti & prima Indictio Conſtantinianæa cœperit, ejus rei certitudo dependet partim é Conſtantini Magni imperii primordiis, partim ê Periodi Iul. ê 532 Indictionibus compoſitæ, prout in libro 1. dictum, artificio. Primordium autem illud eſt, cum nimirum Conſtantinus Magnus, Diocletiano non tantum una cum Caro & Numeriano imperante, verum etiam Conſtantium Conſtantini Magni patrem, Galerium, Maximum, Severum, & alios in Imperio Romano Collegas aſſumente, circa annum Chriſti 306 in Britanniam profectus Patri Conſtantio paulo poſt ibidem mortuo in imperio ſucceſſit. Scaliger quidem id in annum Chriſti 307, verius vero Petavius Idacius, Calviſius, Buntingus, Ubbo Emmius, & Helvicus in annum præcedentem 306, Funccius denique Beatus Lutherus, Philippus &c. in annum 310 conjiciunt, quæ poſtrema opinio â veritate remotior exiſtit. Ratione artificii Indictio prima Conſtantinianæa cœpit vel una cum anno Periodi Iul. 5026, hoc eſt, Chriſti 313, aut cum anno Periodi Iul. 5041 & Chriſti 328, quia anno Periodi Iul. 5056 & Chriſti 343, Conſtantino Magno anno 337 jam mortuo, eadem Indictio incipere non potuit.

At anno Periodi Jul. 5041 & Chriſti 328 Indictionem primam cœpiſſe nemo dixit nemo dicet, quia nulla hiſtoria memorabilis, quæ Indictioni occaſionem dedit in his annis occurret. Cœpit ergo anno Periodi Iul. 5026 & Chriſti 313 & quidem primitus 24 Septembris anni præcedentis Periodi Iul. 5025 & Chriſti 312, quâ die 24 Sept. f. 4 Conſtantinus Magnus Maxentium vicit, Romam occupavit, & Chriſtianæ religionis libertatem eccleſiis indixit, â qua 24 Sept. die initium ejusdem Indictionis Conſtantinianææ â Pontificibus Romanis ad Calendas Ianuarii ſequentes, in quibus hodieque hæret, eſt traductum, prout & annotat Calviſius in anno Mundi 4261 completo & 312. Concluditur breviter, quod ad Calendas

das Januarias initialem Indictionis Conſtantinianæ Ponti-ficium diem, elapſi ſint Quodq; primus Indict.

	A.	M.	Conſt. annus ſit
Anno Per. Jul.	5025	0 annus	5026
Mundi	4261	5 ferè	4262
Judaici	4072	3 ferè	4073
Ab initio Olymp.	1087	6 ferè	1088 & ſeq.
Ab initio Urbis Varr.	1064	8 cum dim.	1066
Ab initio Nab. Hiſtor.	1058 Jul.	10 ferè	0000
At Ægyptiaci	1059	3 ferè	0000
A prima Per. Calip.	641	6 ferè	642 & ſeq.
Ab initio Epochæ Al.	623	3 ferè	624
Ab initio Epochæ Jul.	357	0	358
Ab initio Act. Æg. vict.	341	4	342
A vera Nativ. Chriſti	314	3 ferè	315
Ab initio Epochæ Chriſt.	312	0	313
A paſſione Dominica	279	9 ferè	281
Ab excidio Hieroſ.	242	4 ferè	243
Ab initio Epochæ Diocl.	28	4	29

CAPUT IX.

De Concilii Niceni ejuſq; primi Oecumenici Epocha.

HActenus primitiva Eccleſia in 10 perſecutionibus ſanguine fundata ſanguine mirum in modum creverat, jamque Conſtantinum Magnum primum Imperatorem Chriſtianum nacta ſub eodem partim Arrii hæreſi blaſphemâ partim controverſiâ de die Paſchatis non adeo neceſſariâ turbabatur. Ut utrique malo conſuleretur, Conſtantinus Magnus concilium primum Oecumenicum in Urbe Bithyniæ Nicæa in 318 Epiſcoporum præſentia debita cum pietate, nullâ Pontificis vel potius Epiſcopi Romani curâ accedente, celebravit, in quo Concilio, Arrio juſtè condemnato, Niceno Symbolo promulgato, & ὁμοουσίου vocabulo excogitato, de Paſchate quoque decretum eſt, ut id non niſi in Dominico die, minimè tamen cum Iudaico Paſchate coincidente, celebraretur, utq; genuina dies Paſchatis per Epiſcopum Alexandrinum & inveſtigaretur, & inveſtigata maturè indicaretur. De tempore

hujus Concilii Niceni, quo anno Chriſti cœperit, quo die & inchoatum & finitum ſit, & quanto temporis ſpatio duraverit, inter hiſtoricos & Chronologos non convenit. Annum Chriſti quod attinet, idem Concilium Nicenũ haberi cœptum fuit ſecundum Scaligerum, Petavium, Calviſium, Buntingum, Helvicum, Ubbonem Emmium, & alios anno Chriſti 325, & quidem (ut Euſebius & Socrates addunt) in anno & Alexandro 636 & Olympiadico 1100 tum temporis ſecundum Per. Calippicam 29 Iunii vel ſecundum Periodum Alexandrinam 28 Iunii finito, ſecundum Beatum Lutherum anno Chriſti 326, & deniq; ſecundum Funccium & Oſiandrum in Epitome Centuriarum anno Chriſti 328. Diem, quo Concilium Nicenum celebrari cœpit, quod attinet, Scaliger & Petavius 19 Iunii anni Chriſti 325 & 19 Dœſii Macedonici anni Alexandr. 636 exprimunt, Calviſius verò & Buntingus 22 Maji eorundem annorum. Quoad tempus durationis, Scaliger Concilium Nicenum finitum eſſe vult anno tertio currente, hoc eſt, anno Chriſti 327, & anno Alexandr. 638, cum quo Scaligero hac in parte conſentiunt Philippus Melanchthon in Chronicis & Buntingus. At Petavius & Calviſius in uno & eodem anno Chriſti 325 idem concilium & inchoatum, & 8 Calendarum Sept. ſive 25 Aug. quam diem Petavius in Chronologico ſyſtemate ponit, & in libro 11. de Doctr. temp. capite 4. rationibus evincit, finitum eſſe contendunt. Quoad annum tutiſſimè hic ſequimur Euſebium & Socratem annum Alexandr. 636 & 19 Iunii & Dœſii & annum Olympiadicum 1100mum exprimentes. Annis Periodi Iul. 4401 & 9 menſibus ad Epochæ Alexandr. initium elapſis & annis Alexandr. 635 & 9 menſibus ad Concilii Niceni initium elapſis additis, fiunt anni Periodi Iul. 5037 completi & 6 menſes ad concilii Niceni principium elapſi, hoc eſt, anni Iuliani completi 369 & 6 menſes, & anni Chriſti 324 & 6 menſes ad idem principium elapſi. Ita annis Periodi Iulianæ 3937 & 6 M. & annis Olympiadicis 1100 ferè completis additis, prodeunt itidem anni Periodi Iul. 5037 & 6 M. ad concilii Niceni exordium elapſi, hoc eſt, anni Iulii Cæſaris 369 & 6 menſes & anni Chriſti 324 & 6 M. Denique quod idem concilium Nicenum non 3 annis duraverit, ſed in uno & eodem anno

no Christi 325 & inchoatum & finitum fuerit, Petavius loco ſupra citato inde probat, quia Conſtantinus Magnus anno Chriſti 325 vicennalia, & quidem, prout Euſebius libro , de vita Conſtantini Magni capite 21, & libro 4 cap. 47, & Socrates libro 1. capite ultimo expreſsè addunt, Concilio Niceno jam finito, dederit, & vigeſimum annum Imperii celebraverit. Concilium ergo Nicenum finitum eſt, prout ſupra præmiſſum, 21 Aug. Anni Chriſti 325. Reſtat ut diem Iulianam, qua concilium idem cœpit, inquiramus. In græcis Canonibus, prout verba græca ex illo deſumpta ponunt Scaliger libro 5 de Emend. temp. Tit: De conſeſſu Niceno p. 507. & Petavius libro 11 de doctr. temp. capite 4, expreſsè 19 dies Dœſii Macedonici Anni Alexandr. Iuliani 636 cum octobri inchoati, qua die Concilium cœptum eſt, copulatur cum 19 Iunii. Sic ergo Concilium Nicenum cœpit die à Cal. Ian. 270 19 Iunii f. 7. & Dœſii anni Chriſti 325 & Alexandr. 636, deſiit die â Cal. Ian. 237. 25 Aug. f. 4 eorundem annorum, & 67 ſaltem diebus duravit. Unde ad Concilium Nicenum elapſi ſunt;

Et proinde annus hujus Epochæ primus eſt

	A.	M.	
Anni Per. Jul.	5037	6 ferè	annus 5038 & ſeq.
Mundi	4273	9 ferè	4275
Judaici	4084	9 ferè	4086
Ab Exodo	1821	3 ferè	1822
Ab initio Olymp.	1099	11 cū dim. ferè	1101
Ab initio Urbis Varr.	1077	2 cū dim. ferè	1078
A prima Per. Cal.	654	0	655
Ab initio Epochæ Al.	635	9 fere	637
Ab initio Epochæ Jul.	369	6 ferè	370 & ſeq.
Ab init. Æg. Vict.	353	10 ferè	355
A vera Nativit. Chriſti	326	9 ferè	328
Ab initio Epochæ Chriſt.	324	6 ferè	325 & ſeq.
A paſſione Dom.	292	3	293
Ab excidio Hieroſ.	254	10 ferè	266
Ab initio Epochæ Dioclet.	40	10 fere	42
Ab Indict. 1. Conſt.	12	6	13 & ſeq.

CAPUT X.

De Æra Armeniorum.

BRevitatis ſtudio Encæniorum Urbis Conſtantinopolitanæ ſive novæ Romæ Æræ, quæ Armeniorum Epocham anteceſſit, nullum peculiare caput deſtinatur, quæ Encæniorum tamen Epocha breviter deſcribetur. Encænia Conſtantinopolitana ergò tùm cœperunt, cum Conſtantinus Magnus Byzantium de novo ædificavit, Conſtantinopolin vocavit & in hanc Urbem & Romam quaſi novam Romani imperii ſedem tranſtulit. Quo anno Chriſti hoc factum ſit, inter Authores non convenit, prout videre eſt, partim in Scaligero libro 5 de Emend. temp. Tit. De Encæniis Urbis Conſtantinopolitanæ p. 508. partim in Petavio libro 11. de doctr. temp. c. 42. In Faſtis Idatii, & in Chronico Alexandrino, prout Petavius ibidem refert, reperitur triplex character Encæniorum. Nam primum dedicata fuit CPlis Coſs. Symmacho & Gallicano, & quidem 11 Maji. 2. In tali item Epochæ Chriſtianæ anno, in quo 11 Maji hæc fuit f. 2. & 3tiò is annus habuit Indictionem 3, quæ omnia ſoli anno Epochæ Chriſtianæ 330, Juliano 375 & Periodi J. 5043 cyclum ſolis 3 & Indictionem tertiam habentib9 competunt. Et proinde Encænia hæc in diem â Cal. Jan. 131. 11 Maji f. 2. annorum præmiſſorum inciderunt. Idem comprobari poteſt per annum Conſtantinopolitanum 5838 â *Zonara* huc loco additum: qua ratione ad Encænia eadem elapſi ſunt anni completi 5837 & 8 M. â quibus ſi 5508 anni Conſtantinopolitani & 4 menſes ad Epochæ Chriſtianæ initium, prout alibi dictum eſt, elapſi ſubtrahantur, relinquuntur anni Epochæ Chriſtianæ 329 & 4 menſes, hoc eſt, anni Juliani 374 & 4 M & anni Per J. completi 5042 & 4 menſes omnes ad Enconia elapſi.

His præmiſsis de Armeniorum hac Epocha, an in Chronologia neceſſaria ſit, â Petavio libro 3 de doctr. temp. capite 17. 18 & 19 dubitatur. Unde factum videtur, ut hæc Armeniorum Epocha â Buntingo, Helvico D. Behm, Ubbone Emmio, imò ab Alphonſinis quoque, Eraſmo, Reinholdo, & Nicolao Mullerio penitus omittatur. Hiſtoriam & cauſam hujus Armeniorum Epochæ Scaliger libro 3 de Emend. Temp. Titulo De primo Solari Armeniorum p. 517 hanc ponit, quia Armenii Anno Chriſti 552 quo anno Epocha Armeniorum cœpit Chriſtia-

Chriſtianiſmum amplexi ſint, & tamen addit, quod ſecundum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Authores iidem Armenii ſub Juſtino Juniore demum, hoc eſt, 20 annis ſerius Chriſtiani facti ſint. Ab Armeniis tamen hæc Epocha, prout Calviſius aſſerit, hodieque uſurpatur. ¶Ideoque ſequentia principia præmittenda videntur.

Hypoth. I.

Anni Armenii ratione quantitatis tam annorum, quam menſium 12 τριακονθημέρων, quamque 5 ἐπαγομένων, quæ Muſtaraka Armeniis dicuntur, cum annis Nabonaſſaræis planè conveniunt, diverſis autem & menſium & epagomenon nominibus & in anno Juliano initiis gaudent.

Primus annus Philippicus eſt plane idem cum anno Nabonaſſaræo 425. At primus annus Armenius non eſt idem cum anno Nabonaſſaræo 1300 & Philippico 876, ſed cœpit, prout infra dicetur, cum quarta die Chojac: unde Chojac reſpondet revera primo menſi Armeniorum Sahami. Nomina menſium Armeniorum una cum nominibus menſium Ietzdegirdicorum ſive Perſicorum habentur in ſequenti tabula è capite undecimo Iſag. Calviſii maximam partem deſumpta.

NOMINA MENSIUM.

Nabonaſſaræorum	Armeniorum.	Ietzdegirdicorum.
I. Thot	X. Harwatz	X. Di.
II. Paophi	XI. Nabonaſſari	XI. Behemen
III. Athyr	XII. Huri	XII. Aſphandar
	5 Muſteraka	5 Wahak.
IV. Chojac	I. Tahami	I. Pharavardin
V. Tybi	II. Therr	II. Adar Pahaſcht.
VI. Mechir.	III. Caguth	III. Chardad.
VII. Phamenoth.	IV. Arath.	IV. Thir
VIII. Pharmuthi	V. Mahik	V. Mardad.
IX. Pachon.	VI. Arichi	VI. Scheheritz.
X. Payni	VII. Aheli	VII. Mehar
XI. Epiphi	VIII. Mariri	VIII. Aban.
XII. Meſori	IX. Marchat	IX. Adar
5 Epagomenæ	0 0 0	0 0 0

Ab initio Nabonaſſaris hiſtorico ad Epochæ Armeniorum initium elapſi ſunt anni Nabonaſſaræi completi *1299* & *93* dies hoc eſt, dies in univerſum 474228, quorum dierum ultimus eſt tertia Chojac anni Nabonaſſaræi hiſtorici 1300mi, & proinde prima dies Sahami eſt & fuit quarta Chojac ejuſdem anni 1300mi,

Hypotheſis hæc è Scaligero potisſimum deſumpta eſt. Supra annus primus Nabonaſſaris cœpit in meridie dies 4 Cal. Jan. 57. 26tæ Febr. f. 4. anni P. Jul. *3967*, elapſis annis Per. Jul. *3966* completis *56* d. & 12, h. hoc eſt, diebus 1448638. Epocha autem hæc Armeniorum omnium Chronologorum conſenſu cœpit elapſis annis Chriſti completis 551. & *190* diebus, hoc eſt, in univerſum diebus 2014*42*: ſive elapſis annis Periodi Jul. completis 52*64* & 190, d. hoc eſt, diebus 1922866. Deductis hinc 1448638 ab initio Periodi Jul. ad initium Nabonaſſaris elapſis, manent dies 474228, qui per 365. diviſi, exhibent in quoto annos Nabonaſſaris 1299 & in reſiduo 93, d. qui numerus etiam invenitur, ſi 474228 per 1460, d, quot in uno luſtro Ægyptiaco continentur, dividātur, hoc eſt, antequam primus annus Armenius cœpit, elapſi ſunt anni Nabonaſſaræi completi *1299* & de anno Nabonaſſaræo *1300* *3* menſes priores Thot Paophi & Athyr & de quarto menſe Chojac 3 dies, adeo ut quarta dies Chojac anni Nabonaſſaræi 1300mi ſit prima dies Sahami in primo anno Armenio, pro quibus 3 diebus Scaliger aliud ſentiens & aliud ſcribens libro *3* de Emend. temp. *4* dies ponit: cum tamen paulo ante dixiſſet, quod Neomenia ſive prima dies Sahami primi anni Armenii fuerit quarta dies Chojac & 9 Julii f. *3*. Cyclo ſolis primo. Unde deinceps omnes anni Armeniaci quarta die Chojac cœperunt, & cum tertia die Chojac finiti fuerunt. Ita idem Scaliger ibidem & paulò poſt Radicem ſive Epocham Armeniacam conſtituit 551 A & 190, d. adeo ut ex his ſatis conſtet, quod *19*1ma dies, quæ à Calviſio in Tabula Armeniaca prima pro prima Sahami primi anni apponitur, pro completa ſit ſumenda, & 191ma dies eaque *9* Julii f. *3*. ſubintelligenda. Idemque intellectu neceſſarium erit in anno Armenio 5. 9. 13. 17. *21*. *25*. *29*. *33*. 37. 41. 45.

[illegible] 57. 61. 65. 69. 73. 77 & 81mo, quia hi anni omnes incipiunt in annis biſſextilibus, hoc eſt, cyclo ſolis 1.5.9.13 16.21. 25.

Hypoth. III.

Ab initio Epochæ Chriſtianæ ad initium Ep. Armeniacæ elapſi ſunt anni completi 551 & 190, d. hoc eſt, dies in univerſum 201442 qui numerus loco Radicis & Epochæ habend°.

Hypoth. IV.

Ab initio Periodi Jul. ad initium primi anni Armenii elapſi ſunt anni completi 5264 & 190 di. hoc eſt, dies in univerſum 1922866.

CANON I.

Prima dies Sahami in anno primo Armenico eſt (1) quarta Chojac anni Nabonaſſar. proleptici 5268vi, hiſtorici 1300 & Philippici 876, quorum duorum annorum uterque ſecundum Calviſium in anno Chriſti 552 cœpit 7 Apr. f. prima.

(2) dies à Cal. Ian. 191 9 Iulii f. 3 Anni Periodi Iulianæ 5265 anni Iuliani 597 & anni Chriſtiani 552 cyclo Solis 1 Lunæ 2 & Indictionis 15 præditorum Novilunio 7 Iulii f. 1 facto biduo, & ſolſtitio æſtivo in 19 Iunii f. 4 conſpicuo 20 diebus poſterior.

(3) dies tertia Ab Moſaici Anni Mundi 4501 ejusque anni 7mi in Sabbathico & 42di in cyclo Iobelæo.

(4) & denique ſecunda dies menſis Ab anni Iud. 4312 & Alexandræi 863 Iuliani non verò Lunæ-ſolaris.

Explicatio.

1. De primo membro ſufficienter dictum eſt in hypotheſibus, præſertim ſi Canon VIII libri I huc applicetur.

(2) Cyclus ſolis 1 Lunæ 2 & Indictionis 15 latent & parent in anno Periodi Iul. 5265. 7mæ Iulii f. primæ. Novilunium medium per ſequentes 3 calculos ita invenitur.

1. Per Tabulas Syzyg. Calviſii.

Anni M.	Chriſti	d	f	h	′	″	☉	☽
17	17	84 compl.	4	16	52	23	25	2
4484	555 A	14	2	8	55	30	24	0 S
4501	552	71 incompl.	2	7	56	53	1	2
4 Lunationes		118	6	2	56	13		
Differ. reſpect. Alexandriæ				1	41	0 A		
Novilunium medium Julii		189	1	12	34	6	1	2

2. Per

2. Per Tab Syz.noſtras pro diff. 1 ho. & 41 / additis, inveniuntur 189 di. 12 ho. 34 / 9 // hoc eſt, 7 Iul. f. 1: quemadmodum 3. per Tab: Mull. Copernicianas pro diff. 2 horis additis, 7 Iul. 12 ho. 21 / 46 // Alexandriæ p. M. N. conſideranda.

Solſtitium æſtivum anni Mundi 4501 & anni Chriſti 552 ita invenitur.

Per Tab. Æquin. æquabilium Calviſii.

Anni M	Chriſti	d	f	h	/	⊙
49	49	111 compl.	1	6	45	1
4452	503 A	34	6	0	22	S
4502	552	78 incompl.	2	6	23	[illegible]
Diſtantia Solſt. æſt. ab Æq.		93	2	9	15	
Eadem differentia				1	41	A
Dies Solſtitii æſtivi		171 incompl.	4	17	19	1
5 Menſes, hoc eſt,		152 S				
Solſt. æſt. fit Julii die		19nâ feriâ	4	17	19	1

3. Prout è præcedenti calculo primo apparet, prima Niſan Moſaica anni Mundi 4501 extitit dies â Cal. Ian. 75 11 Mart. f. 2. prima Tiſri anni Mundi ſequentis 4502 dies â Cal. Ian. 248 4 Sept. f. 4, & proinde prima Ab 7 Iulii f. 1. & tertia Ab 9 Iulii f. 3.

4. Denique quod eadem 9 Iulii f. 3 ſit ſecunda Ab Iudaici, id ê ſequenti calculo unico ita patet.

Per Calendarium Jud. Calviſii.

Anni Judaici	Chriſti	d	f	h	/
57	57	261 compl.	4	9	320
4256	495	13	6	12	640 S
4313	552	248 incompl.	4	20	760
6 Lunationes Judaicæ		177	2	4	438 S
Prima Niſan Judaica Aſtron.		71 incompl.	2	16	322

Secundum hunc calculum prima Tiſri anni Judaici 4313 in anno Chriſti 552, hoc eſt, in anno Per. Iul. 5265 & Iuliano 597 eſt dies â Cal Ian. 248 4 Sept. f. 4, hinc partim propter 322 partim propter 20 horas adhærentes dies â Cal. Ian. 249 5 Sept. f. 5, prima Niſ. anni Iudaici præcedentis 4312, 177 diebus 5 feriis â 249 ...

1140 diebus 5. ſubtractis, dies à Cal. Jan. 72. 12 Martii f. 3. prima Ab [illegible] Julii f. 2. & proinde ſecunda Ab 9 Julii f. 3. ipſa prima dies Sahami in primo anno Armenio. At decima quinta Niſan Chriſtiana, dimidia Lunatione additâ, fuiſſet dies à Cal. Jan. 86. 26. Martii f. 3. coincidens cum prima Niſan Judaica, & proinde ſecunda Ab quoque Chriſtiana evaſiſſet 9 Julii f. 3. Quæ erant demonſtranda.

CANON II.

Dato anno vel P.J. vel Juliano, vel Ep. Chriſt. eoq; 5265. 507 & [illegible] majore quartam diem Chojac certi anni Nab. tam proleptici, quam hiſtorici, nec non anni Philippici, hoc eſt, primam diem Sahami certi quoq; anni Armenii invenire.

Quod Compendium in capite ſeptimo ſectionis 3tiæ idque à Canone IIX libri I. deſumptum uſurpavimus: eodem Compendio in Armeniorum quoque Epocha hic brevitatis ſtudio utemur, quia hæc anni Armenii forma non quidem initii, & tamen ejusdem anni quantitatis, 12 menſium τριακονθημέρων nec non Epagomenon 5 ſive Musteraka, quæ in fine Athyr & principio Chojac ſequuntur, ratione Nabonasſaræ & Philippicæ formæ planè æqualis eſt. Ponenda ſunt 1 præcepta, & 2 ſubjungenda exempla.

I. Per Canonem IIX libri primi per datum Periodi Jul. annum & ſolis Cyclum inveniatur dies & feria Juliana reſpondens primæ Thot diei certi anni Nabonaſſaræi proleptici & hiſtorici nec non Philippici.

II. Per hanc primam Thot reperiatur quarta dies Chojac menſis 4 proximè ſequentis quæ erit prima dies Sahami quæſita.

III. Ab Annis Nabonaſſaræis hiſtoricis in præcepto primo inventis ſubtrahantur anni Nabonaſſaræi itidem hiſtorici [illegible] & reſiduum erit Annus Armenius quæſitus, cujus prima Sahami in præcepto ſecundo eſt inventa. In ſequentibus tribus exemplis res tota erit clara.

Exemplum primum.

1. Quæritur, quæ ſit prima dies Sahami & cujus anni Armenii in anno Chriſti 751 hoc eſt in anno Periodi Jul. 5284 & in anno Juliano 616 & cyclo ſolis 20. Secundum Canonem VIII. libelli annis Periodi Jul 5284 ab annis Periodi Jul. 5653 ſubtractis, manebunt 369, quæ per 4 diviſa dant 93 dies, & 3 Apr. Cyclus ſolis 20 ſemper incipit f. quinta 4 & 93 additis, & 97 per 7 diviſis, ma-

net 6 hoc eſt, hæc 3 Apr. eſt f. 6. Porrò iiſdem 369 ab annis Nabonaſſaræis prolepticis 5656 ſubtractis, manebunt anni Nabonaſſaræi proleptici 5287, hiſtorici 1319 & Philippici 895, hoc eſt, prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 5287 hiſtorici 1319 & Philippici 895 eſt 3 Apr. f. 6. anni Periodi Jul. 5284 Juliani 616 & Chriſti 571.

2 Si prima Thot eſt 3 Apr. f. 6. ergò quarta Chojac [illegible] hoc eſt, prima Sahami quæſita fuit 5 Julii f. 1.

3 Annis Nabonaſſaræis hiſtoricis 1299 ab annis 1319 ſubtractis, manent 20 hoc eſt prima Sahami anni Armenii [illegible] eſt dies à Cal. Jan. 186. 5 Julii f. 1. *A*nni Periodi Jul. 5284 Juliani [illegible] & Chriſtiani 571mi, eaque ſimul quarta Chojac anni Nabonaſſaræi proleptici 5287 hiſtorici 1319 & Philippici 865. At[illegible] Calviſius in Tabula prima Armeniorum anno *A*rm. 20. [illegible]nit diem 186 f. 1.

Exemplum ſecundum.

Quæritur quæ ſit prima Sahami & cujus anni *A*rmenii in anno Chriſti 601, hoc eſt, in anno Periodi Jul. 5314 Juliani [illegible] Cyclo ſolis 22.

1 Secundum eundem Canonem VIII. libri 1. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 5317 hiſtorici 1349 & Philippici [illegible] erit dies à Cal. Jan. 85. 26 Martii f. 1. annorum Julianorum in quæſtione poſitorum.

2 & proinde quarta Chojac 27 Junii f. 3 eaque prima Sahami quæſita.

3 1299 annis Nabonaſſaræis hiſtoricis ab annis Nabonaſſaræis hiſtoricis 1349 in membro primo inventis ſ[illegible] manent 50, hoc eſt, prima Sahami dies anni Armeniaci quinquageſimi eſt dies à Cal. Jan. prout etiam Calviſius in Tabula [illegible]norum Armeniorum ſecunda ad annum Armeniacum [illegible] ponit, 178. 27 Junii f. 3 anni Periodi Jul. 5314 Juliani 646 & Chriſti 601, eaque ſimul quarta Chojac anni Nabonaſſaræi proleptici 5317 hiſtorici [illegible] & Philippici [illegible].

Exemplum tertium.

Quæritur quæ ſit prima Sahami, & cujus anni Armenii in anno Chriſti [illegible] hoc eſt [illegible] Periodi Jul. [illegible] Juliani [illegible] & cyclo ſolis [illegible] anno biſſextili. Calviſius in hoc anno Chriſti 676

Al 676 & Mundi 4325 dicit annum Armeniorum 125 cœpiſſe 8 Junii f. 1.

I. Secundum eundem Canonem IIX libri 1. prima Thot anni Nabonaſſaræi proleptici 5392 hiſtorici 1424 & Philippici 1000 erit 7 Martii f. 6. annorum Julianorum in quæſtione poſitorum, & proinde

II. Quarta Chojac eaque prima Sahami quæſita 8 Junii f. 1 eorundem annorum Julianorum.

III. 1299 Nabonaſſaræis hiſtoricis annis ab annis itidem Nabonaſſaræis hiſtoricis 1424 in membro primo inventis ſubtractis manent 125, hoc eſt, prima Sahami dies anni Armenii 125 eſt dies à Cal. Jan. 160 8 Junii f. 1. anni Periodi Jul. 5389 Juliani 721 & Chriſtiani 676: eaque 8 Junii f.1. ſimul fuit quarta dies Chojac anni Nabonaſſaræi proleptici 5392 hiſtorici 1424 & Philippici 1000mi. Si per Tabulas Armeniorum annorum Calviſianas dies prima Sahami invenienda foret, proveniret non dies 160 ſed 159 f.1.h.e.7 Jun. id quod fit propter errorē in fine hypoth. 2dæ notatum. Quia anni Armenii non ſunt cœleſtes ſed vagi, præcipueque Characteres tam civiles quam cœleſtes in canone primo erant additi, idcirco de his nihil amplius videtur addendum.

CANON III. & ultimus.

Ad initium Epochæ Armeniorum elapſi ſunt		M	Ideoq; primus annus eſt Armenius eſt annus
Anni Nabon. prol.	5[illegible]7	3	0000
Per. Jul.	5264	6 & 7 di,	5265 & ſeq,
A Mundi conditu	4500	10 ferè	4502
Per. Judaicæ	4311	10 ferè	4313
Ab Exodo	2048	3 ferè	2049
Ab initio Olympiadum	1327	1 ferè	1328
Ab initio Urbis Varr.	1304	2 cum dim. ferè	1305
Ab initio Nab. hiſt.	1299 Æg.	3 ferè	0000
A prima Per. Cal.	881	0 ferè	882
Ab initio Epochæ Phil.	875 Æg.	3 ferè	000
Ab init. Epochæ Alex.	862	10 ferè	864
Ab init. Epochæ Jul.	596	6 dies 7	597
Ab Actiaca Æg.	5[illegible]0	10 ferè	[illegible]82

Kkk 3 A Nati-

	A	M	A
A Nativitate Chriſti	553	10 ferè	555
Ab initio Epochæ Chriſt.	551	6 7 di.	552
A paſſione Dominica	519	3 ferè	520
Ab Excidio Hier.	481	10 ferè	483
Ab init. Epochæ Diocl.	267	10 ferè	269
Ab initio Indict. Conſt.	239	6 ferè	240
A Concilio Nic.	227	0	228
Ab Enc. Conſtantin.	222	2 ferè	223

CAPUT XI.

De Annorum Hegiræ, Turcicorum, Arabicorum, & Indicorum Epocha.

HActenus anni Lunæ-Solares civiles puta Moſaici, Olympici, Metonici, Calippici, Alexandræi, Chaldaici, Judaici à diverſis gentibus ita fuerunt uſurpati, ut non tantum ad motum Lunæ, verùm etiam ad ſolis curſum reſpicerent. Anni autem hi Hegiræ, quales nulla ferè antea gens uſurpavit, hoc peculiare habent, ut, cum nunquam plures, quam 354, & 355 dies & 12 Menſes alternatim plenos & cavos contineant, idcirco nunquam cum annis Lunæ-ſolaribus Tropicis & Julianis ratione initii & finis conſentiant, ſed totum annum Julianum ad annorum Nabonaſſaræorum inſtar 30 circiter annis percurrant. Etſi ergo in hac quoque Epocha non anni, ſed diei & feriæ Julianæ ratione diſcrepantia occurrit, dum illius initium ab Albategnio, Alfragano, Alphonſinis, & Nicolao Müllerio in 15 Julii f. 6. Anni Chriſti 622, â Scaligero verò & Calviſio in 16 Julii f. 6. ejuſdem anni collocatur, prout Nicolaus Müllerius in Diatribe de anno Arabico in fine libri 4 Rerum Chronologicarum Ubbonis Emmii & Petavius libro 7. de Doctr. Temp. cap. 22. pluribus exponunt. Nos tamen hac vice Scaligeri & Calviſii ſententiam in cap. ſeq. 13 certis tabulis comprehenſam retinebimus, & proinde ſequentes Definitiones & Hypotheſes præmittemus.

Definitio I.

Period[9] ſive Triacontaeteris Arabica & Turcica eſt 30 Hegiræ annorū & 10631 dierum ſive 29 Jul. annorum & 39 dierum, ubi etiam 360 menſium Lunarium tam Aſtronomicorum

quam

quam Politicorum ab Arabibus ita ordinatum ſyſtema, ut nominata cœleſtis neomeniâ cujusque menſis civili ſemper uno aut altero die poſterior exiſtat, utque ejusdem Periodi annus primus, tertius, quartus, ſextus, octavus, nonus, undecimus, duodecimus, decimus quartus, decimus quintus, decimus ſeptimus, decimus nonus, vigeſimus, vigeſimus ſecundus, vigeſimus tertius, vigeſimus quintus, vigeſimus ſeptimus, vigeſimus octavus, & trigeſimus ſinguli communes, hoc eſt, 354 dierum: reliqui vero anni undecim, nimirùm ſecundus, quintus, ſeptimus, decimus, decimus tertius, decimus ſextus, decimus octavus, vigeſimus primus, vigeſimus quartus, vigeſimus ſextus, & vigeſimus nonus ſinguli biſſextiles ſive 355 dierum exiſtant.

Annum Lunarem cœleſtem Arabicum Nicolaus Mullerus in Diatribe ex Alfragano definit 354 diebus cum una quinta & una octava parte diei, hoc eſt, cum undecim trigeſimis partibꝰ unius diei, ſive 8 ho. 48 / in 12 Lunationibus Turcico contentis, omiſſis 40 //, quæ anno cœleſti Lunari Ptolemaico & Judaico ſecundum eundem Nicolaum Mullerium, vel omiſſis 38 //, quæ anno Lunari communi Tychonico ſive 12 Lunationibus adhærent. Porrò hæ undecim 30mæ partes diei vel 8 ho. 48 / per 30 multiplicata dant præcisè 11 dies. Si 354 per 30 multiplicentur, & 10620 diebus 11 illi dies addantur, acquiruntur hac ratione 10631 dies, hoc eſt, 19 anni Arabici communes & 11 biſſextiles, ita ut in hujusmodi anno biſſextili ultimus menſis, qui alias cavus eſſe debebat, ſit plenus. Cum autem una Periodus 30 annorum Arabica unâ Periodo cœleſti Mullerii, 40 // per 30 multiplicatis, viginti ſcrupulis horariis, 3 Periodi tribus Per. cœleſtibus 60 /, ſive unâ hora & 72 Per. (ſive 2160 anni Arabici) 72 Periodis cœleſtibus, hoc eſt, 25920 Lunationibus minores ſint 24 horis, idcirco in 2160 annis Arabicis, hoc eſt, in 2086 annis Julianis circiter neomeniæ cœleſtes neomeniis civilibus uno die viciniores fieri potuerunt, â quibus tamen biduo ſemper diſtare debebant, ne videlicet eclipſes Lunares, quæ ſacri diei lætitiam corrumpere poterant, in neomeniam civilem inciderent. Unde Arabes de Nicolai Mullerii ſententia poſt Alphonſi tempora in hoc

anno Arabico ejusque forma neceſſariò aliquid, cujus tamen modus nos latet, innovarunt: qui Nicolaus Mullerius ibidem uti etiam in anno Judaico Lunæ-ſolari exempla hujus innovationis ê literis Legati Belgici refert.

Definitio II.

Lunatio Arabica Aſtronomica eſt 29 di. 12 ho. & 44 / ſyſtema minus Tychonica ad minimum 3 // horariis.

Definitio III.

Menſis Arabicus civilis eſt vel 30 dierum in pleno vel 29 dierum in cavo menſe ſyſtema ſemper ab hora ſexta veſpertina inchoatum.

Nomina menſium Arabicorum, quorum primus eſt Muharran, & quorum Neomeniæ civiles ſemper uno aut duobus diebus neomeniis cœleſtibus priores exiſtunt, & pronunciatu & ſcriptu difficilia extant in Scaligeri libro 2 de Emend. Temp. pag. 138, in Calviſii Iſag. c. 12, in Nicolai Mullerii Diatribe & in anno Jud. Lunæ-ſolari p. 69.

Sequuntur anni Arabici, ſuntque communes aut biſſextiles vocati etiam anni Hegiræ vel â fugâ, quod Mahometes Turcarum Pſeudopropheta eâ nocte, quæ annum hujus Epochæ primum inchoat, hoſtibus ob legem Alcorani latam invaleſcentibus, ex Arabiæ Urbe Mecha fugere coactus eſt, vel ab Hagar ancilla Abrahami, â qua etiam Saraceni, Sarâ pro Hagar ſubſtitutâ, dicuntur, prout ê Scal. refert Nic. Mullerus in Tab. Friſ. p. 247. 458. 459.

Definitio IV.

Annus Arabicus communis eſt 354 dierum â ſexta hora veſpertina inchoatorum, hoc eſt, 6 menſium plenorum & 6 menſium cavorum ſyſtema ſecundum motum Lunæ Arabicum in Periodi Jul. Juliano, & Aeræ Chriſtianæ annis ita diſpoſitum, ut neque Neomenia Arabica civilis cum neomenia cœleſti conveniat, & prima dies Muharran in anno Juliano 11 diebus in antecedentia recedat.

Cum annus Lunaris Arabicus cœleſtis anno Lunari Judaico 40 // minus horæ minor ſit, nunquam neomeniæ cœleſtes cum civilibus convenire poſſunt. 11 verò dierum in anno Juliano præceſſio ita patet. Primus annus Arabicus prout ê

Tabula

Tabula prima annorum Hegiræ in c. 12. Iſag. Calviſii videre eſt, cœpit in anno Chriſti 622 & cyclo Solis 15, die â Cal. Jan. 197, 16 Julii f. 6. & quidem non cum media nocte, ſed horâ ſextâ veſpertinâ durante adhuc 15ta Julii Chriſtianâ & Romanâ. Annus Hegiræ ſecundus 11 diebus citius incipit, hoc eſt, die â Cal. Jan. 186 in anno Chriſti 623, & cyclo Solis 16 hoc eſt, 5 Julii f. 3. Tertius annus incipit in anno Chriſti 624 & cyclo Solis 17, inque anno biſſextili die â Cal. Jan. 175, 23 Junii f. 7. pro qua Calviſius, niſi ſphalma ſubſit, ponit f. 1. Quartus die â Cal. Jan. [illegible] &c. Quorum 11 dierum origo nota eſt ê definitione prima. Adhærent autem in eadem Tabula diebus ſemper minuta, non horaria, ſed diaria. Cum enim anni Hegiræ ob contumaciam in iiſdem annis peculiarem nunquam cum annis Chriſti in amicitiam quaſi coire poſſint, ideo biſſextilis annus non cyclo Solis 1. 5. 9. 13 &c. aſſignatur, ſed potius biſſextus dies in quater 6 horas dividitur, & quilibet Chriſtianus annus 365 di. & 6 hor. hoc eſt, 15 / diariorum conſtituitur. Ita annus Lunaris cæleſtis Arabicus, prout ſupra dictum fuit, continet 354 di. 8 ho. 48 /, hoc eſt, per can. Prut. qui extat p. 9. facie, b 354 di. 22 / Si jam 354 di. 22 / diaria ſubtrahantur â 365 d. & 15 // diariis, relinquitur differentia anni Juliani medii & Arabici, 10 di. 53 /, hoc eſt, 11 di. ferè. Scaliger libro 3 Canon. Iſag. p. 307. refert, quod Epocha ſive Radix primi Muharran ſit 6 f. 7 ho. 112 / Judaicorum, pro quo f. 6ta Nicolaus Mullerius in Tractatu de anno Judæorum Luni-ſolari p. 70 rectè ſubſtituit f. 4, id quod etiam ipſe Scaliger libro 2 de Emend. Temp. p. 126 facit, quarum feriarum, horarum, & ſcrupulorum origo infra patebit. [illegible] ho. 112 / faciunt 7 horas 6 / 13 // 20 /// Logiſtica horaria, & per Canonem Prutenicum paulo ante citatum 17 / 45 // [illegible] diaria, hoc eſt, 18 / diaria ferè, quæ propterea in Tabula Calviſiana anno primo Arabico apponuntur. Ubi tamen Radicis Scaligerianæ error in Tabulis quoque Calviſianis errorem cauſatur. 10 di. 53 / â 197 di. 18 / ſubtractis, manent 186 di. 25 / in eadem Tabula annorum Hegiræ prima anno Arabico ſecundo appoſita. Iterum 10 di. 53 / â 186 di. 25 / ſubtractis manent 175 di. 32 / anno tertio Arabico aſſcripta. Rurſus 10 di. 53 / â 175 di. 32 / ſubtractis, manent 164 di. 39 / anno quarto adjuncta.

ĉa. Quæ ſubtractio ad annum uſque Arabicum trigeſimum continuari ad Calviſii mentem poſſet, modo feriæ ſextæ fundamentum Scaligerianum legitimum & firmum eſſet.

Definitio V.

Annus Arabicus biſſextilis ſive ὑπερήμερος eſt 355 dierum Arabicorum, hoc eſt, 7 plenorum menſium, & 5 cavorum ſyſtema, cujus anni prima dies Muharran itidem Novilunio medio uno die, vel etiam biduo eſt poſterior, & in quo anno biſſextili ultimus menſis eſt plenus, qui alias ſolet eſſe cavus.

Quod anni Arabici in definitione 1. poſiti ſint ὑπερήμεροι, in hoc Scaliger, Calviſius, & Nicolaus Mullerius conſentiunt, quemadmodum & Paulus Foro Sempronienſis, & Johannes Juſtingenſis, prout refert Petavius libro 2 de doctrina Temp. c. 52. Nicolaus Mullerius ibidem p. 76 dicit quidem, quod annus Arabicus 1028 inchoatus in anno Chriſti 1618 9 Decemb. f. 4, in quo anno Muharran novo exemplo 29 ſaltem dies habuit, 353 dierum extiterit, ſed addit, quod hujus [illegible]lationis quorundam menſium rationem & methodum adhuc ignoremus.

Hypoth. I.

Ab initio Epochæ Chriſtianæ ad initium annorum Hegiræ ſecundum Alphonſinos effluxerunt dies *227015*, ubi tamen ultima dies tantùm 18 ho. eſt, hoc eſt, anni Epochæ Chriſtianæ *621*, Periodi Julianæ *5334*, & Juliani *667*, & 194 dies & 18 hor.

Hypotheſis hæc habetur in Tabulis Prutenicis p. [illegible] his verbis: Differentia incarnationis & Æræ Arabum [illegible] *2æ* 3 1æ & 35, di. 227 01*5*, di. *621* anni, 6 M. 13. di. 45 / (hoc eſt 18 horæ.) Nicolaus Mullerius in Tab. Friſ. p. 246 hanc Hypotheſin ita profert: Æra Arabum Alhegiræ dicta ſequitur Æram Chriſti annis Romanis 621 & diebus *195*, hoc eſt, diebus 227015. Præcedens æram Alphonſi annis Romanis *629* diebus [illegible] hoc eſt, diebus 230064. Ab hac Alphonſinorum & Nicolai Mulleri hypotheſi diſſentiunt Scaliger & Calviſius uno die, quia prima dies Muharran in primo anno Hegiræ his eſt dies à Cal. Jan. *197. 16* Julii f. 6, & proinde ſummæ dierum ſunt 227016 & 230063 dies. Hanc primam Muharram Scaligerianam

vid.

[illegible] Julii f. 6 [illegible] eſſe primã Muharram Alphonſinis & [illegible] 15tâ Julii f. 5tâ non tantum [illegible] teſtimonium Saraceni cujuſdam à Chriſtmanno citatum & à Nicolao Mullerio [illegible] dicta p. 117 repertitum: verum etiam Petavius libro 7 de doctrina temp. cap. 22 tacite probat, dum refert, quod 16 Julii [illegible] tanquam initialis dies primi anni Arabici hodie apud Turcas & Arabes obtineat.

Hypoth. II.

Ab initio Nabonaſſaris (hiſtorico) ad initium Æræ Arabicæ effluxerunt 2. 3æ dierum 18. 2æ 50. 1æ unus di., dies 499801 anni 1368 4 M 18 di. 0 hor.

In hac hypotheſi, quæ extat in Tab. Prut. p. 142, iterum reperitur ſententia Albategnii, Alphonſinorum, & Nicolai Mullerii. Primus annus Nabonaſſaris cœpit die à Cal. Jan. 57. 26 Febr. f. 4 anni Periodi Jul. 3967, primus verò annus Hegiræ cœpit ſecundum Alphonſinos 15 Julii & die à Cal. Jan. 196 in anno Epochæ Chriſtianæ 622, hoc eſt in anno Periodi Jul. 5335. Deductis 3966 annis Periodi Jul. completis & 57 diebus ab annis Periodi Jul. 5334 & [illegible] d. remanent anni 1368 & 139 dies, quos 139 dies conſtituunt 3 dies de Februario reliqui, 31 di. Martii, 30 di. Apr., 31 di. Maii, 30 di. Junii, & 14 dies Julii, hoc eſt, primus annus Hegiræ ſecundum Alphonſinos &c. cœpit 15 Julii f. 5, at ſecundum Scaligerum 16 Julii f. 6. [illegible] tamen idem Scaliger non tantum à ſe ipſo diſſentire, verùm etiam cum Alphonſinis ratione 15 Julii f. 5 conſentire videtur, ut cum [illegible] de emend. temp. tit. de anno Hegiræ, p. 146 Radicem eſſe dicit annorum 621 & dierum 195, quæ eſt ipſa radix Alphonſina.

CANON I.

In anno primo Hegiræ Arabico & Turcico prima dies Muharram vera extitit (1) 28va dies Chojac anni Nabonaſſaræi proleptici 1358 hiſtorici 1370 & Philippici 946, quorum annorum primus [illegible] dies à Cal. Jan. 80 21 Mart. f. 1. (2) 16ta Julii f. 6ta anni Periodi Jul. 5335 Juliani 667, Chriſti 622 Cyclo ſolis 15, Lunæ 15, & Indictionis 10 [illegible] poſterior Novilunio medio quidem 14 Julii f. 4 & 26 Chojac facto biduo, & ſolſtitio æſtivo in 19 Junii [illegible] 24 diebus, (3) tertia dies Ab anni Mundi 4371 ejuſque anni Sabbathici & anni [illegible] in cyclo Jobelæo, cujus prima

Niſan Moſaica fuit dies à Cal. Jan. 77 18 Martii f.5 (4) tertia item dies Ab anni Judaici 4382 (5) & denique 15ta dies Sahami [illegible] Armenii 71mi.

Explicatio.

Primum membrum patet per Canonem VIII. libri I. [illegible]
2 hæc 16 Julii f. 6. prima Muharran eſt Scaligeriana non Alphonſina. Cyclus ſolis & Lunæ 15tus ut & Indictionis [illegible] latent in anno Periodi Jul. 5335 per annum Chriſti 622 [illegible] Novilunium 14 Julii f.4. & 26tæ Chojac anni Nabonaſſaræi hiſtorici 1370 per ſequentes Calculos ita invenitur.

1 Per Tab. Müllerii Copernicianas.

Anni P. J.		d	h	'	''	pag
Radix.	5310	6	17	49	7	p. 144
Anni exp.	25	6	1	7	38	p 154
Julius in communi		3	19	35	41	A p.166
Summa	5335	16	14	32	26	S in Friſ. [illegible]
Novilunium		30	12	44	3	pag. [illegible]
Novil. fit Julii die		13 f. 3	22	11	37	in Friſ. p. [illegible]
Diff. Mer. Al. & Friſ.			2	0	0	
Differ. dierum			6			A
Idem Novil. fit Julii die		14 f. 4	6	11	37	Al [illegible]

2 Per Tab. Syz. Calviſii, pro differentia meridiani [illegible] & Lipſienſis 2 hor. 53 / & pro dierum differentia 6 horis [illegible] inveniuntur pro Novilunio Paſchali Anni Chriſti 6[illegible] 5 f.4 hor. 39 / & 14 // & pro Novilunio Julii quæſito, 4 L[illegible] nibus additis, 14 di. Julii f. 4. hor. 7. 35 / 27 // in Arabia [illegible] quemadmodum 3 per Tab. Novil. Petavii, pro Sa[illegible] riſienſis meridianorum differentia 3 hor. & 35 / & h[illegible] additis, 195 di 14 Jul. 7 hor 20 / 36 // itidem Arabia ab [illegible] merata. Ipſius 26tæ Chojac Novilunium per Tab. [illegible] Ptolemaicas priores, quæ in Tab. pag. 56 66.6[illegible] & 70 [illegible] facile invenitur.

Ita etiam 10 Junii [illegible] ſolſtitium æſtivum ita reperitur.

Pe-

Anni P. J. Christi		d	f	h	/	☉	
[illegible]	43	117 in c.	3	15	50	15	
[illegible]	579 A	40	5	10	12 S	0 A	
[illegible]	622	76	5	5	38	15	
Differ. Merid. & dierum			0	9	35	A	
Dies æquinoctii verni		76 in c.	5	15	13	15	coincidens ferè
Dist. Sol. æſt. ab æquin.		93	2	9	15	A	(cum d. N. Pa.
Dies Solſt. æſtivi		170 in c.	1	0	28	15	
Pro 5 Menſibus		151	S				
Solſt. æſt. fit Junii die		19	f. 1	0	28	15	in Arab. ab occ.

3 Si prima Niſan, prout è calculo ſecundo & tertio patet, anni Mundi 4571 fuit dies â Cal. Jan. 77. 18 Martii f. 5, prima Ab neceſſariò evadit 14 Julii f. 4 ipſa Novilunii dies, & proinde tertia Ab 16 Julii f. 6 prima Muharran Arabica.

4 Prima Tiſri Judaica tam Politica quam Aſtronomica anni Judaici 4383 eſt dies â Cal. Jan. 254. 9 Sept. f. 7, & proinde, 177 dieb9 & 2 f. â 254 di. 7 f. ſubtractis, prima Niſ. Judaica anni præcedentis 4382 itidem eſt dies â Cal. Jan. 77. 18 Martii f. 5. & tertia Ab ſimiliter 16 Julii f. 6.

5 Denique ſi prima Thot anni Nabonaſſaræi hiſtorici 1370 eſt 11 Martii f. 1, prima Chojac eſt & fuit 19 Junii f. 7, quarta Chojac, hoc eſt, prima Sahami anni Armeniaci 71 22 Junii f. 3. & proinde 21 Sahami & 28 Chojac itidem 16 Julii f. 6. ipſa prima dies Muharran in primo anno Hegiræ. Quæ erant demonſtranda. Eadem ferè ponit Scaliger libro 5 de Emend. temp. Titulo: De primo Muharran Hegiræ p. 519.

CANON II.

Dato quovis Hegiræ anno, primam ejus diem Muharran in Periodi Jul. Juliani, & Chriſtianæ Epochæ certi anni certa die & feria per calculum proſthaphæreticum invenire.

Pro quæſiti hujus inventione multæ eæque diverſimodâ methodo â Scaligero in libro 2 & 5 de Emendatione temp, in Canonibus Iſag, â Petavio libro 7. de doctrina temp. cap. 22. p. 6[illegible] & 693, â Calviſio in cap. 13 Iſag & â Nicol. Mullerio partim in Diatriba illa, partim in anno Judæorum Luna-Solari

compoſitæ Tabulæ habentur, quæ tamen neque commodè hic deſcribuntur, neque ſemper tutò uſurpantur. Nos methodum proſthaphæreticam uſurpabimus, & iis, quæ in definitionibus & Hypotheſibus præmiſſa ſunt, fundamenti loco præſuppoſitis, ipſum Canonem exemplis ex Authoribus illis deſumptis declarabimus.

Exemplum primum.

Quæritur qua die & feria cujus anni Chriſti cœperit annus Hegiræ *212*, cujus primam Muharran Scaliger & Calviſius faciunt 2 Apr. f. 3 Nicolaus verò Mullerius 1 Apr. f. *2* *211* annis completis per 30 diviſis, in quoto aderunt 7 Triacontaeterides, h.e., 7 per 10631 multiplicatis, *74417* dies, & pro uno anno eoq; comuni reſiduo 354, dieb9 uti etiam 227016 dierum radice Scaligeriana additis, in una ſumma 301787 dies dividendi jam per 1461 dies, ut in quoto adſint luſtra Juliana. Diviſione peractâ, aderunt 206 luſtra, hoc eſt, anni Chriſti completi 824 & in reſiduo 621 di. hoc eſt, anni Juliani *2* & *91* di. ad initium anni Hegiræ *212* elapſi: prima ergo Muharran anni Hegiræ 212 eſt dies â Cal. Jan. *92*. 2 Apr. f 3. Anni Chriſti 827. Juliani 872 & Periodi Jul. 5540 cyclo Solis *24* præditorum, prout etiam ponit Calviſius in anno Chriſti 827. Si radix Alphonſina & 227015 dies additi fuiſſent, prima ſaltem Apr. f. 2. proveniſſet.

Exemplum ſecundum.

Quæritur quæ dies & feria cujus anni Chriſti &c Sit prima Muharran anni Hegiræ 1034, quam Petavius loco antea citato invenit eſſe 4 Oct. f. 2. Anni Chriſti *1624* Annis Hegiræ completis *1033* per *30* diviſis, in quoto aderunt 34 Periodi, hoc eſt, *10631* per 34 multiplicatis, *361454* dies, & in reſiduo 13 anni, è quibus 8 ſunt communes, qui 8 anni *2832*, quinque biſſextiles, qui 1775 dies continent. *361454*, *2832*, *1775*, & Radice *227016* additis, ſumma omnium dierum erit 593077 dies. 593077 per *1461* diviſis, in quoto aderunt 405 luſtra ſive anni Chriſti 1620 completi, & in reſiduo 1372 dies, 3 anni Chriſti communes, & 277 di. uſque ad primam Muharram anni Hegiræ 1034 elapſi, quorum ultimus cyclo ſolis 9 eſt feria 1. Et proinde prima Muharran anni Hegiræ 1034 dati eſt dies â Cal Jan 278 4 Oct. f. 2. Anni Chriſti 1624 anni Juliani 1669 & Periodi Jul. 6337 cyclo ſolis 9 præditi.

Exem-

Exemplum tertium.

Quæritur quæ ſit prima Muharran anni Arabici 990, quæ ſecundum Petavium ibidem eſt 26 Jan. f. 6. Anni Chriſti 1582 cyclo ſolis 23 præditi. 989 per 30 diviſis, in quoto aderunt 32 Periodi, hoc eſt 10631 per 32 multiplicatis, 340192 dies & in reſiduo 29 anni, è quibus 18 ſunt communes 6572 dies & 11 biſſextiles 53905 dies continentes. 340192. 6372. 3905 & Radice 227016 additis, fiunt dies 577485, qui per 1461 diviſi exhibent in quoto 395 luſtra, hoc eſt, annos Chriſti completos 1580, & in reſiduo 390 dies, hoc eſt, unum annum, & 25 dies, id eſt, 1581 annos Chriſti completos, & 25 dies ad primam Muharran anni Arabici dati 990 elapſos, quorum 25 dierum ultimus cyclo ſolis 23 eſt f. 5. Dico igitur, quod prima Muharran anni Arabici dati quæ ſit dies à Cal. Jan. 26. 26 Jan. f. 6 Anni Chriſti 1582 hoc eſt, anni Period. Jul. 6295 & anni Juliani 1627 cyclo ſolis 23 præditorum.

Exemplum quartum.

